&in l.vnica.C.qui per ſua iuriſdi.& Bald.in l. eum qui.ff. de iur. omn.iud. num. 2. vbi etiam per Bald.quid de eo qui incipit cognoſcere de quadam cauſa & non habebat literas de legatoria ſed pendente proceſſum recepit eas vtrum proceſſus valeat, affirmat quòd non per glo.in l.inſtar.C.de iur.fiſci lib.10.quam approbat ibi Bald.& vtrum poſt ſententiam proceſſus ratificari poſsit quod non tenet.glo.in.l. firmater.§. hoc iure.ff.de exceptio.ex rei.iudi.cuius cõtrarium tenent doctores.in.l.ſi tutor.C.in quibus cauſis in integrum.reſti. de quæ per Bald. in.l. Iulianus.ff. qui ſatiſdar.cog. col.ſi.foſi. quinto quæ re.Et ſi à principio delegans non habet iuriſdictionem delegandi,licèt ex poſt facto pendente proceſſu adepta ſit iuriſdictio,non poteſt ratificare:quia ſuperueniens iuriſdictio non fit retro factum a iudice in competẽti:ita Bal. in.l.in cauſarum.C.qui pro ſua iuriſdictio.& peregrina in parte iudex.q.11.in.glo. ſuæ in fine.* ¶Et nec dum ſi aliquid fiat contra mandati forman, ſed etiam ſi præter, vel citra. † vt Ioann. And.in.d.cap.prudentiam.ſupra,verbo,iura.dicens per illum tex.æqui parari citra, contra,& præter.¶In tantum hoc procedit, etiam ſi partes conſentirent † in tranſgreſsione formæ datę in reſcripto Bart.in.l.de his.ff.de trẽſac. & Butrig.in.d.c.prudentiam.23.col.& Bald.in.l.1.C. qui admit.& in tracta.ſchiſmatis.3.col.verſ.prædictis quoq; accedat.poſito in rub.C.ſi quis aliquem teſta.prohib.¶Et ideo dixit Ioann. de Imol.in.l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb.obli 1.col.quòd ſi millies partes ſint in concordia,vt forma non ſeruata habeatur pro expreſſa,nil operabitur talis conuentio,vel voluntas ipſorũ: quia omnis ſolemnitas,ſeu ſubſtantialis forma, eſt publici iuris:vt in.l.terna.ff.de teſta. & in.l. nemo poteſt.ff.de legat.1. & ideo non læditur pacto priuatorum.¶Et facit quoque:quia partes non poſſunt vti clauſula,pro expreſsis habẽtes.&c,vt in.c.qui ad agendum. de procura. in 6.&.l.ſed ſi quis.§. quæſitum. & ibi Ange. ff.ſi quis cautio.licet.ſecus eſt in principe.l. omnes. &ibi Ange.C.de præſcrip.30.anno. & quia forma † data ab ſtatuto inquiſitus renuntiare non poteſt.tenet Feli.in.d.c.cùm dilecta. colum.12. ¶Quod dicit non procedere, quando forma reſcripti eſſet merè in fauorem partium. † vt Abb in cap.fi.§.is autem.de offi.delega.quia tunc de conſenſu partiũ poteſt omitti:imò ſufficit tacitus cõſenſus earum ſecũdùm eũ. pergl. notabi. in.c.olim.el primero.eod.tit.ibi,ſcientibus partibus. Quia prædicta procedunt,quãdo forma eſt data à lege,vel in reſcripto,& cõcernit publicã vtilitatẽ,vel partes cõtradicunt.& tenet Abb in cap.ſuper quæſtionum.§.verum.de offi.delega.¶Et quia ibi Feli.ad iſtam regulã,q̃ mandatum debet obſeruari in ſpecifica forma, † ponit duodecim ampliationes in.d.c.dilecta.ibi te remitto,quæ in ſumma ſunt hæc. ¶Prima, quòd debet cuſtodiri etiam in eo,quod veriſimile eſt de mente concedentis,ſicut illud, quod eſt pro forma expreſſa.¶Secunda,etiam ſi tranſgreſsio formæ induceret faciliorem expeditionem cõmiſsionis.¶Tertia,etiam ſi partes conſentiant, vt dictũ eſt.¶Quarta etiam ſi ſolẽnitas,quæ eſt de forma,ſequatur actum.¶Quinta,etiam ſi alius ſubrogetur habenti expedire actum cũforma:quia tacitè cenſetur ſubrogatus,etiã quoad illam formam.¶Sexta,etiã in ſententia arbitri, quæ eſt lata contra formam compromiſsi, quia eſt nulla,etiam ſi partes emologauerint.vt in.c. examinata.de confirma.vtil.vel inutil.¶Septima,etiam in ſtatutis.¶Octaua , etiam ſi ſolẽnitas data proforma,ſit leuis.¶Nona,etiam ſi forma impleretur per æquipollens.¶Decima,& etiam ſi habens formam limitatã ad præparationẽ actus,vellet ipſum actum nedum præparare ſed expedire:quia actus non tenebit propter trã ſgreſsionẽ. Quas ampliationes,& alias vi.per.d. Feli.amplè.¶Sed ego vltra eas do tibi aliam ſingul.quod forma mandati eſt ſeruanda:& non lãcet eam extendere,poſito quòd excedendo cõditio mandantis efficeretur melior. † tenet ſingulariter Andre.Sicul.Barb.in.d. cap. prudentiam.de offi.delega.8.col.per text.ſingu.in.l.3. §.in bello.ff.de re.milita. & ego allego Ioann. de Plat.de quo oblitus eſt Barb.in.l. Seruũ. C. de delatori.lib.10.nu.1. & voluit ſentire Feli.in d.ca.cùm dilecta.col.11. Ampliatione prima, dũ dicit,quòd mandato nil boni videtur addendũ. Et narrat illud de Iulio Cæſare,qui cùm in domandis hoſtibus quinque annorum ſpatiũ ſibi permiſſum.pertranſiſſet, licet glorioſè triumphaſſet,honor tamen ſibi debitus denegatus eſt nec vrbẽ ingredi permiſſus eſt,eo quòd vltra terminum ſibi præfixum moram traxiſſet. quod facit ſecundùm Plate.vbi ſuprà contra nuntios, & ambaſiatores, qui aliquid agunt vltra quod habent in mandatis,quòd etiam ſi bene gerant, ſunt puniendi.per dict.§. in bello. Quod dicit ibi additio,quòd obſeruant Veneti, qui acriter puniunt ſuos ambaſiatores,ſi agunt vltra,quòd eis mãdatum fuerit,ſiue bene, ſiue malè agãt.* Vid.Guiller.Benedi in rep.C. rainuntius detestatin.in verbo in eodem teſtamento relinquẽs. num.69.*¶Quod facit contra iſtos procuratores,& nuntios ciuitatum, & villarum huius regni,

gni,qui mittuntur ab ipſis:qui aliquando excedunt mandatum, & inſtructionem , quam ab ipſa ciuitate portant:quia debent puniri,etiam ſi bene gerant vtilitatem reipublicæ.Quod ego aliquando volui punire,ſaltem in amiſsione ſalarij.Et ibi glo.in.d.§.in bello dicit. quòd facit pro prælatis contra ſubditos:tenet illa glo.non ſit Accurſij ſecundum Bart.ibi. & facit in ſimili quod tenet Angel.in conſi.225. quaſi in fine.vbi tenet per.l.ſi.C.de negotijs geſtis. & per.l. ſi pro te.ff.mandati.quòd ingerens ſe domino inuito,quantuncũq; domini negotia bene gerat, & de ſuo expendat,non repetit per dicta iura.licet contrarium teneat glo.& malè.in.l.ſoluẽdo. ff.de negotijs geſtis.de quo plenè per Barto. in l.ſtichum.§.fina.ff.de nouatio. ¶Si iudex po-
9 nit manus ad annexa mandato, † non dicitur excedere fines mandati.eſt gloſ.in.c. licet ergo. 8. q.1.loquendo in iudice delegato:& quia talemãdatum extenditur ad caſus ſimiles,& æquipollentes.vt in.l.ſi.§.ſi.ff.manda.& tenet Alex. in conſil.40.in.5.volu.nu.11.& Feli.in cap. tranſlato.de conſtitu.col.5.vbi dicit, quòd idem eſt in procuratore,& in arbitro.vt Inno.in cap. dilectus.de arbitris. & idem eſt in teſte. vt Bal. in l.perẽptorias.circa finẽ.C.ſent.recur. non poſſ. & Hippoly.de Marſi.in repeti.rubr.ff.de fideiuſſo.nu.189.vbi tenet quod Felin. & Paul. de Caſtro in conſi.28.& Abb.in conſi.62.in.2.volumi.pro quibus dicit Hippol.quòd eſt tex.in
10 l.ſed ades.§.ſi quis mulierem.ff.loca. & Bald.in cap.1.de capi.qui.curiã vendi.& in. d.c. tranſlato.vbi dicit, quòd vẽdita vacca, † venit vitulus qui eſt in corpore,& etiam vitulus natus,qui nõ dum paſcitur herbis. Et faciunt alia plura ſingularia in materia dicta per Felin.in dicto capitu.tranſlato.& in cap. cauſamque. de re iudi.in 2.&.3.colu. Et Hippoly. vbi ſuprà tenet, quòd ille,qui tenetur ad emendationem damni,tene
11 tur etiam ad expenſas, † quæ fiunt occaſionedãni.vt in.l.ſi ſeruus.§.rumpi.in verbo, verũ ſumptus.ff.ad.l.Aquil.& Alexan. in.l.2. in princi. ff.ſi quis cautio.vbi quoque dicit quod tranſa-
12 ctio facta † ſuper ſorte, operatur etiam ſuper pœna tanquam ſuper cõnexo.Quod ſequitur Feli.in cap.ſuper literis.de reſcrip.13.col.vbi quoque dicit,quòd iuriſdictio ſuper principali, extenditur ad connexa.Et idem,quod liberatio fa
13 cta ſuper principali,extenditur ad cõnexa, † & dependentia,etiam non expreſſa ſecundũ Feli. ibi,& Abb. in conſilio. 18. in.2. volu. vbi arbi-
14 ter † poteſt cognoſcere de cohęrentibus,& connexis,etiam ſi in cõpromiſſo non ſit dictum.Et facit quod dicit Ioan.de Ana. in cap. licet heli. de ſimo.vbi ait,quòd valet ſententia ſuper nõ
15 petitis, † quando non petita ſunt cõnexa.vel dependentia:quia illud,quod eſt de appendicijs, dicitur ad propoſitum,& pertinet ad articulum vt Bald.in.l.teſtiũ.in.3.col.C. de teſti. & Ang. in.l.iam dubitari.ff.de hæredi.inſtitu.& quia di-
16 ſpenſatio † extenditur ad contigua.gloſ. in cap.
17 quia in tantũ.de præben.Item ſentẽtia † extenditur ad connexa.vt habetur in.l.ſi cùm tibi.C. de iud.& ibi Bar.& Hippoly.de Marſi.in.d.repe.vbi in num.187.&.188.tenet quod eſt idem in fideiuſſore,quando obligatur pro aliqua ad
18 miniſtratione, † cenſetur obligatus pro omni-actu cõnexo ad illã adminiſtrationẽ. argu. in.l. lucius.§.Paulus reſpondit.ff.de adminiſtra. tuto.& ibi Bar.¶Et facit quod dicit Bart.in.l.non quaſi.§.1.ff.rem pupilli.ſalu.for.vbi ait,quòd ſi tutor quædam negotia pupilli geſsit, & quæ-
19 dam non,quòd tamẽ pro nõ geſtis etiam † tenetur,& hoc propter cõnexitatem.Et poteſt eſſe ratio:quia cõnexorum,& dependentium idem eſt iudicium : & idem iudicamus de connexo, quod de principali.vt in.l.perinde.§.ſi ſeruum. ff.ad.l.Aquil.& Bald.in.l.quid ergo.§. ſufficit. ff.de iudi.cõtrar.tutel.¶Idem quoq; eſt de col-
20 latione præbendæ conſuetę † conferri canonico,quia confertur canonicatus:nõ quia ſit acceſſoriũ,ſed ratione cõnexitatis.arg.in capi.ſi quis obiecerit.p.q.3.& Imol.in cap.cum.m. de conſtitu.col.18.& Feli.in dict.cap.tranſlato vbi latiſsimè de iuribus illorum cõnexorum. & Hippoly.de Marſi.in.l.1.§. frater diuus adrianus.ff. de quæſtio.nu.8.vſque in finẽ. ¶Adde quoq;,
21 quòd mandatarius ad eligendum poteſt poſtulare. † glo. in cap. Innocens.22.q.4.& in capit. cũ in cauſis.de electio. Et quia iudex,ſeu executor faciens id,quod non multum differt à mandato,non dicitur fines mandati excedere.vt ibi glo.in.d.c.innocens. Et ſic iudex datus ad reci-
22 piendũ teſtes,poteſt recipere cõfeſsiones, † & dicetur confeſsio iudicialis: quia hoc eſt iuxta mandatum,licet non ſit mandatum.tenet Rota deciſio.24.in antiquis.in titul. de probatio. & in antiquiorib⁹ in titul.de teſtibus.deciſ.3. ¶Et idem Rota in deciſio.1. de arbitris. in antiquis. dicit,quòd iudex datus ad cognoſcẽdum de cõ
23 promiſſo,ad finẽ vt obſeruetur, † poteſt in obedientem condẽnare ad pœnam compromiſsi. ¶Item talis arbiter poteſt in ſua ſententia condẽnare contumacem in expenſis.ita Inno.in.c. ex parte.de arbitris.¶Itẽ iudicare de fructibus, & de terminis ſolutionis:quia iſta cõtigua ſunt compromiſſo,licet in eo non expreſſa.& ſequitur Abb. in.c. cùm dilectus. de arbitris. colu.5.

¶Quoque arbiter potest incidenter cognosce-
24 re de restitutione in integrũ. † Et est ratio: quia non est extra compromissum, sed ipsi negotio inhæret, & secundùm Angel. in l. si vacantia. 28 col. C. de bonis vacan. lib. 10. & quia ratione incidentiæ ampliatur iurisdictio. vt Abb. in capi. 1. de in integr. resti. Et ideo dicit Butri. & Imol. in capit. cùm inferior. de maio. & obedi. quòd si mandetur iudici, vt aliquem capiat, & condemnet, certè potest eum absoluere, si meretur, quia hoc est contiguũ mandato, nisi esset merus executor. Et idem est in teste, vt latè Feli. in d. cap. causam q;. de re iudi. 2. & 3. col. vbi quoq; tenet, quòd habens mandatũ de vẽdẽdo, potest etiam
25 rem venditam tradere. † vt Angel. in l. si quis prohibuerit. ff. de publici. Et quòd procurator datus ad vendendum, potest vendere, & domi-
26 nium transferre, habita fide de pretio, † aliter non interueniente pecunia. tenet Abb. in capi. olim. el primero. de offici. delega. colũ. 2. exceptis casibus, vt ibi per Felin. & per docto. in. l. à diuo pio. §. sed si emptor. ff. de re iudi. ¶Et li-
27 cet mandatum iurisdictionis † sit strictum, veniunt consequentia ad petita. vt Bald. in. l. fina. 2. col. C. de fideicommiss. liberta. & Innocen. in cap. episcopi. de rebus eccle. non alienan. dum dixit, quòd legatus datus vt reducat ad proprietatem malè alienata, potest cognoscere de possessione, tñ super extraneis nõ potest cognosce re. vt Bald. in dicto cap. causamque. ¶Et Felin. in dict. cap. cum dilecta. col. 18. versicu. limita secundo. tenet, q̃ quando iudex facit illud, quod non multum differt à mandato, non dicitur excesisse fines mandati, dummodo sit vicinũ mandato. Et quando dicatur vicinum mandato, vel connexum, tractat singulariter Felin. in cap. sedes. eodem titu. de rescrip. col. 4. versicu. & pro hoc vltimo. allegando Aegidi. de Bellame. de-
28 cisione. 328. vbi dicit, quòd si Papa † ad ĩstantiã alicuius commisit causam, adiecta clausula (cũ incidentibus, & dependentibus, & connexis) intelligitur de his, quæ sunt eiusdem naturæ, cuius est ipsa causa, scilicet de iudicialiter agitandis. de quo dicit, nunquam obliuiscaris. & quia cencessa iurisdictione in genere, veniunt ea, sine quibus iurisdictio non possit expediri, etiam si sit maioris iurisdictionis. per. l. quotiens. C. de iudic. vt Bartol. in. l. 2. colu. 2. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Sed hoc intelligit Felin. vbi suprà, dummodo sint eiusdem speciei. Facit ad idem, quod tenet Rota. decisione. 23. in titulo de procuratorib. vbi ait, quòd licet procurator
29 possit necessaria ad causam, † non tamen grossa quæ possit dominus: sicut offerre se ad sponte confitendum, consentire testium examinationi, sine citatione, & similia, quæ non veniunt in mandato: sicut ne donatio, aut liberalitas, secundùm Felin. vbi suprà in tertia col. versicu. & dicit Rota. ¶Tu quoque nota singular. verbum Felin. in dicto cap. translato. de constitu. 5. colũ. vbi tenet, quòd ad hoc, vt aliqua sint connexa,
30 † non sufficit, quòd eodem tempore sint facta, nisi simul. Quod ego iam pluries practicaui: & in quadam comissione Regia, virtute cuius, quidam perquisitor in ciuitate Placentiæ procedebat contra priuatas personas de causis, quæ non erant expressæ in cõmissione, nec in ipsius petitione, & volebat eam extendere ad eas ratione verborũ contentorũ in dicta prouisione, ibi, *sobre lo annexo, e connexo*: sed quia illæ iniuriæ non erant factę tempore, quo iniuria principalis fuit facta, sed postea, non poterat ille iudex de hoc cognoscere: & non obstante allegatione partis declinãtis iurisdictionem, ille perquisitor protulit sententiam in eos: quæ sententia in causa appellationis fuit reuocata in curia regali: & iudex qui eam tulit, fuit in expensis condemnatus, & in salarijs. Quod ego ei dixi antea quam pronũtiaret, & noluit credere mihi. Et allegaui quoque ei, quòd illæ iniuriæ non erant deductæ principi in petitione, nec habebat in mandatis, vt de eis cognosceret: quia iudex delegatus, seu
31 perquisitor, non potest cognoscere de rebus, † vel personis in commissione non contentis. vt in capit. 1. & gloss. de offi. delega. & in cap. cùm olim. eodem titul. tenet ad literam. Specula. in tit. de iudice delega. §. sequitur. versi. Item ad eius officium. numer. 1. & text. in l. 10. titul. 4. partit. 3. versicu. *Otrosi dezimos, que el delegado no se deue trabajar en otro pleyto entre ellos, sino en aquel, que señaladamente le fue encomendado que librasse.* Et rectè fuit condemnatus ille perquisitor in redditione salarij, & in expensis: & in sua sententia fuit nulla pronuntiata. ¶Et facit quòd sentẽtia lata contra formam rescripti & commissionis,
32 est nulla. † tenet Paulus de Castro in. l. cùm quęrebatur. ff. de re iudica. & Paris de Pute. in tractat. syndica. in parte, iudex an si iudex mandatnu. 9. fol. 142. in libro portat. ait, quòd si iudex extendit iurisdictionem suam ad aliam rem, si per quam non est ei commissa, præter consensu partium, tenetur ad interesse. per text. in capit. sacro. de sententia excommunicatio. ¶Et inquantum tenet, quòd fallit, si de consensu partium iudicat, idem tenet dicta. l. 20. partitæ. ibi, fueras ende por auenencia de ambas las partes. Idem tenet glos. in extrauagan. sedes apostolica. de concessio. præben. in parte, tenorem. vbi ait,

ait, quod forma mandati, & tenor, est ex acta diligentia obseruandus, aliàs processus non valeret iudicialis: secus partialis, idest per partes habitus, & factus. Quod intellige vt suprà dixi, quando forma rescripti est merè in fauorem partium, secus si ob publicam vtilitatem. ¶Sed dubitatur, si delegatus, seu perquisitor in iurisdi-
33 ctione excedit, † si ordinarius iudex potest intromittere. Quod videtur: quia ordinarius supplet negligentiam, seu malitiam delegati, quando ex tali oritur peccatum: sed in alia causa pecuniaria non intromittit, sed remmittit eam ad superiorem. tenet Abba. in cap. significauit. de officio ordi. numer. 2. ¶An delegatus delinquẽs
34 in delegatione sua † possit conuenire coram ordinario loci: Doctores Legistæ hanc quæstionẽ tractant in authenti. si qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Tamen Abba. in capitulo fina. de rescrip. fina. colum. nume. 17. concludit, dicendo. Aut delegatus delinquit in non procedẽdo, quia tunc solùm excesit contra Regem, vel Papam in non parendo mandatis ipsius, non potest per alium inferiorem puniri. Aut delinquit iniquè agendo, & tunc potest puniri per ordinarium locit quia non conuenitur vt delegatus, sed vt criminosus. Tunc dicit ibi Abbas, quòd Ioannes Andreas ibi dicit se non credere, quòd pendente causa coram eo, possit puniri, nec conueniri coram ordinario, saltem vbi impediretur procedere in causa sibi commissa, & delegata. Nam respectu illius causæ duntaxat, est maior ordinario. vt in capitulo, studuisti. de offici. delega. Vide glossam in capi. prudentiam §. adijcimus. de offici. delegat. in verbo, arguendus. Sed ego credo, quòd Abb. dicat verum, & glossa ibi intelligatur, quando delinquit in nõ exequendo mandatum, quòd tunc redarguatur, & superior puniet eum. Et Barba. transit cum illa glo. Et Montal. in. l. 4. tit. 7. foro legũ. lib. 1. in glo. fi. in fine, tenet indistinctè, quod ordinarius potest punire delegatum principis de linquentem in processu causæ, & abutentem iurisdictione. vt in authenti. vt iudices sine quo quo suffragio. §. volumus. collatio. secunda. Et Ancharr. in Clementi. prima. de offi. ordina. sed summa Syluestri. in parte, iudex. primo. §. 7. transit cum Abba. vbi suprà. quam vide. ¶Et vide Iasonem in. l. secunda. ff. de in ius vocan. numero. 2. versicul. adde. vbi tenet, quòd si delegatus Papæ delinquat, potest accusari coram ordinario, & punitur postea finito officio. Et dicit esse glossa. singulari, in dicto capitulo fina. de rescripti. & textus, & ibi Abba. in capitul. fina. de statu. monacho. Et vide singulariter Ioannẽ de Plate. in. l. siue ex prætoriano. C. de executori. & exactori. lib. 12. vbi expressè tenet, quòd si delegatus à principe delinquit in prouincia, præses contra eum cognoscit, licet aliàs delegatus maior præside reputetur.* Et vide peregrina in parte iudex que durante el tiẽ- q. 13. in. glo. commissionis in fine.*

SVMMARIVM.

1 *An plura officia quis potest habere. & numero. 6.*
2 *An potest quis esse in pluribus collegijs.*
3 *Habens iurisdictionem ordinariam in ciuitate, non potest legere, nec cathedram ordinariã habere.*
4 *Officia compatibilia, an potest quis habere.*
5 *Dispensatur vt quis habeat duo officia ex necessitate, intelligitur pro tribus annis.*
7 *Officia incompatibilia, quæ dicantur.*
8 *Quæ sit pœna habentis plura officia.*
9 *Quando quis eligitur ad duo officia compatibilia, duo salaria debet habere.*
10 *Idem in doctore vtriusque iuris, qui dat vocẽ in vtroque, duo salaria debet habere.*
Idem dic in distributionibus quotidianis, quæ debentur duplicatæ illi, qui duplici iure interest diuinis officijs.
11 *Quando labor minuitur, salarium minui debet.*
12 *Qui habet duo officia, debet habere familiam pro vtroque.*
Et pro vtroque debet stare ad duos syndicat⁹.
13 *Si eligitur ad duo officia in eadem ciuitate, an retineat primum, vel secundum.*
14 *Doctor debet intendere in illa scientia, & perseuerare, quam semel elegit.*
15 *Rex potest de duobus officijs facere vnum, & alterum supprimere.*
16 *Officiũ an quis debeat habere pro vno anno: & an puniatur, qui vltra annũ habet officiũ.*
An si fiat electio officij vno cõtextu, per triẽnium vitietur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Officio. d Rectè dicit, officiũ: quia nemo potest habere duo offi
1 cia † & sic duos magistratus, sed vnũ tantummodo. tex. in. l. 2. tit. 16. lib. 2. in ordi. reg. in fi. & in. l. 14. titu. 2. lib. 7. in eisdẽ ordi. text. in. l. nemo, quæ est lex fina. C. de assesso

po que tuuieren el officio d que les

quia nemo potest subire vicẽ duorum vt ibi.
quia cum ad vtrunq; festinat, neutrũ bene peragat: & quia qui binos lepores vna sectabitur hora, vno quandoque, quandoq; carebit vtroque. & in. l. si plures. ff. de pactis. & in. l. quisquis. C. de postulan. & in. l. hac parte. & ibi glo. & in. l. comperimus. C. de proxi. sacro. lib. 12. & ibi doctor. & in. l. 1. C. de præposi. agenti. in rebus. eo. lib. & habetur in. l. si cõsul. ff. de adoptio. Specula. in titu. de iura. calum. §. tertio. vers. quicquid aliquid. per glo. & docto. in cap. ex literis. de pbatio. c. fina. de institu. & in cap. per nostrã de iure patro. cap. debitũ debatis. text. in cap. cùm singu. de præben. in. 6. * Et text. in. l. 60. tit. 5. par 1. & ibi Greg. Lopez. & Peregrina in parte dignitas * vbi singula officia singulis psonis committi debent. & vna persona non debet habere duo officia, sicut singula membra corporis, singulos actus habent. vt in capitu. 1. 89. distinctio. & in cap. presbyteros. 16. quæstio. 1. ¶ Et in expresso tenet Angel. in. l. si quis decurio. C. ad legem Cor. de fal. dicendo, quòd vnus non potest ad duorum magistratuum officia deputari: quianõ est credendũ duabus causis tam necessarijs vnũ sufficere: quia exercendo vtrunque, neutrum bene perageret. vt in dicta. l. nemo. Et sic non potest habere quis duo correctoria, nec duas milicias, quæ requirunt continuũ exercitium personale: cùm sit impossibile esse eundem in eisdem, eodem tempore militare. vt in dictis iuribus cauetur: & in. l. his quidem. §. in posterum. C. qui milit. poss. vel non. lib. 12. ¶ Vt in eo, qui
2 vult esse in pluribus collegijs † & societatibus, ita quòd à seruitio vnius auocetur à seruitio alterius. Similiter nõ potest quis aspirare ad duo officia, quibus non bene sufficeret, secundùm Angel. vbi suprà, vbi ait, q cum salario, nec sine salario non potest quis aspirare ad dicta officia: & quia si dicta officia & honores sunt magni, per quos & amicis fauor, & inimicis timor possit incuti. vt in. l. libertus. §. præscriptio. ff. ad municip. & in. l. penul. ff. de assesso. * Quinimo in aliquo loco seu villa sub officij priuationis pœna non habeat quis duplicem publicum officium vt Peregrina in parte officium. col. 3. in
3 princ. * ¶ Et ideo dicit Bart. in. l. lecta. † ff. si certum peta. num. 33. quòd habens administrationem iurisdictionis in ciuitate, non possit legere ordinarie, nec cathedram habere. Quod facit cõtra istos auditores chancellariæ Pincianæ, qui habent audientiam & regunt cathedram dicti studij: quod iam est de remedio per nostrum Carolum prouidenter consultum, vt vnum tantummodo habeant officium, & fuit in praxim deductum. Quod manifestè videtur in splendidissimo doctore de Mancauedo, qui cum vtrunq; habuisset, deposuit officium auditoris, cathedranq; amplexus est, siue delegit. Et vi. ibi per Alex. in numer. 11. ¶ Tamen licet hoc sit verum si princeps, vel populus, qui habet authoritatẽ principis eligat sciẽter doctorem legentem, ad officiũ videtur dispẽsari: quia certa sciẽtia principis æquiparatur clausulæ (non obstantibus) quãdo nõ tollitur ius tertij. Ita tenet Bal. in proœmi. feudo. 13. col. & Archi. in. c. si eo tẽpore. de rescri. in. 6. Tenet hoc Marti. Laudẽ. in tract. de legatis principũ. tomo. 5. tract. q. 29. fo. 256. ¶ Ta
4 men si dicta officia sunt † compatibilia, & potest eis cõmodè seruire, bene potest ea habere. vt in. l. si. ff. de assesso. Et sic concordatur tex. in l. 1. ff. quãdo appellan. sit. vbi præsens in ordine decurionũ sederit consiliarius: nã illi duo honores sunt cõpatibiles, nec sunt ambo cũ salario: & solũ per vnum decurionatũ potest incuti fauor, & terror, & nõ peralium. licet Inno. timuit illum tex. in. c. irrefragabili. de officio ordi. & non soluit. ¶ Plura autẽ officia cõpatibilia potest quis habere, si nõ sunt onerosa: quia nõ est verisimile aliquem affectare, quia concurrit ambitionis suspitio. vt in. l. tria onera. ff. de excusatuto. secundùm Ange. in. d. l. si quis decurio. * Et vtrum quis possit cogi ad duplex officium dic vt in. l. 1. C. quemadmodum. ciuili muner. indu. libro decimo. * ¶ Et vide Ioann. de Plate. in. l. maior. C. de dignita. lib. 12. nu. 2. vbi tenet, q licet quis vno tẽpore non possit plures dignitates habere, nec continuare, imò incidit in ambitũ. vt in dicta. l. fi. de assesso. C. & in. l. si. C. ad legẽ Iuli. de ambitu. ¶ Tamẽ potest habere plures dignitates, & officia, & honores eodem tempore, si non habent administrationẽ annexam, etiã si vna habet annexam, alia non. vt in prima constitu. C. §. ideoque. ibi, consularẽ atque patriciũ. & in. l. 1. & 2. C. consu. lib. 12. si autem habent annexã, tunc si inter se continẽt repugnãtiam, siue per actũ vnius impeditur administratio alterius, & sic non compatiũtur ad inuicem

tunc

tunc non potest habere. vt in. d. l. eis quidem. C. qui milit. non pos. lib. 12. & ibi Plate. secus si compatiuntur ad inuicem. l. si consul. & l. seqẽti. ff. de adop. & ibi per Barto. & Plate. in. d. l. maior. ¶ Et idem tenet Barto. & Plate. in. d. l. cõperimus. C. de proxim. sacro. scrini. lib. 12. dicendo, quòd licet non possit quis ad duo officia fungi, fallit si sunt connexa, & circa idem, quæ quasi
8 pro vno reputentur. vt in dicta. l. eis quidem. & ibi docto. Ex quo infert Bart. & Pla. & Angel. in. d. l. comperimus. quòd potestas potest quẽ deputari vt sit iudex, & notarius maleficiorum, cùm officia non sint diuersa, sed circa idem tendentia. Et similiter si iudex, qui erat tabellio, scripsit acta corã se facta, quòd ex illis iudicare potest, & tenet sententia: cùm hoc casu possit exercere duo officia circa idẽ tendentia. Quod est notandum. * Ansi aliquis possit duo officia gere re. vide. singulariter Petrus Antibola in tracta. de muneribus. in. 3. parte. principal. num. 61. tomo. 6. tractatuum fol. 24. & Alberi. in tracta. sta tutorum. prima. parte. q. 142. * Vide quæ dicam in. c. 36. infrà eod. in scripto. numer. 3. ¶ Et licet
9 quis non possit habere officia incompatibilia, fallit, nisi aliud operetur hominis, vel iuris dispensatio. vt Abb. in. c. ex literis. de probatio. ¶ Et causa vtilitatis, & necessitatis. vt glo. ibi. & Bart. in. l. sancimus. C. de executo. & exactori. lib. 12. dicendo, quòd ex necessitate potest quis suscipere duo officia simul, & semel, sed nõ tria. Et idem tenet Plate. in. l. 1. C. quemadmo. ciuilia mune. lib. 10. Et idem tenet Plate. in. l. hac parte. C. de proxi. sacro. lib. 12. & in. d. l. his quidem. qui milita. non poss. nu. 1. & 2. ¶ Quinimo dicit Felin. in. d. cap. ex literis. nu. 10. quod non potest dispensare etiam ex causa, vt quis habeat tria officia. ¶ Adde, quòd dispensatus vt habeat
5 † duo officia ex necessitate, intelligitur pro tribus annis. vt in. l. sancimus. C. de executo. & exacto. lib. 12. sequitur Alex. in additio. ad Bart. in. l. si consul. ff. de adoptio. ¶ Quoque potest habere duo officia, quando non sunt repugnantia, vt Cyn. in dicta. l. si quis decurio. * Et Alber. in. l. cum seruus. §. cõis seruus. ff. de stipula seruo. & in. l. 3. ff. de adoptio. * vel quando tendunt ad eundem finem. vt Bart. in. d. l. comperimus. secus quãdo sunt protinus diuersa, vt ibi. & Paris de Puteo in tracta. syndicatus. in parte. officium nemo. fol. 192. nume. 3. ¶ Et ansi dicta officia sunt publica, aut priuata, si potest quis simul habere. vide singulariter Petrũ Antiboli. in tract de muneri. in. 3. parte. nu. 61. tomo. 6. tracta. foli.
6 24. ¶ Quoque non potest quis habere duas † iurisdictiones, vt dictum est. Quod intellige in contentiosis, secus in gratuitis. vt glo. in. d. capi. ex literis. & ibi Felin. late. numer. 10. ¶ Quæ au-
7 tem dicuntur † officia in compatibilla, vel compatibilia, & non repugnantia, in hoc non potest dari certa doctrina, sed secundum qualitatem, & varietatem factorum, personarum, ac officiorum, potest iudicari secundùm Abb. in. d.
8 capitul. ex literis. ¶ Sed quæ sit. † pœna habentis plura officia. Bart. in. d. l. quisquis. C. de cohartali. princip. lib. 12. dicit, quòd lex, seu statutum dicat, quòd habens vnum officium, non debet aliud accipere: quòd si accipiat, ille qui sic accepit, careat officio accepto, & eius effectu, & etiam punitur in hoc, quòd non debebit habere stipendium primi officij, nec eius priuilegiũ. Quod sequitur Ludoui. Roma. in singula. 388. vbi dictum Bart. commendat. ¶ Sed tu vide dictum Pari. de Put. in. d. tracta. in. d. parte. officium nemo. fol. 192. vbi ait, quòd quando quis assumit duo officia, & non potest habere nisi vnum, non potest habere salarium nisi primi of
9 ficij tantùm. ¶ Sed tu dic, quòd quando quis eligitur ad plura officia † compatibilia, debet duo salaria habere, sicut gerit duo officia. Ita Bald. in dicta. l. binos. C. de aduoca. diuerso. iudi. & per eundem in cap. 1. vlti. col. si de feud. guar. & Paul. de Cast. in. l. si eadem. de assesso. Ange. in authen. vt determi. sit num. cleri. colla. 1. & in. §. illud autẽ. in authen. vt iudi. sine quoquo suffra colla. 3. & ibi quoq; Ange. & Feli. in. c. trãslato. de constitu. nu. 6. & Feli. in. c. cùm olim. de re iudi. nu. 1. vbi alia iura allegat. ¶ Vbi quoq; dicit quòd si plura officia vniuntur, debentur duo salaria habenti vtrunq;, tanquã vnum. ¶ Et idẽ si archidiacono debetur procuratio visitationis si visitat vt vicarius, habebit duplicem procurationem. vt docto. in cap. nuper. de censi. & Bald. in dicta. l. si consul. de adoptio. ff. in fine. dicens, q qui gerit vices plurium officialium, meretur salarium cuiuslibet. ¶ Et facit, quod tenet Ioã. de Plat. in. l. quòd maior. C. de dignita. lib. 12. nu. 3. vbi dicit, quòd cùm quis vtitur duplici officio ex lege, vel statuto, vel superioris permissione, habebit duplex salariũ. per glos. in. d. §. illud. in verbo, officium. & est casus in. l. his scholaribus. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. Quia quotiens iura duorum concurrunt in personam vnius, idẽ seruatur in personã vnius, quod in duobus. l. si quis mihi & tibi. in prin. ff. de lega. 1. & l. titius. §. qui marco. ff. de annuis lega. l. tutorẽ. ff. de his
10 quibus vt indig. ¶ Idẽ dic in doctore † vtriusque iuris, qui dat vocẽ in vtroq; duo debet habere salaria. vt tenet Bal. in. l. ad scribatũ. C. de appell. nu. 2. Idem tenet Paris de Put. in. d. tract. in parte, sala

te salariũ.nu.2.fol.226.¶Et idẽ Bal.in cõsi.479 in.4.vol.loquẽdo in distributionibus quotidianis,quia debẽtur duplicatæ illi,qui duplici iure interest diuinis officijs.Et sic vidi in praxim in vniuersitate Salmanticensi in personam doctoris de Tapia,q

erat doctor vtriusque iuris es encomendado, in dicta vniuersitate.De quo latè per Feli.in ru. de maiori.& obedië.col.2. & eundem, & Abb. in cap.cùm olim.de re iudica. & ibi Bald. nu.1. per plura iura,sequendo Ioann.And.& latè Anto.Curse.in tract.de verbis geminatis.nu.26.tomo.1.tracta.fol.214.¶Sed quando assumit duo officia,& nõ potest habere nisi vnum, non potest habere salariũ nisi primi officij.prout tenet Paris de Put.in.d.tracta.in.d.parte, officiũ nemo.fol.102.¶Tamen si duo officiales subrogantur loco vnius,non habent maiorem salarium ambo,quàm ille solus habebat.vt in.l.fina.C.d offici.magistra.mili.in fine,& in dicta.l. binos. tenet Albericus de Ro.in suo dictionario,in pte,salarium.¶Adde quoque quòd quando labor† minuitur,debet minui salarium.vt Felin. in dicto cap.cùm olim.de re.iudi.¶Dic quoq;, quòd qui habet duo officia,debet habere familiam pro vtroq;,†& debet stare ad duos syndicatus.tenet Angel.in.d.§.illud.in authen.vt iudi. sine quoquo suffra.colla.2.&in.d.authen.vt sit nume.cler.termi.colu.1.¶Sed quid si in eadem ciuitate quis eligitur ad duo officia, an retineat †primum,vel secundum,vide Specula. in titu. de censi.§.nunc dicendum.nume.15.&vi.l.14.& l.15.&.16.titul.2.libro.7.in ordinatio.regalib.& singulariter dictum Petrum Antiboli.in dicto tracta.de muneri.in.3.parte.numer. 62. cum sequentibus. tomo.6. tracta. foli. 24. ¶Et debet perseuerare in ea,quam eligit,per cuius electionem videtur alias renuntiare,vt tex.in.l.quidã C.de palati.sacra.lib.12. Et ibi Plate.dicit,quòd est ibi argu.quòd doctor† debet intendere, & perseuerare in illa scientia,quam semel elegit,& cõmentatus est,non autem illa omissa,assumere aliam,nec ambas assumere cum administratione.¶Et quoq; dicit,q̃ est contra eos, qui omisso habitu doctoris,assumunt habitum armigeri militis:nisi fortè diceres,quòd propter cõnexitatem,quam habet ad inuicem armata, & inermis militia,vt in procemio institutionum, possit vtraque vti.vt in.d.l.eis.C.qui milita. nõ poss.§.fina.lib.12.¶Et sic,quòd si habenti officium deferatur aliud,quòd est in sua potestate retinere quod velit,vt in dictis iuribus.& tenet in expresso Bar.in.d.l.quidẽ.¶Rex autem† potest de duobus officijs facere vnum, & alterum supprimere,& abolere in totum.tenet Bal.consili.277.in fine.in.2.volu.consili.per text.in.l. fina.C.de frumen.Alexan.lib.11. ¶Adde quoque,quòd pro vno† anno quis debet habere officium,& de eo prouideri.vt in.l.2.titu. 16.lib. 2.in ord.regali.& Bart.in.l.omnes populi.ff.de iusti,&iur.col.17.nu.52.¶Sed hodie prorogatur per biennium.vt in.l.neminem.C.de susceptori.&archar.lib.10.*Et in.l.pro biẽnio.ca.de proximio.sacro.scrinio.eod.lib. & test. in aut, de consuli.§.quantuncunquæ coll.6.in prin.& Plat.in.l.sancimus la.1.C.de dignita.lib.12.&.l. 1.C.de Castrensi.eo.lib.12.&.l.1. C. de decanis. eod.lib.& Plat.in.l.2.C.de numera. eod. lib.& tex.& glo.in.l.missi opinatores. C. de exacto. tribu.li.10.& vide.Greg.Lop.in.l.9.tit.18. par. 2.in.gl.*embiara a menudo* vbi hoc tangit &in fin. glo.remanet cum. d. l. neminem. vbi officiales non debent esse perpetui sed ãnales nisi aliud à rege seu à republica ordinaretur quia est damnosa refirmatio officialium quando multa est & lõga & vid.Enrri.in.c.aduersus.de in munita.ecclesiarum.*& per Anto.Curse.in tracta. de potesta.regia.numer.6.tomo.5.tracta.fol.223. vbi ponit quinq; rationes, quare officia non sunt continuanda. Quod dicit, quòd fallit in subsidium,vbi alij desunt,qui gerant.ff. de muneri. & honori.l.vt gradatim.§.quotiens.& in authẽ de defenso.col.3.in fi.vid.Soci.in fallen. in parte,Reddit.Et vid.l.9.in titu.1.in quaterno,dela mesta.Et de materia per Ange.& Salyce.in.l.1. C.ad.l.Iuli.de ambit. ¶Imo si quis stat in officio vltra annum,incidit in pœnam.vt in.§.sunt præterea.Institu. de publicis iudi. ¶Et si quis officium habuit,quòd si non vult, non potest eligi iterum in eum,nisi elapso quinquẽnio,vel biennio.vt in.l.ab honoribus.C. de muneri.& honori.lib.10.Et vi.text.in.l.his muneribus. ff. de vaca.& excusa.munerum.¶Dic quoq;,quòd si talis prouisio,seu electio officij fieret vno cõ textu.per triennium contra formam legis,seu statuti,non valet in anno:tenet Roma.consi.66 quem vide.‖& sic vtile per inutile in isto casu vitiatur.vid.ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex,sub fide,& industria, debet contentiones dirimere,nec fallat,nec fallatur. num.4.*

Iudex

2 *Iudex sapiens,quis dicatur.*
3 *Fides,fundamentum est iustitiæ.*
5 *Fides,præfertur industriæ.*
6 *Fidem fallere,graue est.*
7 *Industria,quæ dicatur.*
8 *Professores optimi iuris ciuilis,sapientes vocantur.*
9 *Iudex,debet habere conscientiam,scientiam, & experientiam iudicandi.*
10 *Iudex iudicans contra conscientiam,& contra iustitiã scienter,an patiatur pœnis.c. cùm æterni.de re iudi.num.6.*
11 *Iudex,qui malè interloquitur,parti tenetur.*
12 *Iudex,qui totam causam malè diffiniet,parti tenetur.Et idem dic in iudice ecclesiastico,qui aliquem iniustè excommunicauit, & in notario.*
13 *Iudices plures,qui simul per imperitiam iudicauerunt,an omnes teneantur.*
14 *Iudex,qui secundùm vnam opinionem & malam iudicauit,an teneatur.*
15 *Cõmunis opinio,an sit sequenda in iudicando vide regulam,& fallentias.*
16 *Commentatori magno non statur,nisi probet opinionem suam.*
17 *Quando opiniones sunt hinc inde probabiles, laudatur iudex,qui diuidit per medium materiam diuisibilem.*
18 *Lex habens duos intellectus, non potest allegari pro decisione legis.*
19 *Glos.vel alius,referens plures opiniones,præsumitur in dubio vltimam approbare.*
20 *Iudex,qui imitatur opinionem magistri sui, excusatur in syndicatu.nu.22.*
21 *Sententia lata contra communẽ opin. est ipso iure nulla.*
23 *Opinio communis est sequenda,fallit in arbitro.*
24 *Quando opiniones sunt contrariæ,vel occurrit dubium,iudex sequatur consilium Abb.in cap.1.de constitu.*
25 *Iudex debet aduertere ad vires ingenij sui.*
26 *In iudice sex requiruntur.*
27 *Iudex, qui malè iudicat,plus perdit, quam pars.*
28 *Iudex negligens,an puniatur.*
29 *Negligentia,an debeat probari.nu.37.*
30 *Iudex dicitur negligens,non recipiẽdo querimoniam,& non faciens dãna passo restitui.*
31 *Fur licet fustigetur,debet detineri in carcere, donec satisfaciat parti,& fisco,aliàs iudex tenetur:sed hodie potest cedere bonis.*
32 *Iudex negligens dicitur,quando remittit partes ad arbitrum.*
33 *Iudex negligens generaliter dicitur, quando nõ procedit in causis,in quibus tenetur procedere de officio.*
34 *Iudex anteaquã in delictis ex suo officio procedat,debet partem offensam requirere.*
35 *Iudex in ciuilibus denegando officium parti, non tenetur in syndicatu.*
36 *Iudex de factis per eum,ex officio non potest redargui.*
37 *Negligentia iudicis,qualiter probetur.*
38 *Iudex negligens,an perdat salarium.*
39 *Tutor,vel curator,an propter negligentiam perdat salarium.*
40 *Corrector,seu iudex propter culpam remotus ab officio,non debet habere salarium.*
41 *Iudex,an potest ab officio remoueri propter negligentiam.*
42 *Locum tenens ab officio non debet remoueri, nisi ex iusta causa expressa in iure. Et an si potest corrector inhibere suo loco teneri,vt in aliqua causa non procedat, aduocando eam sibi.*
43 *Iudex vt ex negligentia teneatur,requiritur, quòd à parte requiratur.*
44 *Iudicem præsumitur semper esse paratum reddere ius.*
45 *Quando iudex requisitus propter negligentiã puniatur.*
46 *An plures interpellationes requirantur ad hoc,vt iudex ex negligentia puniatur.*
47 *An illud,quòd soluit iudex propter suam negligentiam,recuperet à parte.*

Fiel. e Pro ſua fide,& induſtria iudicet,& contẽtiones dirimat,ſic,vt nec fallat, nec fallatur. † tex. eſt in. l. quotiẽs. C. de pon derato. lib. 10. Et Ioann. de Plat. ibi dicit, quòd peritus,& ſapiẽs eſt: nec fallit, nec fallitur dolo ſus: ergo nõ eſt

ſapiens, qui fallit, ſeu decipit vſen biẽ del, y fiel y

aliũ. ¶Item ſapiens eſt, † qui non poteſt falli. Quod intelligit, ſi habet facti peritiam, aliàs ignorantia facti, ſæpe fallit prudentiſſimos. ſecundùm Plat. ibi. ¶Sua fide dico, ideſt conſcientia. vt in. c. literas. de reſtitu. ſpolia. & in ca. quoniã. de præſcrip. & ſic exponitur de pœniten. diſti. 3, ad finem. §. illud. quaſi ad medium. Et quòd talis conſcientia, vel fides, ſit publicè approbata, vt in. l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuile. credi. ¶Et quia talis fides † fundamentum eſt iuſtitiæ, ideſt dictorum, conuentorumq; conſtantia, & veritas. vt dixit Tuli⁹, primo, de officijs. Vbi non eſt ſana fides, non poteſt eſſe iuſtitia. cap. vbi. 23. quæſt. 1. Nam ſub fide, lex, & iuſtitia continentur. vt in authen. de mãda. princip. §. feſtinabis. Et ſi fides non ſeruatur, homines fiunt in agendis bonis operibus ſegniores, vt in authen. vt lice. de cæte. §. hic ſimiliter. ¶Quæ bona quippe fides debetur Deo, qui omnia videt, & cuncta iudicat. cap. quæcunque. 10. q. 1.

Et ideo bene ſubditur, nec fallat, † ſcilicet propter fidem. nam fidelis non fallit de ſe confidentem. Talis hodie vix, aut nullatenus inuenitur Prouerbio. 12. Virum fidelem quis inueniet? ¶Nec fallatur, ſcilicet propter induſtriam. Præ

ferenda † eſt ergo in honore fides induſtriæ, quia hic præfertur in ordine. vnde fidelis prudenti viro præfertur. tenet Lucas de Pẽna. in. l. 1. C. de conditio. impub. or. lib. 10. Nec enim res vlla vehementius rempublicam continet, quàm

fides. vt Tuli. lib. de offi. Fidem quoque † fallere, graue eſt. ff. de conſtitu. pecu. l. 1. in principio. Quid tam enim congruit fidei humanæ. vt ff. de pactis. l. prima. ¶Quod intellige verum, ſi ex obſeruantia fidei, non reſultat illicitum. 22 quæſtio. 4. capi. ſi ad peccatum. nam tunc potius eſt fides reſcindenda, quàm obſeruanda. vt in cap. in malis. eadem quæſtio. & tenet dictus Lucas de Pẽna in dicta. l. quotiens. 1. colũ. & ibi

quoque in ſecũda col. dicit, quòd ideo dicit tex

induſtria, † hoc eſt, doctrina, ſtudium, & vigilantia: ab indulgere, ideſt operam dare ſtudio. & generaliter loquendo qualibet ipſarum dicit

ſapiens. vnde optimi profeſſores † iuris ciuilis vocantur ſapientes. vt. ff. de origi. iur. l. ſecunda. §. deinde ſextus. vt ibi late per eum. ¶Et ſic,

quòd iudex debet habere conſcientiam, † & ſcientiam iudicandi, & experientiam, vt latè dixi in gloſſa procemij, in parte, *iuſticias quales quier*. quaſi in fine. verſicu. & quia ſuprà dixi.

¶Quia ſi iudicat contra † conſcientiam ſcienter & contra iuſtitiam patitur pœnas poſitas in. c. cùm æterni tribunal. de re iudi. in. 6. ſecus ſi iudicaret contra conſciẽtiam: dum tamen iudicet ſecundùm iuſtitiam, ſecundũ Domi. ibi. Si autem credebat bene iudicare, & non iudicauit, tunc non patitur illas pœnas: tamen iudex teneturad æſtimationem litis. vt Inſtitu. de obliga. ex quaſi delirans, in princi. & ibi gloſ. communiter approba. in verbo, litem. vbi ait, quòd tenetur ipſe in quo læſit: & hoc quãdo perigno rantiam, vel imperitiam: ſecus ſi dolo, quia tũc ex maleficio tenetur, & fit infamis. l. fina. C. de pœna iud. qui mal. iudica. & Bar. in. l. filius familiàs. ff. de iudic. Et idem dic, quòd iudex facit litem ſuam, quando iudicat contra conſuetudines patriæ. Ita Bald. Salyce. & Iaſ. in. l. iubemus. C. de iudi. & tenet Pala. Ruui. in repetitio. rubri. de dona. col. 3. nume. 12. & facit glo. in cap. Roma. de electio. in verbo, videas. Iaſ. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. col. 4. Sed hoc verum, dummodo conſuetudo ſit publica, & notoria. vt Iaſ. in d. l. iubemus. numer. 2. & 3. ¶Et

iudex, qui malè interloquitur, † parti tenetur inquantum eam læſit. tenet Guido Pap. in ſingula. 580. §. iudex. allegan. Bart. in. l. quòd iuſſit. ff. de re iudi. Et idem, ſi totam cauſam † diffiniẽ do malè per imperitiam iudicaret, tenetur parti ſecundùm dict. Guido. & Bart. in. l. fina. C. de pœna iudi. qui mal. iudi. ¶Videtur Alex. in addition. ad Bart. in. l. de eo. C. eod. tit. in additi. magna. in princi. dum Bart. ibi tenet, quòd quando iudex iudicat malè per imperitiam, tunc tenetur quantum religioni iudicantis videbitur. Intelligit ibi Alexã eſſe verum, quando illa ſentẽtia eſſet executioni mandata, quo caſu tenebit etiam in toto intereſſe, & in tota æſtimatione litis. vt notat Bald. in. l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſ. & lega. ¶Et idem dic in iudice eccleſiaſtico: quia ſi iniuſtè excommunicat aliquem, licet eum abſoluat, tenetur illi ad intereſſe. vt tenet glo. & ibi Bald. in capi. cùm contingat. de offi. delega. de quo in capit. ſacro. de ſenten. excommunic. vbi ſingulariter, & gloſſ. in. c. cùm olim. Abbas eod. titu. de offic. delegat. in gloſſ. fin. * Et tex. in. l. 20. titul. 9. part. 1. vbi ſingulariter & hoc intellige niſi quando tale præiudicium vel intereſſe eſſet inæſtimabile vt Ioannes Andrea. in. d. capit. ſacro. & Grego. Lopez. in. l. 6. titul. 17. part. prima. in gloſſ. fina. & vide

vid. peregrina. in parte excommunicatio. 10. q. in. glo. *abſoluer*. * ¶Idẽ tene in notario: quia nõ deſcribendo debitores, & eorum quantitates, quas deſcribere tenetur, facit litem ſuam, & eſt obligatus ſimul cum dictis debitoribus ad eorum ſolutionem: tamen contra dictos debitores notarius habebit regreſſum: ſecus in iudice, prout tenet Plate. in. l. qui numerarij. C. de numera. & actua. libr. 12. & facit text. in. l. final. C. de magiſt. conue. & tenet Iaſo. in. l. errore. C. de teſtamen. 1. col. & vid. Philipp. Deci. in. l. ſi librarius. ff. de regulis iuris. & Hippol. de Marſi. in ſua practi. §. ſupereſt. numer. 12. cum ſequentibus. ¶Sed ſi plures iudices † per imperitiam iudicauerunt, ſimul quilibet in ſolidum facit litem ſuam: tamen vno ſoluente, alij liberantur. tenet Baldus per text. ibi. in. l. nouiſsimè. §. ſi plures. ff. de falſo tuto. * Et peregrina in parte ſententia. q. 9. in glo Iudicãtis. * ¶Quid ſi iudex

† iudicaret ſecundùm vnam opinio. & malam. Barto. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. tenet, ꝙ facit litem ſuam, tamen mitius punitur. per dict. principium. Inſtit. de obliga. quæ ex quaſi delict. naſ. verſi. videtur. Idem notat Bald. in. l. mãcipia. C. de ſeruis fugiti. & in. l. pignus. colu. 20. C. de pignor. actio. Quod limitat Ange. in. d. l. cum prolatis. procedere, quando iudicaſſet contra cõmunem, ſecus ſi nulla eſſet opinio approbata cõmuniter in caſu illo, quia iudex tunc excuſabitur in totum. allegat notata per Innocen. in cap. ne innitaris. de conſtitu. & Barto. in. d. l. de eo. C. de pœna iudi. qui mal. iudi. vid. Bald. in. l. obſeruare. §. proficiſci. quæſt. 4. ff. de offi. proconſul. & leg. Ioann. Andr. poſt gloſ. in cap. capellanus. de ferijs. & Abb. in cap. 1. de re iudi. numer. 10. & Alexan. in. d. l. cum prolatis. num. 21. vbi in numer. 22. tenet quoque, quòd ſi iudex iudicauit malè, ſequẽdo opinionem bonam, tenetur in ſyndicatu, licèt mitius puniatur. Sed dicit limitari ſecundùm Angel. vbi ſuprà, quando iudicaſſet contra communem: ſecus ſi nulla eſſet opi. approbata cõmuniter in caſu illo, quia tũc excuſatur in totum, per iura ſuprà allegata. ¶Ex quo infert ibi Alexã. in. d. l. cum prolatis.

numer. 23. quòd cõmunis opinio † ſequenda eſt, & ſecundùm eam debet quis iudicare. Pro quo dicit, quòd eſt text. bonus. in. l. 1. in verbo, crebrior. ff. de offi. quæſto. & ibi Bald. & in. l. athletas. in princi. ff. de his qui not. infami. & Barto. in. d. l. fina. cum concordantijs. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & idem tenet Ioann. Faber in procemi. inſtitu. col. 2. nume. 2. & Bald. in. l. 1. in fine. C. de vulga. & pupill. ſubſti. & in capi. 1. de natura ſucceſſi. feudi. in fine. ¶Vbi ait, quòd cõmunes opiniones doctorum ſunt tenendę. Et vide Ange. in. l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdi. omni. iudi. vbi tenet, ꝙ cõmunis opi. eſt lex, & tanquã lex poteſt allegari. * Et peregrina in parte doctor. * Quod extende, ꝙ non ſolùm communi opinioni eſt ſtandũ in foro contentioſo, ſed etiã in foro conſcientiæ & animæ, cõmunis opinio excuſat, etiã ſi veritas ſe habeat in cõtrarium. vt tenet Paul. de Caſt. in conſi. 19. col. 2. in fine. in. 2. parte ſuorum conſili. ¶Iſtam regulam limitat Alex. in. d. l. cum prolatis. in fine, niſi cõmunis opin. eſſet notoriè falſa, vel rationabiliter conuincatur ſecundùm quòd iudex acutiſſimi ingenij æſtimabit, vt inquit Ioann. Andre. in c. 1. de conſtit. & Abb. in. c. 1. de re iudi. nu. 10. & in. d. c. capellanus. de ferijs. ¶Ad quod facit, qđ dicit Geminia. in. c. de quibus. 20. q. 1. vbi ait, ꝙ licet potius ſit ſtandum opi. antiquorum, quàm iuniorũ, vt in. d. c. de quibus. fallit vbi dicta iuniorum eſſent magis rationabilia. vt in. c. ita dominus. 19. diſt. ¶Item à cõmuni opi. poteſt recedi, ſi alia opi. eſſet humanior. vt Hoſt. & Abb. in. c. 2. de cognatio. ſpiritual. in verbo, humanitatis. Sed hoc non tenetur per Alex. in. d. l. cum prolatis. Quia quãdo opiniones ſunt pares, amplectẽda eſt humanior, vt in. l. maiores. ff. de pactis. & tex. in. d. c. 2. de cog. ſpiritu. Non obſtat, quia loquitur in Papa habente poteſtatem legis condendæ: & ideo talem opinionẽ eligere poterit. Et idẽ, quod Alexã. in. d. l. prolatis. tenet Abb. in. d. c. 1. de conſtitu. in fi. vbi ait ꝙ communis opi. eſt ſequenda, niſi ſit euidenter falſa, vel poſſit conuinci probabilibus rationibus. quod dicit eſſe notãdum. Ad hoc dicit. ꝙ ſolet allegari tex. in. l. 1. C. de veteri iure enucle. verſi. ſed nec. vbi ait text. quòd ex multitudine authorum nõ eſt iudicandum: quia poſſet vnius, & deterioris ſentẽtia, multos, & maiores in aliqua parte ſuperare: & ſepe Deus reuelat paruulis, quod abſcõdit ſapiẽtibus. ¶Itẽ fallit, niſi contra cõmunem opi. ſit glo. in cõtrariũ: quia authoritas gloſſę eſt maior, quã aliorũ doctorũ, vt Bar. in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. nu. 8. Et Bal. in. l. cũ hęreditas. C. depoſi. dicit, ꝙ authoritas gloſſæ omnes aliasan tecedit. & Azo. & Accurſi. gloſſatores habuerũt illuſtre ingeniũ. vt tenet Bal. in ti. ſuper lothari in vſi. feudo. Et idẽ Bal. in. c. dilecti filij. de mario. & obed. dicit, ꝙ Accur. gloſſator fuit vbreri

mus fons Iuris ciuilis. Et Cyn. in. l. nam moritu

rũ. C. de cõtrahẽ. & cõmit. ſtipul. appellat gloſſatorem idolũ ſuum. Et Ioan. butri. in. l. 1. C. qui pro ſua iuriſ. dicit, quòd vbi cum gl. concordat aliquis doctor, illa opinio cenſetur cõmunis in iudicando. Et Bald. in. l. fi. §. neceſsitatem. 3. col.

C. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. de bonis que liberis. dicit, 'Adhæreas carrotio veritatis, idest glossatori, & in perpetuum non errabis. Et in authenti. cessante. 13. colũ. C. de legiti. hæredibus dicit, quod in consulendo timet recedere à glos. Vide latè de hoc Ias. in dicta l. vt vim. ff. de iustitia & iur. numer. 34. ¶ Vid. tu quoquè Ioann. Fab. in. §. pupillus. Institu. de inutilibus stipula. vbi dicit, quòd in curia ecclesiastica opinio glossæ, & Innocen. adoratur vt idolum: & quòd in iudicando, & consulendo sequenda est glossa, & hoc est tenendum secundùm Ias. vbi suprà. numero. 34. licet solus Abb. teneat contrarium in. d. capit. capellanus. de ferijs. in. 4. notab. ¶ Sed limita, nisi habeas glossas contrarias, secundùm Iasonem vbi suprà, allegando Bald. in dicto cap. 1. de constit. 4. col. quia tunc authoritas plurium glossarum vincit vnam, secundùm Baldũ in. l. precibus. 15. colum. C. de impube. & alijs subst. sicut duo vincula magis stringunt, quam vnum. vt in authẽ. Ita. C. communia, de succesio. Et sic dum ego inuenio glos. maximè Bernardi, & decreti, eam sequor. Vide tu additio. ad Abb. in dict. capit. 1. de constitu. in additione, quæ est in numer. 15. in parte, sed nec. vbi istas fallentias firmat. & vidẽ quoque Salycet. in. l. tradi. C. dẽ pactis. ¶ Quoque limita, quòd communis opin. est sequenda quando fundatur ex casu legis. vt tenet Ias. in. l. illam. C. de colla. nume. 9. quòd possumus iudicare contra communem opini. si non habet casum legis, vel verè non probatur, secundum Anto. de Butri. in cap. tua nos. col. 2. de vsu. & Barba. in consilio. 10. in secundo volumi. vlti. col. quod Iaso. vbi suprà, dicit esse notandum. ¶ Itẽ limitatur, nisi opinio singularis vnius doctoris, vel minoris partis, esset pro matrimonio, quia illi standum contra communem. vt Hostien. in. c. si vir. de cognatio. spiritua. & Ioann. de Imol. in l. 1. secunda col. ff. solut. matrimon. Andre. Siculus Barba. tantùm in consili. 3. penultima col. versicu. nec obstat. hoc intelligit, nisi opinio verior, & approbatior esset in contrarium, quia tunc non debet iudicari pro matrimonio, vt dicit probari text. singulari. in. l. si pars. ff. de in officio. testamen. & dicit quòd hoc sequitur omnis prudentia iuris. ¶ Quoque limitatur, nisi esset opini. Archidiaconi suprà. 6. quæ prævalet alijs, secundùm Rotam. decisio. 348. in antiquis. ¶ Limita item, nisi vna opinio faueat potestati clauium, quia prævalet non fauentibus. Hostiẽ in capi. Rursus. qui cleri. vel vouen. ¶ Item limita, nisi talis singularis opi. quæ est contra communem, esset in fauorem libertatis, & testamẽti, & similibus fauorabilibus causis, tunc enim prævalet dicta opinio contra communem. tenet Andre. Siculus Barba. in consilio. 70. incipiente, Scriptum est. & tenet Zachari. in additio. ad Abb. in capitul. 1. de constitu. ¶ Vbi quoque limitat, nisi consuetudo obstaret communi opinioni, vt in Hispania nostra, & Anglia, in quibus si doctores sunt diuersi, aut contrarij, statur opinioni Barto. quanuis communis sit in contrarium. vt Ioann. Baptista de Gazalup. de sancto Seuerino, in suo tractatu de modo studendi & est tex. in. l. 6. tit. 4. de las leyes. lib. 1. in ord. rega. vbi ait, *que no se ha de alegar glo. ni dicho de doctor de aquellos, que fueron despues de* Bar. & Ioanne. Andr. & tex. in. l. 74. in legibus de Madrid, in antiquis, vbi habetur, quòd in materia canonica præferatur opi. Ioann. An. & post eũ sequatur opi. Abb. Sicul. & in materia legali præferatur opi. Bart. & in suum defectum sequatur opi. Bald. sed iam istæ leges sunt correctæ per tex. in. l. 1. de Toro. ver. *Y por quanto nos houimos hecho*. Et sic, quòd nec opi. Bar. Bald. nec Ioann. An. nec Abb. debet stari, sed bene possũt allegari vt alij doct. & commentatores: quas fallentias quoq; ponit Feli. in dict. capit. 1. de constitu. colum. 38. Et Ioann. de Nauozinis in sua Syluanuptiali. in. 5. libro mirabiliter examinat vbi quoque ponit has limitationes, & ampliationes, & in. 6. libr. ¶ Ex quibus Fallentijs Feli. vbi suprà in dict. c. 1. infert quinque notabilia.

16 ¶ Primum, vt nõ stetur magno commẽtatori, † nisi probet opinionem suam per authenticam scripturam. vt Archidi. in. c. nolite. 11. quæst. 3. Et per illum tex. inducit contra scholares, dicentes, hæc est communis opi. & Cardi. in consilio. 78. loquendo de Ioann. Andr. quòd nec sibi, nec alteri voluit vnquam in opinionibus credere, nisi inquantum eum vrgeat ratio. ¶ Secundum, quòd quando sunt opiniones inde probabiles,

17 laudatur iudex, † qui diuidit per medium materiam diuisibilem. ¶ Tertium, quòd lex ha-

18 bens † duos intellectus, non potest allegari decisionem esse tanquam. l. secundum Bald. in. l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. ¶ Quartum, quòd

19 quando glo. † vel alius refert plures opiniones, præsumitur in dubio approbare vltimam glos. in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad Trebellia. & alia iura ibi per. d. Fesi. allega. & Bal. in. c. 1. an apud iudi. in vsi. feudo. & est gloss. vnica in. c. superinordinata. de præben. & Bart. in. l. bona fides. ff. depos. Angel. in. §. item pretium. Institu. de emptio. & vendi. & Ias. latè in. l. pacta nouissima. C. de pactis. nu. 6. & Montal. in glo. ordi. in parte, rescripta. per. l. si idem. §. fi. ff. de iuri. omn

20 iudi. & per. d. l. qui filium. ¶ Quintum, † quòd iudex,

iudex, qui imitatur opinionem magistri sui, excusatur in syndicatu. Abb. in ca. 1. 7. col. de postula. præla. Angel. in. l. terminato. C. de fructibus & litis expens. quia tenetur discipulus defendere opinionem magistri, nisi veritati repugnet, iuxta illud philoso. Amicus Socrates, Amicus Plato, magis amica veritas, secundùm Fe-

21 lin. vbi suprà. ¶ Sextum, † quòd sententia lata contra communem opinionem, non est ipso iure nulla, sicut lata contra legem. secundùm Angel. post Imol. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio. ¶ Quia suprà in. 5. notabili dixi, quòd iudex excusatur sequendo opinio-

22 nem magistri, † facit in simili, quia opinio doctoris excusat ab expensis. doctores in capitul. vt debitus. de appella. Cardina. in cle. secunda, de magistris. Bald. in authentica. generaliter. C. de episcopis & cleri. per Bartol. in. l. bonorũ. ff. de bonorum poss. titul. generali. Alexan. in. l. iuris. C. qui admitt. numer. 3. vbi dicit esse verum, quando consuluit bonum doctorem, secus si malum: & quando non est in populo, vel ciuitate, nisi vnus: secus si sunt plures. Idem dicit de doctore, qui non excusatur, si credidit alio doctori, malè consulenti. & tenet Angelus in. l. si conuenerit. ff. de reiudicata. ¶ Quoq; intellige verum, quando talis opinio doctoris est approbata pro communi opinione secũdùm Philippum francum, in dict. capitulo. vt debitus. de appella. ¶ Idem requiritur, quòd non sit opinio doctoris, qui præstitit patrocinium in causa, quia tunc non excusatur: sed si non præstitisset patrocinium in causa, & in causa consuluit, eius opinio excusat. vt voluit Alexand. in dict. l. iuris numero. 3. ¶ Idem dic, quòd opinio doctoris ex-

23 cusat à culpa. vt Paul. de Castro, in consilio. 87. Quod intellige secundùm Alexand. vbi suprà, quando consuluit doctorem peritiorem: Quia vt dicit Angelus in. l. plagij. C. ad. l. plagi. de plagiar. quòd ille qui consuluit doctorem, qui non erat de peritioribus, & ab eo habuit malum consilium, & secutus est illud, excusatur à dolo, sed non excusatur à temeritate, seu culpa, quod est menti tenendum secundùm Alexand. vbi suprà. ¶ Quinimo opinio multorum doctorũ excusaret etiam in foro conscientiæ: tenet Paul. de Castro in consilio. 19. colum. 4. sentit Innocẽ. in capitulo: nec innitaris. de cõstitu. ¶ Quod opin. doctoris excuset, Anto. Frã. in additio. ad Abb. in capitu. finem litibus. de dolo & contuma. in additione, quæ est in numero. 23. putat hoc esse verum, maximè si est opini. Iulian. Andre. quia ipse fuit lumen iuris canonici, vt voluit Bald. in capitul. olim. de re iudi. vel si esset opinio glossi. aut Innoc. vt Ioan. de Imol. in capit. cùm cõungat. de iure iurand. 5. charta. De quo vi. Ias. in. d. properandum. §. sint autem alterutra. C. de iuria. numero. 16. cum sequentibus. vbi latissimè. ¶ Supradicta regula, quòd cõmunis opi. est se-

23 quenda, falli in arbitro, † qui potest iudicare suo sensu, secundùm Ioan. Andr. in. d. c. 1. de cõstitu. & glos. fi. ibi per. l. qualem. ff. de arbitris. Quod ell verum, nisi in sententia arbitri esset expressus error iuris. per id; quod notatur in. l. apud Celsum. §. Item quæritur. ff. de doli exceptione. secundùm Imol. in. d. capit. 1. vel nisi ex presse fuisset dictum in compromisso, quòd iudicaret de iure. secundùm Bar. in. l. diem præferri. §. stari. ff. de arbi. & per Feli. in cap. cum dilecta. de rescrip. vel nisi sit arbiter iuris, qui debet pronuntiare secundùm iura, ex quo potest appellari ab eius sententia. vt Bart. in. l. fi. C. de iudic. & Ancharr. in capitu. ab arbitris. de offic. de

24 lega. ¶ Sed ego consulo † iudicibus ordinarijs, & delegatis, vt quando in iudicando occurrit causus dubius, aut contrariæ opiniones, sequantur consilium Abb. in dict. cap. 1. de constitu. versi. & vt habeas perfectè. quod per te vide. num. 14.

25 ¶ Attamen iudex in primis aduertat † ad vires ingenij sui: quia magistratus virum ostendit, vt ethicorum text. commen. 9. & A Egidius de regimi. principi. libr. 3. par. 1. capitul. 13. & fuit originale dictum Pictaci, vt refert Margarita Poetarum in dictis Laertij. vt sit idoneus ad litis decisionem secundùm humanam fragilitatem. vt in. l. si quid venditor. ff. de ædilitio edicto. & Felin. in capitul. per tuas. de simo. nam in puncto subtili recusari potest. vt Ias. in. l. apertissimi. C. de iudi. & si dubitet, conferat se cum peritioribus, vt Panorm. in capitul. 1. vlti. notabi. de consangui. & affinit. ¶ Ioann. Porchus in. l. imperi-

26 tia. ff. de regul. iuris. enumerat sex † requisita in iudice, scilicet debet habere peritiam, bonitatẽ, constantiam, diligentiam, eloquentiam, & prudentiam, & semper debet habere iustitiam ante oculos. vt Bal. in quæst. quæ incipit, Accusatus de vi. turb. colum. pe. Et veritas, & æquitas sunt duo lapides angulares, quos debet seruare iudex. vt Bal. in cap. qui cõtra. de probat. Et in iudicando conetur totis viribus se intricare inter medullas negotij, & aperiat oculos intellectus ad finem dirigere: qui oculi, non debent esse pro vna die, nec pro vna conclusione, sed talis iudex totum processum debet considerare quòd principium cum fine, & finis in suum principium. recto procedat ordine, vt sit alpha, & o. principium, & finis, id est quòd conclusio, & conclu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum conuertantur sicut diffinitio & diffinitum & ex persona actoris, metiatur actionem: & ex persona rei, metiatur exceptionem. vt Bald. in l. emilius. in repet. 10. col. ff. de minori. ¶ Quia
27 debet iudex cogitare, quòd si malè iudicat, † plus perdit, quam pars, quã iniquè condemnat: quia pars aliquid solùm de facultatibus suis perdit, sed iudex honorem perdit, & animam: quia tenetur ad dãna, & interesse vtriq; parti. vt Alberi. in dictiona. suo in vet sic. iude. c. rosarium. in. i. par. sermo. 25. litera. 5. incipiente, Tertio. 1. parte. & sic est deterius, quàm fœnerari. nam fœnerator restituendo quod accepit, potest sperare misericordiam à Deo: sed iudex corruptus pro decem ducatis, non poterit absolui, nisi restituat damna, & interesse, quæ ascendent fortè ad mille. Tenet Sylua nuptia. in. d. 5. libr. folio. 232. colum. 3. & sic quòd fideliter agere & exercere debet officium, vt in nostro text. cauetur.
28 ¶ Sed quæritur, an iudex negligens, † puniatur sicut si iudicat contra conscientiam? dic, q̃ iudex negligens in administranda iustitia, tenetur actione in factum quasi ex maleficio. Bart. in l. fi. ff. de vari. & extraordi. cog. versi. quæro. & ibi ponit casus, in quibus iudex dicitur negligens. Angel. in. l. dies cautioni. §. in eum. ponit alios quatuor. & in. §. duas ergo. ei?. l. ff. de dãno infecto. ¶ Qui sunt, si est negligens facere fieri cautionem, aut aliquid, quòd ipse facere potest, & cognitio, actio in factũ, & missio in possessionem. * Et negligentia *en latin tanto quiere dezir en romance, como quando home dexa de fazer lo que deue e puede non parando en ello mientes*, vt. in. l. 8. titu. 16. partit. 1. * ¶ An extra istos casus teneatur semper actione in factum ad verum interesse partis, iudex qui negligens fuit? tene quòd sic, vt tenet Alexand. in. d. §. in eum. Quia cum talis iudex propter negligentiam possit accusari criminaliter, vt in authentica vt differt iudi. post principiũ. ergo debet competere etiam ciuilis actio in factũ ad interesse partis. vt i. l. ne quicquã. & ibi glo. pe. ff. pro socio. & in. l. qui nomine. ff. de fal sis. non autem tenebitur ex tit. posito. Instit. de obliga. quæ ex quasi delicto nas. in princi. & in dict. l. fin. quia illa iura prouident in iudice per imperitiam malè iudicante, scilicet, quòd teneatur quantum religioni alterius iudicantis æquũ videbitur secundum docto. in dicta. l. fin. Et vi. Bald. in capitulo. quoniam contra. de proba. 8. column. versic. quæro an iudex. vbi tenet, quòd ex qualibet culpa iudex facit litem suam, licet hoc committatur arbitrio iudicis. gloss. tamen in capitul. hoc etiam. 2. quæstion. 6. & in. l. non quicquid. §. 1. ff. de iudic. tenet, quòd imo iudex negligens teneatur ex illo titulo. de obligatio. quæ ex quasi delict. nascuntur. in princip. Et Ias. sequitur istas gloss. in. §. præterea. instit. de actio. 3. column. numero. 11. & 12. cum sequentibus. vbi alia iura allegat, & dicit, quòd iudex negligens administrare iustitiam, etiam facit litẽ suam, sicut faciendo, & sic malè iudicando firmat Angel. singulariter in authentica scenicas non solùm. ad finem. 5. columna. Et istam opin. tenet Paris de Put. in tract. syndicat ver. iudex vt non arguatur, folio. 176. num. 9. Et est glos. in l. argentarius. §. cùm autem. ff. de edendo. in versicul. de iudice. vbi ait, quòd iudex negligens, tenetur ex illo titul. de oblig. quæ ex quasi delic. nas. & glos. in. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. in gloss. final. & in. l. si quando. C. de testa. ¶ Sed Ioannes de Imola, in dict. l. dies cautioni. §. in eum. ff. de damno infecto. dicit, quòd non est verum, quod ex isto titulo teneatur. & stat cum opinion. Bartol. quòd solùm teneatur ad actionem in factum. & idem videtur tenere glossa in capitulo quoniam contra. de probatio. in glossa penultima. & idem tenet Bartol. in. l. prima. C. quomodo, & quando iudic. in. §. cùm autem. & in. l. mancipia. C. de seruis fugi. & tenet Montal. in. l. 24. titulo. 22. par. 3. vbi tenet, quòd ex negligentia non poterit iudex criminaliter condemnari, ciuiliter autem sic, ad interesse partis: quia negligentia in magistratu, est lata culpa per. d. §. in eum. Et certè illa glo. in dict. cap. quoniam contra. in verbo, negligentiam. est singula. vbi expresse tenet, quòd si culpa, vel negligentia iudic. pars aliqua damnum incurrat, iudex totum resarciet: & sic, quòd iudex, qui negligit iustitiam facere, litem suam facit: vt in capitulo dominus noster. 23. quæstion. 2. Et sic expresse illa gloss. tenet negligentiam in iudice, culpæ æquiparari, & rectè loquitur: & idem habetur in dict. capitu. cùm æterni. de re iudi. in. 6. & in dict. §. præterea, quod non solùm habet locum in iudice corporis, sed etiã in iudice animę. vt est tex. & ibi notatur in capitul. ex iniuncto. de hæreti. & est textus mirabilis, & terribilis in suis verbis, in capit. fin. de celebra. missa. & facit gloss. in capitulo. officium. de offi. archipresby. in verbo, sine confessione. vbi tenet, quòd si culpa, vel negligentia presbyteri moriatur infirmus sine confessione, reus erit animæ illius. vt in capitulo, si presbyter. & capit. cognouimus. 26. quæstio. 6. ¶ Et sic ego teneo cum Ioann. de Imol. quòd solùm teneatur ad interesse, & non ex illo titulo. de obligatio. quæ ex quasi delict. nascun. & sic cum Bartol. & Ange. & cum gloss. in dicto capitul. quoniam contra. Quia gloss. in dicto

dicto. ca. hoc etiam. & gloss. in dict. l. non quicquid. §. fina. non rectè probant, quòd teneatur ex illo titul. nec doctores in dict. titul. dicunt. ¶ Angel. tamen in dicta. l. mancipia. C. de seruis fugi. aliter distinguit, dicendo, quòd vbi pœna reperitur terminata ratione negligẽtiæ, tũc vera sit opi. Barto. quòd conueniatur in factum ad interesse: sed vbi non reperitur terminata, tunc sit vera opin. glossæ in dict. §. cùm autem. l. primæ. C. quomodo, & quando iudex. & in. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. & tunc debet attendi, si negligentia est dissoluta: quia esset propriè dolus, & tenebitur tunc in solidum. Aut annumeratur culpæ, tunc tenetur quantũ iudici æquum videtur pro modo culpæ: quę certè est bona distinctio. ¶ Vide tu Alexandrum in additio. ad Bartolũ in dicta. l. fina. ff. de vari. & extraordina. cogni. vbi ait, quòd magis debet puniri negligens facere iustitiam, quàm malè iudicans: quia negligens indistinctè tenetur parti ad interesse, & sic ad verã æstimationem litis. vt in dicto. §. in eum. Sed malè iudicans, si per imperitiam iudicauit, tenetur in quantum iudici æquum videbitur: quod minus videtur, quàm vera litis æstimato. per. l. si filius. ff. de iudic. Et idem Alexand. in dicto. §. cùm autem. in fine. de damno infecto, ait, quòd si per imperitiam iudicauit, tenetur in quantum bono viro visum fuerit, qui habet condemnare ad totum interesse, vel minus, secundùm qualitatem culpæ. ¶ Ratio huius potest esse: quia negligens facere iustitiam, non videtur habere aliquam excusationem: sed ille, qui malè iudicat, & administrat, licet malè, si per imperitiam facit, magis videtur tolerandum. ¶ Sed debet videri, an imperitia iudicantis fuit supina, quia tunc tenetur ad veram æstimationem. vt notat gloss. in dict. principio. institutio. de obligatio. quæ ex quasi delict. nas. & tunc est idem, quod in negligente. Secus quando non fuit supina ignorantia, vt quia errauit in difficili lege. quæ opini. Alexandri videtur quoque bona. Et idẽ videtur tenere in dicto. §. in eum. numero. 4. licet non clarè, vbi tenet, quòd sibi placet, quòd vbi non reperitur pœna determinata iudicis negligentis, debet attendi, an per imperitiam neglexerit facere iustitiam, & tunc tenetur ex illo titulo, de obligationi. quæ ex quasi delict. nas. & quòd si errauit in articulo dubio & difficili, mitius teneatur, quàm si in re clara. ¶ Aut si dolosè denegauit facere iustitiam, seu dare audientiam, prout in dubio videtur, præsumendum scilicet, quòd dolo recusauerit. argument. textus in. l. si procuratorem. §. dolo. & in. l. dolus. ff. mandati. tunc tenetur indistinctè in solidum ad verum interesse. vt in dict. l. si filius. ff. de iudic. & videtur esse de mente speculatoris in titulo de disputationi. & allega. §. final. versiculo. sed quid, si vellet supplere. ¶ Et quòd iudex negligens teneatur ad interesse, indistinctè est communis opinio, vt Alexan. in additio. ad Bar. in. d. l. fi. ff. de vari. extraord. cog. in additione magna. in fine. & idem tenet Paris de Pute. in. d. tracta. syndi. in verbo, iudex vt non arguatur. nume. 3. & singulariter Ludo. Roma. in consilio. 339. versi. quod ad secundum. vbi tenet, q̃ contra regentem, seu iudicem denegantem, vel negligentem iustitiam facere, actio datur parti damnificatæ, quæ recuperat ex iudicis facultatibus omnem iacturam sibi ex iudicis negligentia illatam. & est tex. qui idem tenet in. l. 8. tit. 7. for. ll. lib. 1. & ibi nolter. Montal. quem vi. Licet tex. in. l. 2. tit. 2. for. ll. libr. 2. videatur tenere contrarium scilicet quod non teneatur ad pœnam propter negligentiam. ¶ Sed non est conmeretur pœnam, sed ad interesse tenetur, vt dictum est. ¶ Sed hoc fallit, quãdo pro eodem negotio potuisset adire plures iudices: quia si primus aditus neglexit facere iustitiam, non propterea facit litem suam, quasi non censeatur dãnificare petentem, ex quo ad alium potuit habere recursum. tenet notabiliter Barto. in. dic. l. dies cautioni. §. si tam vicini. ff. de dãno. infect. nume. 1. quod dicit esse notandum. Sed Angel. ibi dicit, q̃ non credit esse verum dictum Bart. quia postquam ille est aditus coram alio iudice non debet reus vexari, vt in. l. 1. in fine. C. de assertio. tollen. & ei non est imputandum, si ad alium non recurrit. Nec obstat secundum eum dictum Barto. quia loquitur, & potest procedere, quando officium iudicis foret ordinatum, solùm in subsidium, & ob necessitatem alterius superioris, qui postea de facili non potest adiri. ¶ Tamen Alex. in. d. l. fi. ff. de vari. & extraord. cog. dicit, q̃ re vera ille. §. si tam vicini. non probat dictum Bar. & d. l. fina. C. de assertio. tollen. non facit: quia ibi iudex aditus non erat negligens, vt ibi per eum. & per Ioan. de Imol. & per eundem Alexand. in dicto. §. si tam vicini. vbi idem tenet. & quoque Paul. de Castr. Sequitur omnino Angel. contra Bart. & dicit, q̃ opi. Angel. est vera, in nume. 2. & non est tenenda limitatio Bart. & sic q̃ ad totale interesse tenetur ex negligentia, quæ absorbet ius partis. ¶ Sed vide tu Amode. insti. in tracta. syndica. colum. 18. versicu. optima conclusio. vbi transit cum dicto Bar. in. d. §. si tam vicini. & sic q̃ non teneatur, si

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest consequi ab alio iudice eius successore. Et hoc tenet, licet Ang. teneat cõtrarium. ¶ Tamen ego concordarem, q̃ si ex negligẽtia in totum perditur ius partis, ita q̃ ab alio iudice successore cõsequi nõ potest, q̃ teneatur, & sic procedat dictum Angel. secus si à successore potest cõsequi, quia tunc nõ tenetur, & sic intelligatur dictum Bart. quæ mihi vera concordia videtur. ¶ Item dico, q̃ ex negligentia ex qualibet parte litis, facit iudex litem suam, & tenetur ad interesse particulare. tenet Bal. in l. si quãdo. C. de testibus. nu. 1. & in. d. l. argentarius. §. tunc. ¶ Et dicit idem Bal. in l. non solũ. C. de commerc. & merci. per tex. ibi, q̃ negligentia in iudice, facit eum puniri tanquam cõsocium criminis. ¶ Et Bar. & Ioan. de Pla. in l. vnica. C. publicæ læti. lib. 12. dicũt, q̃ officiales, qui maleficia dissimulatione non puniunt, sunt acriter puniendi. & idem tenet Ioan. de Pla. in l. omnes iudices. C. de delatori. eo. lib. & tenet Paris de Pu. in tract. synd. in parte, negligentia. num. 9. folio. 164. Et plus tenet, q̃ iudices negligentes in puniendis sceleratis, puniuntur sicut ipsi scelerati. per l. fi. C. ne sacrum bapti. reite. & in l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & cleri. ¶ Talis enim negli-
29 gentia deber probari, † quia pro officiali præsumitur, & nil præsumitur omittere. vt Bal. in l. 2. C. qui accusar. non pos. & Abb. in cap. auferte. de præsumptio. num. 5. tenet, q̃ tanta est iudicialis authoritas, q̃ semper pro ipso præsumi debeat, donec probet aliquid legitime cõtra ipsum. vt in cap. in præsentia. de renuntiatio. in princi. & in cap. causam. de re iudi. ¶ Et Alex. in additio. ad Bart. in l. herennius. §. gaza. ff. de euictio. tenet, q̃ præsumitur iudicem suum officium recte exercuisse. vt in. d. c. in præsentia. & C. bone memoriæ. de ele. & c. quoniam cõtra. de proba. vbi quoque dicitur, q̃ præsumitur pro notario. vt notatur in l. quotiens. in princi. ff. de hæredi. institu. ¶ Et q̃ præsumatur pro iudice, tenet idẽ Ioann. de Platea in l. monetæ. C. de delato. lib. 10. numer. 4. quia multum præsumitur pro eo, vt in l. si quis. C. de officio ciuili. iudi. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & leg. 10. q. & tenet Ias. in rub. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm cri. num. 7. ¶ Et facit, quia diceretur inquisitio scrupulosa, quãdo redarguitur quis de negligentia, seu culpa, & ista non debet exigi ab officialibus, nisi de imperitia: quia difficile esset omnia prouidere: vnde plurimi non syndicantur, nisi de furtis, & baraterijs. vt tenet Angel. & Paul. de Castro, in. l. si seruus vetuit. ff. de lega. 1. ¶ Et probationes cõtra officiales debent esse claræ, & euidentes; & ideo sacramentum in supplementum probationis in isto casu deferri non potest, nec debet. Et hoc potest esse, licet ipse non dicat: quia sufficit, q̃ officialis præstet diligentiam, quam potest. vt in cle. 1. §. porrò. & ibi Cardi. de hæreticis. ¶ Et non solum iudex dicitur negligens in supradictis, verum
30 etiam quando noluit † recipere libellum querimoniarum, & si non fecit restitui damna dãnũ passo. vt Bal. in. d. l. mancipia. sed hoc intelligo, qñ petitũ est, vel delictum cõstat ex confessione rei, aliàs secus. vt Innoc. in ca. cùm oporteat. de accusa. & Bal. in l. 2. ad finem. C. de edendo. & in repet. l. cunctos populos. C. de summa tri. & fid. catho. ver. incidẽter. & doctor del Castillo in. l. 48. de Toro. in gl. *arestitur* r. 3. col. & decisi. Tolos. 22. vbi quoq; tenet, q̃ licet quis fustigetur † debet detineri in carcere, donec satisfaciat parti, & fisco, aliàs iudex de suo soluet. & vi. Pari. de Put. in dict. tracta. syndi. in parte, sequitur modò alia quæstio. folio. 82. vbi de hoc.
31 *Et idem tenet Peregrina in parte furtum. q. 6. in glo. mutilabitur. in. fi. & Sylua. nuptial. folio. 96. col. 3. in fin. & dicta Peregrina in parte inquisitio. in princi. & Bald. in l. congruit. de officio. præsid. *Sed hodie fur non detinetur in carcere propter res furatas, per quandam pragmaticam factam per nostrum Charolum regem in inclyta Pincia. 18. die iunij. anno. 1538. vbi statuitur, q̃ quando aliquæ personæ fuerint in carcere detrusæ, & aliqua cõdemnatione affectæ propter furta, quę antea perpetrarunt, & in suis proprijs personis ad veram executionem perductæ fuerint: nullaq; bona habuerint, quibus creditoribus satisfaciant cedendo bonis, prædicti admittantur ad dictam cessionem bonorum, quanuis debitum à crimine, siue delicto dependeat. *Et vi. quę dixi in ca. 18. infrà in gloss. *qual conuenga.* nu. 6. *¶ Sed hoc voluit intelligere Angel. in l. 1. ff. de priua. delictis. quando processum est per viam inquisitionis. secus si per viam accusationis: quia tunc si malefactor confessus est maleficium, & alia plura, vt in fure contingit, illa cõfessio soli accusatori prodest, & non alijs, secus si fuit processum per viam inquisitiõis: quia quando per inquisitionem proceditur, omnibus furtum passis intelligitur facta confessio, ex quo est facta iudicii inquirenti, qui omnium personam representat, secundùm Ioan. Andre. in additio. ad Specul. in titul. de accusat. §. 1. vet sicul. quid si latro. ¶ Quoque dicitur iudex negligens in iustitia administranda, quando remit
32 tit partes † ad arbitrũ, adeò, quòd potest cõuenri ad omne damnum & interesse, putà quando iudex, qui partem coram eo iustitiam prosequi violen-

volentem pronuntiando remisit causam ad arbitrum, non dicitur facere iustitiam, sed negle-
xisse: quia eo ipso, q̃ vna ex partibus, spreto arbitro, apud iudicem causam prosequitur, cõpromissum dissolutum esse censetur: quia est in potestate vnius compromittentium compromissum soluere per accessum ad iudicem, dum tamen pœnam in compromisso adiectam soluat, in qua ex hoc incidisse censetur. vt in. l. sed si in seruum. §. fi. cum. l. sequenti. ff. de arbitris. & sic potest redire ad iudicem, si talis iudex remittit ad arbitrum, est in negligentia. & casus expressus in. l. si cùm dies. §. quęsitum. ff. de arbitris. vbi cauetur, q̃ si arbiter, coram quo pars intẽdit suã iustitiã prosequi, pronuntiat partem redire debere ad iudicem, vel rem compromissuram in alium arbitrum, coram quorum altero iustitiã consequatur, non censetur arbiter pronuntiasse, sed potius pronuntiare neglexit. & huius est ratio secundũ text. ibi, & in. l. qualẽ. §. dicere. eo. tit. quia officium arbitri est sua sententia totalẽ finem imponere controuersię: sed ista sententia, per quam pronuntiat coram alio litigandum esse, controuersiæ finem non imponit, sed coram alio nouæ litis suscitationem inducit. ¶ Ita igitur in proposito, cuius incumbit officio finem imponere liti. l. quidam æstimauerunt: cum similibus. ff. si cert. petat. pronuntians se exonerando, cùm dicit super ea re coram arbitro litigandum esse, non dicitur iustitiam fecisse, nec finem liti imposuisse, sed imponere neglexisse: quia non totalem finem liti dedit, imò controuersiæ nouam suscitationem coram alio fieri voluit. vt est casus huius quæstionis in dicto. §. quæsitum. prout tenet singulariter Ludouicus, Roman. in consilio. 339. quem vide. ¶ Tutene regulam generalem, quod iudex dicitur negligẽs, quando non procedit in causis, in quibus tenetur procedere ex officio suo. vt Bald. in l. gallus. in principio. ff. de liberis & posthum. vbi si potestas tenetur inquirere, & non inquirat, tenetur de negligentia. Et Ioannes de Imola quoq; ibi dicit, quòd cùm potestas reneat ex necessitate officij purgare prouinciam malis hominib⁹. vt in. l. congruit. ff. de offici. præsi. necessario sequitur, quod verbum, potest, importat eandem necessitatem: & ideo si fuerit negligens, tenetur de negligentia in syndicatu. & idem tenet Paris de Puteo in tracta. syndica. in dict. ver. negligentia. numer. 8. Et Alexand. in dicta. l. gallus. numer. 4. vult tenere contra Bal. dicendo, q̃ regulariter procedi non potest per viam inquisitionis. vt in. l. rescripto. §. si quis accusatione. ff. de muneri. & honõ. & in. l. 2. §. si publico. ff. de
adulte. Tamen Alex. ibi dicit, q̃ dictum Bal. in se est verũ, quãdo lex, procedit per modũ regulę, & nõ per modũ fallẽtiæ. & Ias. quoq; ibi sequitur dictũ Bal. licet cõtra eũ opponat: quia ibi loquitur in statuto, qđ loquitur pverbũ põt, q̃ nõ importat necessitatem: secus in lege, quæ inducit necessitatẽ. vt in. c. 1. de cõstitu. & vbi suprà per eos. ¶ Et licet glo. in di. §. si publico. in verbo, sine accusatore. ponat casus, in quibus iudex potest ex officio procedere, scilicet in crimine suspe. tuto. & in charta falsa, & in calumniatore, & in falso, & in notorio, & regulariter sit contra: tamen Barto. & Ange. ibi dicunt, quòd non sunt fallẽtiæ: quia veritas est, q̃ inquisitio nõ solùm potest fieri ad delicta inuenienda, verum etiam ad puniẽda. & Bart. ibi dat regulas. ¶ Prima, q̃ iudex põt inquirere per denũtiationẽ officialis. vt in. l. ea quidẽ. C. de accusatio. & in. l. diuus. ff. de custo. re. ¶ Secunda, quòd iudex potest inquirere propter incidentem cognitionẽ: quia vbicunque iudex incidenter cognouit de crimine, potest de eo cognoscere per inquisitionem. vt in dict. §. si publico. ¶ Tertia est, quod iudex potest per inquisitionem procedere, propter generalem inquisitionem præcedentem, vbicunque iudex in generali inquisitione comperit aliquem deliquisse, in eodem casu potest ad inquisitionem specialem descendere, & reũ condemnare. & ita intelligitur dict. l. congruit. de quo latè per Fran. de Are. in capi. qualiter, & quando. el. 2. de accusa. §. debet. colum. 7. versi. super prima. q. Bart. & Bart. in. l. 3. §. preterea. ff. de suspe. tuto. ¶ Quarta est, quòd propter magnũ dolorẽ, seu magnã offensam vbicunq; cõmitti tur crimen coram iudice, de illo per specialem inquisitionem potest procedere. vt probatur in calumniatore. vt in. l. 1. C. de calumnia. & in falso teste. vt in. l. nullum. C. de test. & cùm falsum instrumentum coram iudice produxit. vt in. l. pe. C. de probatio. & idem est in alijs delictis, si committutur coram iudice. vt in. l. eos. ff. de falsis. & de eis per Barto. ibi. ¶ Quinto est propter immensum crimen. Sunt enim quædam delicta enormia, in quibus potest quis accusare sine metu calumniæ, vt in falsa moneta, & in crimine maiestatis, & in omnibus alijs, in quibus sine metu calumniæ potest quis accusari, in illis potest iudex inquirere: & inquirendo iudex habet magis largas habenas, quàm credatis. & hoc de iure communi secundùm Barto. & Angel. in dict. §. si publico. ¶ Sed iam hodie de nostro iure regio per quandam pragmaticam factam per nostrum regem Carolum iubetur, quòd iudices ex officio procedentes, vel à querelis partibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus desistentibus, non procedant in casibus leuibus.* In tantum dicitur iudex negligẽs & tenet q̃ licet præsens, vel alius officialis qui mittitur ad prouinciam regendam sit negligens inueniẽdo, non ex hoc excusabitur præsens qui est in officio actualiter si sit negligens in officio, & ex hoc aliqua damna succedant in prouincia sibi commissa, imo durius punitur. tex. & ibi Greg. Lopez. in l. 3. titul. 18. par. 2.* ¶ Tamẽ ego in omnibus delictis, quæ ad meam notitiam veniunt, habita informatione, iubeo delinquentes capere: & capti, facio partem requirere, vel dum in
34 absentia procedo, & eam interrogare, † si vult accusare delinquentem, compareat infra triduum, aliàs pro non parte pronuntiabitur, & in causa procedam, faciendo iustitiam: & tunc si offensus est in mora, vel dixit se nolle accusare, procedo per inquisitionem, aliter non facta ista requisitione, iudex non potest procedere ex officio suo. Ita dixit glo. notabi. in cap. presbyter si à plebe. 2. quæst. 4. Quam pro singul. cõmen. Bal. in l. senatus. C. qui accusa. non pos. dicens, quòd ratio est: quia præferendus est, qui maius ius habet. Idem tenet Cepol. per illam gloss. in cautel. 27. incipiente, Tu scis. & tenet Hippol. de Marsi. in sua practi. cri. §. constante. num. 39. & in consilio. 53. numer. 10. & in consili. 35. nu. 7. & in consilio. 135. nu. 7. & in l. vnius facinoris. §. cogniturum. numero. 46. ff. de quæstio. ¶ Aliàs sententia lata, offenso non requisito, non præiudicaret offenso, & iudex tenetur in syndicatu, si absoluit delinquentem. Ita tenet Paris de Put. in dict. tracta. syndica. in parte, dicit constitutio regni. nume. 10. folio. 137.* Et sic quòd per istam contumaciam non agendi, vel non accusandi à iudicio excluditur. in l. titia. ff. de accusation. & tenet Bald. in l. 1. ff. siquis ius dicenti. non ob temp. 1. lectura. nume. 3. Sed circa hoc quæritur an requirantur plures monitiones, vel saltẽ vna sufficiat gloss. in authen. de hæred. & falci. §. siquis autem, colla. 1. in verbo. monitus, tenet q̃ vna tantum requiratur, quam approbat Angel. ibi & Ioan. de Imol. in. c. si hæres & in. c. nos qui dem. de testam. Tenet Ang. ibi in dict. auth. nu. 15. dicat q̃ vera opinio est, q̃ nisi iudex bis moneat actorem vt agat, infrà dictum terminũ & reum, q̃ excipiat intra terminum prælibatum q̃ non obstante lapsu termini actor agere poterit: quia ius quæsitum actori ad agendum perpetuo, & reo ad excipiendum, iudex non potest eis sua interlocutoria tollere nisi bina monitio interueniat, ne authoritas iudicis sit delusoria: vt l. si prætor. ff. de iudi. tamen licet Angel. hãc dicat esse veram opinionem, cogitandum relinquit: quæ omnia dicta Angel. congerit. Ias. vbi alios allegat in l. 15. apud quem. C. de edendo. numero. 11. & 12. & in fine remanet cum opinione Bartol. ibi quòd vna tantum requiratur: quã sententiam Barto. dicit communiter esse approbatam, pro qua est tex. in capit. licet. de accusatio. Vbi fuit semel monitus vt accusaret, & pro ea facit quod tenet Bald. in l. qui crimen. C. de accusatio. nu. 17. versi. 8. vbi tenet quòd ista requisitio seu monitio fit ad intimandum, seu ad exortandum si vult accusare, & sufficit vna monitio: vt in l. 1. §. 1. officio de libe. agnoscen. & in clementina. 1. de hæretic. & istam affirmat Ostral. in consil. 3. asserens, quòd si alicui accusatori certum tempus ad accusandum præfigatur per iudicem post illud tempus non poterit accusare per dicta. l. titia quia omnis ille qui non venit ad accusandum intra tempus præfixum à iudice, videtur expresse negare se accusare vel le: vt in l. fica. C. qui accusar. non & in. l. si ego. ff. de nego. gest. & probatur in l. ab accusatore. §. destitisse. ff. ad turpilia. & quia si intra terminum non venit, edictum siue decretum. propositum continere videtur, vt in. l. non nunquam. ff. de collatio. bonorum: & pœna autem non parentis decreto prætoris est, vt prætor ei iurisdictionem suam deneget vt in. l. sed & si per prætorem. §. sed etsi. dum decreto. ff. ex quibus causis. maio. & ibi istam quæstio. determinat gloss. ordina. in verbo: vt quia statuit tempus, vt per ista & alia fundamenta satis vtilia tradit Oldrald. in dicto consil. ex quibus inquit quòd fuit repulsus accusator & obiector: & ita est tenendum, quòd vna sola monitio sufficiat, & si intra eam & terminum præfixum à iudice ad accusandum non venerit, iudex procedat ex officio contra delinquentem, imponendo silentium illi cui competit ius accusandi: attamen anteaquam imponat istud silentium debet iterum citari accusator, saltem quo ad hoc vt silentium sibi imponatur, & accusatus absoluatur ab instantia iuditij: & si non comparuit post istam citationem imponetur sibi silentiũ: tenet singulariter Abbas in dicto capitul. licet. de accusatio. numero. 5. & sic possunt reduci ad concordiam. dicta per Angel. in dicto. §. si quis autem, quòd sit necessaria bina monitio, vna scilicet ad accusandum intra terminum, alia ad imponendum sibi silentium: quia in termino non accusauit, quod nota: & istam concordiam sentit Matthe. de Afflict. in decisio. Neapolitan. decisione. 264. numero. 3. & 4. Quòd intelligo nisi in prima monitione, respondit se nolle accusare: nam tunc imponitur sibi silentium sine alia moni-

monitione iusta gloss. mag. in fin. l. fin. ff. de restitu. in integr. & ibi Bartol. & Angel. in tracta. maleficiorum. in princi. nume. 77. Ias. in dict. l. 15. apud quem. nume. 11. Adeò q̃ transacto termino, & imposito silentio, minor non restituitur ad accusandum. text. in. l. auxilium. in. 1. ff. de minori. & gloss. in clementina. 2. de procura. to. in verb. grauiora, & ibi Abbas, & tenet Bald. expresse in dict. l. auxilium, in princi. affirmãs, quòd si minor omisit accusare infra terminum sibi statutum non restituitur postea ad accusandum, & Bald. in. l. suo illud. ff. de in integrum. resti. & Pala. Ruui. in rep. capitul. per vestras de donatio. in. princ. §. 26. nu. 13. Et tenet Albericus de Rosa. in rub. C. de in integrum. resti. asserens quòd minori in executiõibus pœnarum nõ est productum restitutionis auxilium per dictam. l. auxilium.* ¶ Supradicta intelligo in criminalibus, in quibus iudex inquirens pro offensa alteri facta, dicitur assumere partem accusatoris. vt Bartol. in dicto. §. si publico. & Bald. in dict. l. neganda. C. qui accusa. non pos. & in. l. 15. qui reus. ff. de publi. iudic. & Paris de Puteo, ibi suprà. num. 9. ¶ Secus est in ciuilibus, in quibus iu
35 dex † de negando officium suum, parti non tenetur in syndicatu, licet à tali denegatione possit appellari, si multum lædat. Ita Ias. in. §. superest. institu. de actio. nume. 66. & idem tenet ibi Angel. numero. 6. & 7. Et idem tenet Paris de Put. in dicto tracta. syndicatus. in parte, iudex, qui potest ex officio suo aliquid facere. folio. 193. al legando Angel. in l. iustitia. ff. de iustit. & iure. vbi idem tenet: & plus dicit, quòd in commissis arbitrio iudicis, non potest appellari. vt penè in capitulo. 2. de iura. calum. & Ioann. de Imol. in. l. 2. ff. de pub. iud. Quod est verum, vt Ias. vbi suprà, quando residet in mero arbitrio: quia tũc denegando, non dicitur grauare partem, & quãdo iudex parum lædit, secus si nimis. & opin. Ias. tenet Abb. in capitulo. 1. de dilatio. numer. 7. & in capitulo. ex parte. de test. numer. 8. & in capitulo. præterea. eodem tit. De quo vi. Inno. in capitul. fina. de ferijs. vbi dicit, q̃ sic debet intelligi. & Paul. de Castr. in l. videamus. §. fin. ff. de in lit. iura. & Hippolyt. de Mar. in l. quæstionis modum. ff. de quæstio. num. 66. ¶ De quo articulo, an si iudex excusetur, si malè arbitratur, vi. dictum Pari. de Put. in dict. tracta. in parte, arbitrium. folio. 52. & in parte. potestas. folio. 56. Et quia in casibus qui relinquuntur arbitrio iudicis, quos ponit ad longum dictus Hippolyt. in. dict. l. quæstionis modum. in principio. ff. de quæstio. & Bald. in sua practica, in titulo. de officio iudic. & Segura in repeti. l. primę. §. si vir. ff. de acquirend. possessio. columna prima. folio. 13. iudex ipse non tenetur reddere rationem de eo, quod facit, secundùm Ioann. Andre. in rubr.
36 de offici. delega. ¶ Ita nec ipse iudex † potest redargui de eo, quod facit in ipsis: quia semper præsumitur moueri ex iusta causa. vt Innocent. in capitulo qualiter & quando. el. 2. de accusat. tenet singulariter dictus Hippolytus de Marsili. in dict. l. quæstionis modum. numer. 65.* Sed si iudex qui habet arbitrium ex forma statuti si enormiter grauat: punitur, quia ratione enormitatis præsumitur dolus, secus si modice etiam si statutum diceret q̃ statur arbitrio & voluntati iudicis: quia totum hoc debet intelligi sanè: tenet Peregrina in parte sententia &. quæstion. 9. in gloss. & iudicantis, & Cyn. in. l. fina. C. de dotis promissione.* ¶ Alios casus, in quibus iudex dicitur negligens, vi. per dictum Pari. de Putein dict. tracta. syndi. in parte negligedtia. per discursum. ¶ Sed qualiter probetur negligentia
37 † alicuius iudic. dic breuiter, quòd si tenebatur ad aliquod factum limitatum certo loco & tempore, probato, quòd id non fecerit, probata est negligentia. Iste est textus. in. l. 3. §. si ad idem. ff. de re mili. ¶ Et in simili si aliquis colonus conduxit aliquam possessionem per quinque annos, & in istis quinque annis debet vires alleuiare, & hoc non facit, probata est negligentia suae: si autem tenetur ad aliquod factum in genere non limitatum certo loco & tempore, & tunc diuersi sunt modi probandi negligẽtiam prout tenet Lanfran. de Oria. in repet. capit. quoniam contra. de probatio. in parte, testium depositiones. numero. 187. & ibi ponit quid debet probare ad obuiandum negligentiam. ¶ Sed quia suprà dixi, qua pœna iudex negligens punitur.
38 ¶ Quæritur an perdat salarium † propter suam negligentiam. Ias. in. §. præterea. Instit. de actio. columna. 3. numero. 14. tenet quòd sic, allegando Angelu. in. l. si vacantia. C. de bonis vacan. libro. 10. & licet Ias. non alleget. est tex. expressus in. l. iudices. C. de anno. & tribu. libro. 10. qui idem tenet & Montalu. in gloss. ordina. regali. in parte, iudex. & Bartol. in. l. Meuia. ff. de annuis legatis. idem Bartol. & Plat. in dicta. l. iudices. Et ratio huius est secundùm Plat. ibi, quia huiusmodi negligentia est lata culpa, & dolus præsumptus. vt in. l. dolus. ff. mandati. & est textus quoque expressus, quòd perdat salarium in l. fi. in fine. C. de vesti. & olori. libro. 11. Sed Bartol. & Plat. ibi dicunt esse speciale in negligentia adhibita circa executionem tributorum, & aliarum exactionum fiscalium propter magnũ periculum, quod inde sequitur. Sed in iudici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus prætoribus,& Correctoribus distinguitur: quia propter negligentiam commissam in officio non priuatur iudex toto salario, nisi quando negligentia respicit totum tempus officij: alias autem pro parte temporis, quia non fuit negligens, salarium debetur. argument. in. l. si fundum. in verbo, simpliciter. ff. locati. & ita tenet Barto. in. dict. l. Meuia. & Bartol. & Plate. in dicta. l. iudices. & quoque Paris de Puteo. in dict. tracta. in parte, contra magistratum. numero. 5. folio. 178. vbi quoque ita intelligit. * Sed si potestas seu prætor est condemnatus in syndicatu propter alia non debet reddere salarium prætoriti temporis: quia satis est q̃ puniatur vt debet puniri: tenet Peregrina. in parte iudex. quæst. 5. in glos. quinquaginta & singulariter Paris de Puteo. in tracta syndicatus. in parte condemnatus. numero. 1. folio. paruo. 85. * ¶ Idem est in tu
39 tore, † vel curatore: quia propter negligentiam perdit commodum, seu salarium, quod habet. vt glos. in dict. l. iudices. Quod facit ad. l. 2. titu. 7. for. ll. libro. 3. vbi tutores ratione laborum debent habere decimam partem fructuum rerum minorum, quia amittunt istam partem, si sunt negligentes in totum: & si pro parte temporis, pro ea parte amittunt, pro qua fuerunt negligẽtes, vt suprà dictum est. ¶ Corrector tamen seu
40 alius officialis † remotus ab officio, propter culpam non debet habere salarium. notat Bald. in. l. Nensenius. ff. de excusa. tuto. & Montalu. in glos. ordina. regal. in parte, Corrector. & in dicta. l. iudices. C. de anno. & trib. libro. 10. ¶ Sed sciendum est, an iudex, vel alius officialis remo
41 ueri potest ab officio propter negligentiam. † Paris de Puteo in dict. tra. syndi. in parte, qualiter arguatur folio. 179. numero. 7. dicit, quòd nõ remouetur, sed tenetur in syndicatu, allegando Baldũ. in dicta. l. mancipia. C. de serui. fugitiu. vbi Bald. distinguit, dicendo, quòd officialis perpetuus non debet deponi, nisi culpa inducat depositionem, vt quia deliquit in officio. vt de susceptori. & archa. l. fina. & talis dicitur extinctus, & nunquam ad officium redire potest. vt in authentica de armis. in fine. colla. 7. ¶ Aut est officium ad tempus, vt officium potestatis, & tunc propter enormia cessari potest. vt in. l. finali. C. ad. l. Iuliam repet. sed hoc solummodo debet facere, & remouere superior. vt in authẽtica de defenso. ciuit. §. interdum. Pro minoribus autem culpis non deponitur ab officio, sed punitur tempore syndicatus. vt in. l. prima. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm cri. ¶ Et Ioann. de Platea in dicta. l. iudices. numero. 2. dicit, q̃ potestas, vel alius officialis, qui est negligens in officio, potest propter negligentiam, & etiam propter suspicionem remoueri, & salario priuari. * Et vi. l. 16. titul. 7. parti. 1. vbi deponitur prælatus propter negligentiam, & ibi Greg. Lopez & põt etiã remoueri propter nimiam crudelitatem & abusum: vt Bald. in. l. si dominus. §. dominorum. ff. de his qui sunt sui vel alieni. vbi distinguit. * ¶ Sed inquantum tenet, quod propter suspicionem potest iudex remoueri, non dicit verum, quia non remouetur, sed alius iudex sibi adiungitur. vt cauetur in. l. prima titul. 5. lib. 3. in ordin. regali. & in. l. apertissimi. C. de iudi. Et tenet idem Platea. in. l. nulli scriniario. C. de numerarijs actuari. libro. 12. numero. 3. vbi ait, quòd idem est in tabellione, quòd quando recusatur, non remouetur in totum, sed datur sibi adiunctus, vt sit de iudice ordinario, & sic seruatur consuetudo, vt ibi tenet. Idem tenet Montaluus in glos. ordina. in parte, tabellio. ¶ Bald. quoque in dicta. l. mancipia. dicit, quòd iudices maiores propter enormia delicta in officio commissa remouentur, propter leuia, & minores culpas expectatur tempus syndicatus. Officiales verò minores de facili possunt remoueri. vt in. l. 2. C. de portul. & in. l. nã & magistratus. ff. de iniuri. vt tenet. d. Ioannes de Platea in dicta. l. iudices. ¶ Vbi dicit idem esse in famulo, & stipendiario inobediente, & negligente. Tamen in casu. l. fina. ad. l. Iuli. repet. potest remoueri Corrector propter delictum. vt notat Bartol. in. l. libertus. §. in quæstionibus. ff. ad municipal. ¶ Et illud, quod est dictum, quòd ex negligentia non remoueatur, intellige nisi sit negligens ex culpa, quia tunc potest remoueri. glos. in. l. 2. §. miles. ff. de infami. sed debet remoueri à superiore. vt dict. Paris de Puteo. in dict. versicul. qualiter arguatur. & in parte, officialis propter negligentiam. folio. 177. dicit, quòd quoque fallit. quando negligentia est magna, quia tunc remoueri potest. vt in capitul. ad monasterium. de statu mona. secus si parua. argumen. in capitul. quicquid. 1. quæstione. 1. & nisi maius inde præiudicium possit generari. & sic intelligit. l. carcerari. ff. de custo. reo. quia negligentia omnia lædit, vt in. l. 2. C. de naufra. & in authentica, de quæst. ad finem. ¶ Item remouentur si sunt abiecti: & si quis fuit negligens in adimplendo mandatum: & si fit contra id, quod est expresse sibi mandatum. vt in. l. qui fiscales. de nauicula. C. Nam non eo ipso, quod mandatum non impletur, continetur. vt in dic. l. qui fiscales. & in capitul. si quis autem. 10. distin. vt ibi per dict. Paris de Puteo. ¶ Ex quo in
42 fero, † quòd licet in prouisionibus Correctorum rum rex de illis potestatem ponendi locum tenentes in officijs, & remouendi ad beneplacitum, non debẽt remoueri nisi ex iusta causa expressa in iure: quia vltrà quòd esset deducẽ hoc facere, vt Ioann. de Plat. in dict. l. iudices. dicendo, quòd maximum est dedecus remoueri ab officio, quasi de eo dominus non confidat, non potest remoueri, nisi ex iusta causa expressa in iure, vt dictum est. Facit textus. in. §. cùm igitur. in authentica. de non eligen. secund. nubẽ. collatio. 2. & glos. in summa. 15. quæsti. 8. quam pro notabil. allegat Bald. in authentica. ex testamento. C. de secundis nupt. tenet Alexan. in. l. etiam. §. licet. ff. solut. matri. numero. 7. vbi tenent, quòd priuationis pœna nõ habet locum, nisi exprimatur à iure. vt posui, & dicam infrà in capitulo. 9. in glos. *Sola la pena dela ley.* Et facit text. & ibi Plat. in. l. ordinariorum. C. de cohartalibus. libro. 12. vbi tenet, quòd officiales cuiuscunq; magistratus ordinarij, tan præsides, quàm alterius, ex nulla quantuncunque honesta causa potest licẽtiari ab officio, nisi primus reddat rationem officij. * Et tenet late & singulariter. Guillerm. Benedict. in repetition. capitul. Rainuntius. de testament. in parte duas habens filias. nume. 37. cum pluri. seq. vbi in numer. 38. dicit q̃ quando debet reuocari, ex causa debet audiri in suis defensionibus adeo q̃ si sine causa & pro sua voluntate destituerentur eis sucurritur per remedia iuris ordinaria etiam possessoria. & reuocans tenetur ad omnia præparamenta: interesse & damna in foro conscientię, & etiam cõtentioso & per superiorem debet in hoc cõdemnari ad resarciendum secundum eum ibi. numero. 44. 45. & 46. argument. text. in. l. 1. §. cepisse. ff. de pollicitatio. & inquit quòd in curia Burdegalen. fuit salubriter ordinatum, q̃ iudices Basyletij & Senescali & cæteri magistratus: suos non possunt sine causa in curia parlameti ipsis auditis causa cognita locum tenentes mutare, q̃ nota cõtra istos correctores, quia quotidie eos reuocant ex eo quia eis nolunt pecuniam conferre seu partem fructuum seu expensarum officij & quia hoc nolluntfacere, prætores falso perperam contra dictos loca tenentes proponunt vt remotionem colerent quod est iniquũ, & ideo rex. ad hoc euitandum, eos debet prouidere. vt dixi, infrà. capit. 4. * ¶ Sed an potest corrector aduocare ad se causam aliquã, & iubere suo loco tenẽti vt de ea non cognoscat. Videtur q̃ sic, vt tenet Pau. de Castr. in. l. iudiciũ soluitur. ff. de iudic. numer. 6. loquendo in potestate, & suo vicario, qui habẽt iurisdictionem ordinariã eiusde tribunalis: vnde cum potestas seu Corrector sit

superior, potest à suo tenente iurisdictionem auocare, vel sibi inhibere, quòd in aliqua causa non procedat, & sic auferri sibi exercitium: & tunc non valebit, quod facier per dict. l. iudicũ te iudex. quæsti. 5. in glos. officium q̃ superior potest inhibere inferior ne iudicet quando inferior recognoscit iurisdictionem ab ipso superiore, alias non potest vt dicit notari Host. in cap. volentes de officio legati. & Archidiaco. in cap. de prima. 11. quæst. 1. * Et sic patet in prouisionibus officiorum: quia potest vti iurisdictione per se, vel per suum locũ tenentẽ, quẽ potest remouere in totum, à fortiori inhibere, q̃ in aliqua causa non procedat, ad se eam aduocãdo. Et licet hoc fit de iure, tamen non est faciendum per Correctores: quia vbi ceptum est iudicium, ibi debet accipere finem. vt in. l. vbi acceptum. ff. de iudi. & quia si locum tenens est suspectus potest recusari, ipse associabitur, iuxta. l. 1. titul. 5. libro. 3. in ordina. regali. ¶ Vltra supradicta dico, quòd ad hoc, vt iudex teneatur ex negligen
43 tia, requiritur, quòd requiratur † à parte: quia post talem protestationem tenetur, aliter non. Ita Bartol. in. l. damni. §. sabini. in fine. ff. de damno infecto. & Bald. in capitul. iudices. numer. 6. de pace iura. firma. per. l. argentarius. §. cùm autem. ff. de edẽdo. & per. l. cum seruum. C. de serui. fugiti. vbi Bald. quoque tenet, q̃ iudex non debet ponere quem ad torturam, nisi petatur à parte. & Bartol. in. l. dies cautioni. §. hoc autem. ff. eod. titul. de damno infec. latè Alex. in. d. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui ope. nuntia. & Anto. in capitul. venerabilis. de iudi. & Abbas in capitul. fin. de rescrip. column. fin. numer. 16. vbi omnes tenent, quod negligentia iudicis nõ præsumitur, nisi post protestationem, & interpellationem: quia non tenetur officium suum impartiri non postulatum ad vtilitatem priuatam. vt in dict. §. hoc autem. & ibi Bartol. & docto. & latè Paris de Puteo. in dict. tracta. syndicatus. in parte. an & quando. folio. 40. vbi idem tenet. ¶ Ex quo infert Abbas in dict. capitul. fi. in dict. num. 16. quòd si statuto cauetur, quòd si iudex non finiet quæstionem infra certum terminum, debeat soluere pœnã certam: quòd iudex non incidit in pœnam, si nõ fuerit petitum, seu interpellatum à partibus, vt decideret infra terminum. Quod facit ad. l. 1. tit. 15. lib. 3. in ordi. regali. quæ lex ponit pœnam iudicibus non pronuntiantibus infrà terminum illius. l. quia in illam pœnam non incidunt, si eis non fuit requisitum, vel protestatio eis non fuit facta. ¶ Quoque facit pro iudicibus, qui vocantur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

del regimiento: quia si infra terminum sibi datum postquam est appellatum causam nō diffiniunt. vt in.l.6.titu.de las appella.in ordina.regali.& in pragmatica facta per nostrum Carolum regem in curijs Vallisoletanis, anno.1523. in ordine consi.95.in qua cauetur, ꝙ incidant in pœna ibi contenta, & in interesse partis appellantis: intelligitur, si fuit eis requisitum, & protestatum, aliàs secus per supradicta. * Et tenet expresse Ange.in consi.140. incipien. quidam Matthæus, & sequitur Iaso.in.l. properandū.§. sin autem vterq;.C.de iudic.nume.6.* Et idem tenet Abb.in capitulo penu.columna pe.de iudic.& Cataldi.in trac.syndicat.in versiculo.42. incipiente. Adde quòd iudex.& Barb.in capitulo, consuluit.de offic.delega.columna.4. Hippollyt.de Marsi.in sua practi.crimi.§. nunc videndum.numero.4.Pro quo dicit, quod facit textus in.l.prima.§.magistratibus.ff. de magistra.conueni.vbi dicitur, quòd magistratus, qui non dedit tutorem, vel curatorem minori, tenetur. Quod est verum, si interpellatus fuit, aliàs secus. Quod tenet Ioan.Calde.in consilio.3.titulo, de pœnis.vbi si per statutum imponitur iudici pœna, si non administrauerit iustitiā: si non fuit petitum per partem, non cadit in pœnam. vt tenet Hippolytus de Marsilijs in.l.vnius facinoris.§.cogniturum.ff.de quæstion.numero.4.cum sequentibus.& Ioann.de Platea in dict.l.iudices.numero.4.vbi ait, quòd officialis non præsumitur negligens, nisi fuerit protestatum. allegando Bald.in dicta.l.damni.§.fabini.& tenet idem quod Abb.in dict.c.finali, de rescrip. de iudice non decidente causam infra terminū, quòd in pœnam non incurrit, si ei non fuit protestatum. Et faciunt notata per Andre.Barb.& Anto.Fran.in additio.ad Abb.in capitulo, licet ex suscepto.de foro compe.in prima additione.vbi idem tenet, allegando plura iura. ¶ Ad
44 quod facit. quia iudex † semper præsumitur paratus reddere ius: quod probatur eo ipso, ꝙ non probatur contrarium. vt glossa in.l.prima. C.de testament.mili.& sic pro iudice præsumitur. vt in.l.2.C.de offi.ciuil.iudic.& quòd si nō appareat de interpellatione, præsumitur iudex paratus reddere iustitiam. ¶ Quæ interpellatio debet fieri post conclusionem in causa, quando fit super processu concluso. vt in dicta.l.ordina. in authentica, Item si appellatum. & ibi Bald. C.de tempo.appella.& per eundem in additio. ad Specul.in titulo de appella.§. primo. versic. mora.& per Ioan.de Imol.& Philippu. Franc. in capitulo, ex ratione.de appellatio.& Alexā. in dicta.l.de pupillo.§.si quis ipsi prętori. prout tenet dict.Anto.Fran.vbi suprà. ¶ Vbi quoque ait, quòd iudex, qui non facit id, quod ab eo petitur per partem, non allegata ratione quare nō facit, dicitur esse negligens. Et hac de causa sem per ego soleo respondere protestationibus factis contra me, quæ in nostra Hispania, requirimientos, vocantur, ne videar negligens, & consentire. Quia vti ait Bald.in capitulo primo de milit.vasa.qui contu.est in vsi.feudo.nume.primo, qui non loquitur, & obmutescit, iustitiam denegare videtur. Et sic, quòd iudex requisitus de iustitia, vel de expeditione causæ nil respondens, dicitur esse in mora, & iustitiam denegare. Quod etiam voluit Philipp.Franc.in dicto capitulo, ex ratione.in.2.quæstione.circa 5.impedimentum.& quòd ex isto casu poterit ab eo appellari, vt Abb.in capitulo, dilecto. de appella.& Alexand.in.l. de qua re. ff. de re iudica. ¶ Supradicta intelligerem, quòd iudex requisitus, si est negligens puniatur, procedat
45 † quando lex ponit pœnam iudici aliquid non facienti ad vtilitatem priuatam in dictis.ll. regalibus, & similibus. Secus in his, quæ non ponunt pœnam, nec præcipitur per legem: quia iudex in his, quæ expediuntur, ex officio suo requisitus, non tenetur in syndicatu, licet denegādo possit ab eo appellari, vt dixit Iaf.in dicto.§. præterea. & hoc in ciuilibus. vt textus. & ibi Paulus. de Castro in.l.non quicquid.ff.de iudi. Quia illud, quod per legem arbitrio iudic. committitur, non compellitur, nec tenetur iudex facere, si non vult, licet facere possit: & ideo si nō facit, non tenetur: secus si per legem iudici præcipitur, vt in exemplis ibi positis per eum, & per doctores. Quod intelligo, quando est quæstio inter priuatos: quia vtilitatem priuatam iudex non tenetur interponere officium suum non petitum, si non respicit reuerentiam alterius iudic. vt in.l. eos. in fine. & in. l. iudicibus. C.de appellation. Et licet respiciat vtilitatem partis, si non respicit miserabiles personas, vel actum pium, si iudex non prætendit probabilem ignorantiam, tenetur interponere, licet nō sit petitum inter miserabiles, vt in dicta. l. prima.§.magistratibus suprà allega. Tenet Bartolus & Alexander. latè in dicta.l. dies cautioni. §.hoc autem.ff.de damno infe. numero secundo. vbi vi. quæ dicantur causæ piæ. & Angelus de Aret. in dicto. §.præterea. Institut. de actionumero.trigesimo nono. vbi dicunt, quòd secus est, quando non tale officium respicit principaliter publicam vtilitatem, quia ex mero officio illud tenetur imponere. vt in dicta l. congruit. ff.de officio præ. Idem tenet Abbas

bas in capitulo, prout.de dolo & contuma.numero decimonono. ¶ Et etiam in criminalibus si non sit petitum, tenetur procedere, aliàs tenetur prout latè dixi suprà versicul.tene regulam generalem, & tenet dict.Pari.de Puteo in dicto tracta.inverbo, negligentia.infra quantum tempus.in principio. Et Bartol.in dicta.l. congruit. numero.3.dicit, quòd iudex debet facere inquisitionem generalem facti, & ista est permissa: quia debet generaliter inquirere, vt malis hominibus prouincia purgetur. Et dicit, quòd ista est practica, quam in principio sui regiminis recto res faciunt generalem inquisitionem: sed specialis inquisitio contra certam personam, est prohibita regulariter: quia sine accusatore nemo punitur. vt in dict.l.rescripto.§.si quis.ff.de muneri.& honori. Quod dicit, quòd fallit in casibus notatis in dicta.l.1.§.fi publico.ff.ad.l. Iuli. de adulte.& ibi Bartol.quos suprà posui. ¶ Tamen in illis secundum eum non debet iudex inquirere, nisi indicijs præcedentibus, aut fama publica, vel ad relationem nunti, iurati. ¶ Sed tu tene, quòd iudici est permissum de iure ad publicam vtilitatem & vindictam de quolibet crimine inquiri, quicquid senserit glos!l.in.l.ea quidem.C.de accusatio. quia accusatio de quolibet crimine est permissa, ergo inquisitio, quæ succedit loco eius. vt in capitul. licet heli. de simo. & in.l.cùm patronum.§.primo.ff.de iure patro. & sic ad eundem effectum, ne delicta remaneāt impunita. licet Salycet.in dicta.l.ea quidem.dicat, quòd hoc ei non placet. ¶ Vide tu Angelum de Are.in tracta.malefi.in parte, hæc est quædam inquisitio.versiculo secundo, principaliter.numero.30.vbi in hoc ponit veram conclusionem, dicendo, quòd aut iudex procedit faciendo inquisitionem specialem contra certam personam, nullo alio præambulo præcedente, propter qđ iudici verè, vel præsumptiuè sibi cōstet de aliqua præsumptione legitima illā personam delictum perpetrasse, & tunc non potest procedere: & hoc modo dicit esse intelligendam gloss.in dicta.l.2.§.si publico. Et potest esse ratio, vt iudicum malitia refrænetur. vt in l.2.in fine.ff.de custo. reorum. ¶ Si verò præambulo legitimo præcedente, propter quod apparet iudici verè, vel præsumptiuè illam personam perpetrasse illud delictum, potest formari specialis inquisitio: & quando clamor validus peruenit ad aures iudic. quòd eius subditus diffamatus sit de aliquo delicto. vt in capitulo, qualiter & quando. de accusatio. & in l.tertia. ff. de officio præfecti prætoris. ex eo, quia contra diffamationem ex inquisitione generali iudex deueniat ad specialem. vt in.l. quarta.ff.ad.l.Iuli.repetitio. Quia tale delictū non potest amplius sub dissimulatione transire: maximè quando scandalum potest oriri. vt in dicto capitulo, qualiter & quando. Quod dictum Angeli ad literam seruatur. Quia statim, quòd delictum ad notitiam iudic. peruenit, illicò facit suam informationem, & procedit contra delinquentes, aliàs teneretur in syndicatu: quia diceretur stare per iudicem, quando sibi liquet, vel in suam notitiam venit, & non procedit. Secus si sibi non liquet, secundùm Bald.in.l.si de meis.§. ex compromisso.ff.de arbitris. & Paris de Puteo in dict. tracta.in parte, negligentia.numer, octauo. ¶ Quo modo probatur negligentia cōtra iudicem. Vi. Bartol.singulariter in consilio. 102. & latissimè dictum Paris de Puteo in dict. tracta. in parte qualiter arguatur negligentia iudicis. & ibi vi. casus negligentiæ. & quoque quomodo iudex probat diligentiam ad hoc ne teneatur in syndicatu.

¶ Ad supradicta adde, quòd quando iudex tenetur ex negligentia, intelligitur quando est leuis, vel lata. Secus si est leuissima, vel casu fortuito, vt Amodeus iussi.in tracta.syndicatus. folio quinto.capitulo de secundo ad bannum iuris. Et ibidem folio.16.columna tertia. versiculo, similiter tenet, quòd non syndicatur officialis de negligentia, nisi sit dissoluta, & dolo proxima, & ita dicit quòd seruat consuetudo: quia inquisitio de negligentia, dicitur scrupulosa. Sed quia supradictum est, quòd ad hoc, vt iudex teneatur, debet requiri, vel protestari. Que
46 ritur, an † sit necesse, quòd pluries requiratur, vel sufficiat vnica interpellatio? Bartolus in.l. mora ficri.ff.de vsuris tenet, quòd sufficit vnica interpellatio, nec requiritur quòd semper instet. & ibi Angelus idem tenet in fine colu. per glossam ibi. quam dicit notabi.l. & idem tenet Ioan.de Pla.in.dil.iudices.nume.4.C.de anno. & tribu.lib.10.per.l.titia seio.§.vsuras.ff.de leg. 2. vbi Bartol.idem tenet, dicendo, quòd sufficit, quòd quis semel interpelletur per iura suprà allega. imò in tali requisitione, seu interpellatione non tenetur quis dicere peremptoriè: cùm quælibet interpellatio sit peremptoria, sicut in dilationibus, quæ dantur ad probandum. Et interpellatio, quæ fit iudici, sufficit quòd interpelletur semel, vt perpetuò videatur stare per iudicem: nec habet necesse singulo die iudicem interpellare. vt ibi tenet ad literam Barto.& Abb. in cōsilio.7. in secundo volu. & Paul. de Castro in consilio.27. Et Ioann.de Imola ibi, in.d.

§.vsuras,

Universidad de Deusto
Biblioteca

§.vsuras.sequitur opinio.Bartol.dicendo,quòd vnica interpellatio sufficit. Quod tenet Amodeus iusti.in tracta.syndicatus folio.6. in parte, de tempore.sequendo Barto.in dict.§.vsuras.Et idem tenet Alexan.in.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de noui operis nuntiatio.numer.3. cum sequẽtibus,vbi dicit,quòd regulariter ista est communis opinio.& hoc est tenendum. Licet Ioann.de Ana.in capitulo.si quis.de accusatio.in fine.videatur contrarium dicere,dum ait, quòd quando monitio fit in iudicio, requiritur trina monitio,aliàs sufficit vnica:quia intelligitur,quando talis monitio fit parti à parte: secus quando fit iudici per partem,per supradicta. ¶Quod fallit in petendo libellos dimissorios. vt in cle.quanuis.de appella.& quando in causa appellationis interpellat iudicem vt causam finiat,quia requiritur,quòd summa ope institerit,quod causa terminetur.vt in.l. fina. §. illud. versi.Summa ope.C. de tempo.appell. & sic q opi.Barto.in dict.§.vsuras.habet locum in causa principali,non in causa appellationis: quia vltra hoc regulariter vna monitio sufficit.Et vltra allegata per Bartol.est gloss.in capitulo,cupientes.in verbo, proposita. de electio.in. 6. & gloss.in capitulo primo in verbo,requisierit. de hæreticis.& gloss.in capitulo,si episcopus.18.di stin.& Innoc.in capitu.cùm nobis olim. de electio. ¶Præterquàm,quando vnus iudex requireret alium iudicem sibi parere,quia tunc requiritur trina.vt est glossa in capitulo, causam. de officio delega. ¶Vi,alias fallentias per dict. Alexand.in dicto.§.si quis ipsi prætori.numer.5. &.6. ¶Modò sciamus,si illud, quod iudex soluit propter suam negligentiam,si potest à parte
47 recuperare. † Angelus in dicta.l. mancipia.C. de serui.fugi.in principio,tenet, quòd quando iudex facit litem suam, faciendo scilicet malè sententiando,non potest habere recursum contra illum,in cui⁹ fauorem tulit iniquam sentẽtiam,quia sui delicti pœnam sustinet. ¶Secus autem si facit litem suam negligendo:tũc si soluit id,quod in obligatione versabatur, habet recursum contra eum. Casus est secundùm eum in.l.missi opinatores.C.de exacto.tributo.lib. 10.Quod dictum Angel. sequitur Paris de Put. in tracta.syndi.in parte,lis sua numero.5.folio 160.vbi per cũ.& Amodeus iusti.in tracta.syndicatus.in parte,item in eo quòd plures innocẽtes.2.colum.versic.Item tenetur si tulit.vbi ait, quòd si male iudicat, tenetur:& si soluit,non repetit a parte pro qua iudicauit: quia soluit pro sui quasi delicto. licet contrarium teneat Angelus in.l.si stichum.§.si mãdato.ff.de solutio.vbi ait,quòd debent cedi actiones ab eo cuius soluit. ¶Sed concordatur vt suprà: si per dolum iudicauit,actiones non debent cedi. Secus si per imperitiam,culpam,vel negligentiam,quia tũc debent cedi.& ita procedit opi.Angel. & idem tenet latè Cataldi.intractat.syn dica.quæstione 44.quæ incipit, Adde an officialis. & idem q Angelus,tenet Bal.in.d.capitul.iudices. de pace iura.firma.in vsi.feud.numer.2.&idem tenet Angelus in.l.sed eximendi.§.hoc iudicium. ff. nec quis eum qui in ius voca.vi exi.&ibi magis latè Alexand.numero.2.& in.l.si quis dolo. §.1. ff.de re iudica.Et quoque tenet idem Alexand. in additio.ad Bartol.in.l.prima.ff. de appellat. in additione magna,quæ incipit, habet regressum.in fin. vbi tenet , quòd iudex , qui in syndicatu condemnatur,& soluit expensas litis,in quibus negligenter omisit condemnare partem victam calumniosè litigantem,posit eas repetere.vt est dictum singul.Specula.in titulo.de impen.§.postremò.versicu.illud.per dictã.l.missi opinatores. ¶Quod Imola impugnat, & bene secundùm Alexand.vbi suprà per.l.si tertius.§. celsus.ff.de aqua pluui.arcen.& ante eum contrarium tenuit.Bald.in.l.sancimus.ad finem.C. de iudic.tamen secundùm Alexan.opini. Specula.potest esse salua in vno casu,secũdum Roma.in dict.§.celsus.scilicet quando expensæ litis essent promissæ in contractu,quia tũc etiam post iudicium finitum iure actionis peti possunt secundùm glossam in.l.nõ solum.ff. de rei vendi.& in.l.3.§.si rem.ff.de legatis.3.meritò ergo iudex illas repetere potest. Quod Alexand. vbi suprà dicit esse notabi. de quo vi. latè dict. Pari.de Puteo in dict.tracta.in parte, an iudex, qui facit litem suam:& soluit expensas litis.folio.163.& Alexan.an additio.ad Barto. in dict.l. missi opinatores. ¶Sed hoc intelligit Alexand. in dicto.§. hoc iudicium. quando soluit illud, quod tenetur , tunc à debitore principali repetit:sec⁹ quãdo soluerit illud ad quod tenebatur, sed aliam rem. Et facit quod tenet Angelus in.l.stichum.§.si mãdato meo.ff.de solutio.vbi ait, quòd quando ex negligentia condemnatur iudex,quod ei sunt cedendæ actiones cõtra debitorem,vt recuperet.& Paul. de Castr. ibi dicit, quòd ita consuluit,& totum collegium Florentinum.& sic debet intelligi dict.Paul.de Castr. in.l.filius familias iudex.ff.de iudic. numero. 8. & Montal.in.l.2.titulo.2.for.ll.libr.2.in glossa, *pierda lo que uuiere.* vbi indistinctè tenent,quòd iudex non repetit illud, in quo fuit condemnatus. Quod intellige, quando fuit condemnatus propter imperitiam , & propter malam

lam sententiam,& sic in agendo: secus quando condemnatur propter negligẽtiam.Et ita quoque tenet Alexan.in additio.ad Barto.in.l. fin. ff.de varijs & extraordi.cogni.in additione magna in medio. Et miror de nostro doctore de Pala.Ruui.in repeti.capituli, per vestras. de dona.inter vir. & vxorem.folio.107.numero. 10. vbi indistinctè tenet contrarium,dicendo , q si iudex , qui malè iudicauit virtute suæ iniquæ sententiæ,pars pro qua lata fuit, aliquid obtinuit, quòd si postea tempore syndicatus petitur à iudice,quòd poterit iudex dicere parti petenti,dirigas actiones,& remedia tua contra illum,ad quem pecunia in condemnatione deducta peruenit meis sumptibus , & meo periculo, quod audietur,& interim ab instantia absoluetur.Et dicit ita tenere Pari.de Puteo in.d.tract. in verbo,iudex malè iudicans.fol.56.versiculo, attamen ego.in libro magnò,sed in portatil.est foli.150.qui in expresso tenet di.Palat.Ruui.& loquitur,quando malè iudicauit , & non in negligente.Sed hoc ego non tenerem,quia est cõtra opinionem communem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui rectè iudicat,stateram habet in manibus,ita quòd condemnet condemnandum, & absoluat absoluendum.*
2 *Iudex non debet declinare ad dextram,nec ad sinistram.*
3 *Iudex in vtroque penso iustitiam & misericordiam debet habere.*
4 *Iudex puniens aliquem,misericordiam facit.*
5 *Iudex sine causa an potest mitigare pœnam, vel multam à canone, vel a lege inflictam. Et quid ante sententiam, vel post. Et quid si est iudex inferior. numero. 18. 21. &. 22.*
6 *Iudex,an potest remittere pœnam propter paupertatem.*
7 *Bannũ an potest remitti propter paupertatẽ.*
8 *Infamiæ pœna post sententiã non põt remitti.*
9 *Leges ex causa licitum est transgredi. nu. 11.*
10 *Causæ,propter quas pœna minuit. Et si iudex vidit se errasse in sentẽtia syndicatus cõmunis petat restitu. in integrum cuius rigore poterit addere.*
12 *Dans alapam potestati,potest suspendi.*
13 *An pro vno furto magno possit quis suspendi.& nume. 15.*
14 *Propter seditionem leges transgrediuntur:& suspẽditur sine processu, & ordine iudicij.*
15 *Repertus in crimine,non potest appellare, & ad executionem proceditur contra eum.*
16 *Fur absconditus in domo,an debeat mori.*
17 *Ponens scalas ad domũ , vel muros alicuius, punitur.*
19 *Propter inhumanitatem criminis punitur animal,& homo rationalis.*
20 *Propter inhumanitatẽ criminis corpus mortuum suspenditur.*
22 *Iudex , qui ex aliqua euidenti vtilitate venit contra statuta,non tenetur in syndicatu.*
23 *Iudici debet constare delictum,quãdo ex causa excedit leges.*
24 *Iudex quando procedit per denuntiationem, vel inquisitionem,potest ex causa leges transgredi:secus si per accusationem. Hic ponuntur aliæ fallentiæ.*
25 *Iudex ita debet iudicare magnũ, sicut paruũ.*
26 *In pœna pecuniaria plus puniuntur maiores, quàm minores:nobiles,quàm ignobiles.*
27 *Plus punitur inferior , quàm superior ex eodem delicto.*
28 *Nobiles, & honestiores ciues de capitantur, plebei suspenduntur. Fallit, vt hic.*

f **Derechamente.** f Rectè iudicando , stateram in manu gestat. † glo.in cap. cùm æterni tribunal.de re iu.in.6.in verbo,stateram.&.c.omnis qui.45.distin.& sic,q cõdemnet condẽnandum , & absoluat absoluendũ.

derechamente f, guardãdo nuestro

¶Vnde Aristo. vt refert Cicero, Magistratus virum ostendit, si ritè, & rectè gesserit. 1. seruato iuris ordine , & iustè iudicauerit , premia digna fert , vt Amodeus iusti. in tractat. syndicat. in præfatione dicti tractatus. ¶Et iusto non aduersabitur quicquam malignum. vt in epistola inter claras. & in capitulo. iniustum. 11.quæstione.3.& capitul.rectè.& iustus est,qui iustitiam facit.vt in dict.capitul.iniustum. ¶Et

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 non debet declinare † ad dextram vel sinistram. vt in capi. qualiter & quando. el. 1. de accusa. & in. l. vbi. C. ad. l. Corn. de fal. & in ea. cùm inter. de except. & ideo vocatur sedens in medio. vt in capitulo, quoad consultationem. de re iudica. & tenet Specula. in titu. de aduoca. §. 5. versiculo. Item de iustitia. numer. 13. & idem tenet Specula. in dict. tit. §. 6. versicu. cum suum bonũ. num. 33. vbi latè vide. ¶ Quia non est iudex, si in eo iustitia non est. vt in capitulo. 1. 22. quæstion. 2. & gloss. in. l. 2. titulo. 2. for. ll. lib. 2. in glossa. 2. ¶ Et

3 in vtroque penso † iustitiam & misericordiam in criminalibus debet habere. Misericordiam di co, & rigorem debet seruare: non quòd simul exerceat ea circa aliquem, sed quia si opus fuerit, & causa subest, debet esse misericors in dispensando: si causa non subest, debet rigorem seruare in iudicãdo: vel quòd semper habeat misericordiam etiam occidendo hominem: & si non per mitigationem pœnæ, saltem per compassionem. vt est textus in. l. 41. titul. 5. partit. 1. in fine. vbi tenet, *que la verdadera justicia con dulcor se deue hazer*. & vi. quæ dixi infra in gl. *el derecho alas partes*. in principio. ¶ Quia ex hoc facit mise

4 ricordiam, † cùm facit, vt quis conteratur inter flagella, & nec fiat deterior: vnde eo ipso, quod iudex punit aliquem, misericordiam facit. vt in capitulo, ei qui. eadem distin. & qui facit finem peccato misericors est. de pœnit. d. 1. in. vlti. capitulo vlti. in fine. vt tenet gloss. singula. in dict. capitulo. omnis qui. ¶ Quia iudex sine causa

5 † non potest pœnam mitigare à canone vel lege infligtam. vt in capitulo, si quem pœnituerit. 2. quæstione. 3. ibi: tamen legis potestas aduersus eum exercebitur: nam facti quidẽ quæstio, in arbitrio est iudicantis: pœnę verò persecutio, non est eius voluntati, mandatur, sed legis authoritate reseruatur. vt in capitul. iudicet. 3. quæstione. 7. & in. l. si operis. C. de pœnis. & in. l. prima. ff. ad turpili. ¶ Sed illum textum intelligit ibi gloss. in dicto. capitulo. si quem pœnituerit. in verbo, voluntati. sine causa: cum causa verò potest, vbi ex causa, ex persona, & ætate, & ratione scandali potest iudex arctare, vel pœnam augere. vt in. l. aut facta. §. vlt. ff. de pœnis ex persona. vt in. l. capitalium. §. vlti. ff. eodem. AEtate, vt in capitulo, tãta nequitia. 86. distin. ratione scandali, vt in capitulo, in primis. prima quæstione prima. Quas causas, & alias, ponit textus singula. in. l. 8. titulo. 31. partit. 7. quem vi. & Paris de Puteo. in dict. tracta. syndica. in parte, cõpositio. folio. 96. numero. 4. in libr. portatil. vbi ait, quòd ex causa videlicet, ex persona, ex ætate, & tempore, & ex loco, ex rei conditione, ex delictorum vniuersalitate pœna mitigatur. ¶ Et hoc ante sententiam, vel in ipsa sententia, non autem post. vt in. l. cùm quærebatur. ff. de re iudi. & in. l. pœnam. C. de pœnis. & textus in. l. 2. titu. 22. parti. 3. versicu. la tercera. & textus in. l. 5. titu. 13. for. ll. libr. 2. & ibi Montal. vbi post latam sententiam nil potest facere iudex, qui eam tulit, sed textus. in. l. 3. eodem tit. & Parti. suprà allegat. ponit casus, in quibus iudex post latam sententiam potest moderare, & minuere sentẽtiam ex causa, scilicet quando condemnatus in centum cameræ regis, est pauper, quia propter

6 paupertatem † potest minuere, quod ego pluries feci. Et est singularis lex ad misericordiam faciendam cum pauperibus delinquentibus, si post latam sententiam pauperes reperiuntur, & tantam pœnam non esse soluendo. ¶ Sed dict. l. partit. semper solitus sum intelligere in multa: secus in pœna à iure statuta. vt tenet Bartol. hũc intellectum in. l. prima. ff. si quis ius dice. non obtem. numero. 14. & l. finali. C. de modo mul. in fine. & tenet summa Sylvestri. in parte, sententia. numero. 5. & in. l. illicitas. §. fina. ff. de officio præsi. + Et ibi Bal. in. §. præses prouinciæ: & ibi tex. & glo. tenet, q licet illi cui facta est remissio efficiatur soluendo non debet exigi, licèt secus sit in illo qui cessit bonis, & Bar. ibi in principio & Angel. + Et vbi suprà per Sylvestrũ: & tenet ad literam Alex. in. l. iudex. ff. de re iudi. numero. 3. vbi ait, quòd pœna, quæ imponitur per viam accusationis, tunc officium iudicis est mercenarium, deseruiens actioni intentatæ, ideo expirat lata sententia super pœna: vnde iudex pœnam per suam sententiam impositam remittere non potest, etiam pauperi. & idẽ tenet Abb. in capitul. licet. de pœnis. numero 6. & idem Alexander in. l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. numero. 3. vbi dicit, quòd est verum in pœna, secus in multa. ¶ Ex quo infert Jas. in. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. iudi. nu. 28. quòd licet sit regula, quòd qui non habet in ære, luit in corpore. vt per gloss. ibi. & multa iura similia: est verum in pœna, quæ imponitur à jure limitata, & certa. Secus est in multa, quæ imponitur extra ordinem, arbitrio iudicis, quia illam potest iudex remittere propter paupertatem. vt in dict. l. partitæ. & Bartol. in. l. prima, in fin. ff. de pœnis. & Bal. in. l. certa ratione. in fine. C. quando prouocan. non est necess. & ita tenet Montalu. in dicta. l. partit. in prima gloss. & sic dicit, quòd intelligitur capitulo. si res. 14. quæstione. 6. & capitulo. Odoardus. de solut. & notat Abbas, in capitulo, si specialis. de officio de legat. numero. 6. vsque in finem. vbi idẽ tenet,

tenet, quòd potest ex causa paupertatis remittere multam, etiam iam impositam. ¶ Quod dicit

7 idem esse in banno, † quòd potest remitti propter paupertatem, etiam ex postfacto. Quod ego iam feci, per istum dictum Abb. & iusti tolere & remittere exilium, per me impositũ ad tempus anteaquàm compleretur propter dictã paupertatem. & per dictum Barto. in dict. l. illi citas. & idem tenet Barba. in dict. capit. 7. si specialis. colum. 5. & Jas. in. l. centesimis. §. si ita stipulatus. in fine. ff. de verbo. obliga. numero. 17. ¶ Secus est in pœna, quia post sententiam non potest remittere, nec diminuere. Quod dicit procedere, etiam si simpliciter condemnauit de delicto, & nil dixit de pœna, quia immediatè venit pœna iuris, vt in. l. prima. ff. ad Turpilia. & in dict. capit. si quem pœnituerit. licet omnes allegent. §. notandum. illius causæ. & quæstione. 2. q. 3. quod dicit esse verũ, post factũ minuere non potest, quando est talis iudex, qui non potest dispensare in illo delicto, vt in capitulo, at si clerici. §. de adulteris. de iudi. ¶ Et q pœna imposita per diffinitiuam sententiam iudex minuere, vel augere non potest, sine licentia principis, est textus expressus in dict. l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. & ibi Bartol. dicit, quòd secus est in multa. & per Bald. in authentica, inter dicimus. C. de epis. & cleri. & Pau. de Castro in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. numero. 11. & Angel. ibi in fine. & idem tenet Feli. in cap. qualiter, & quando. el grande, de accusa. colum. 20. versicul. ex hac Fallentia. & est textus singula. in. l. 9. tit. 31. part. 7. ¶ Quod dicit Bartol. in dicto. §. de amplianda, quòd est idem in ciuitatibus, quæ non recognoscunt superiorem, & in alio domino, ad cuius bursam pœnæ fiscales veniunt, vt Comites, & Barones, qui habent regalia in aliquo loco, vel Comitatu. Sed

8 pœnam infamiæ, † vel aliam non possint remittere, & tunc est necesse, q̃ iudex rescribat principi, secundùm Angelum ibi. & sic alius quàm princeps non potest restituere famam, vid. Bar. & Pau. de Castr. in. l. prima. §. de qua re. ff. de postulatio. & in. §. ait prætor. Secus in iudice inferiori, vt dixi: quia iudex non debet pœnas statutas à iure differre. vt in. l. seruos. in fine. ff. de vi publica. aliàs punitur. vt in. l. prima, de priuatio. delict. & in. l. finali. C. nec sanc. Baptis. reit. quòd non debet esse clementior lege, vt in authentica, de iudic. §. oportet. ¶ Quod est intelligendum verum. vt dixi, post sententiã. Itaquoque tenet Paris de Pute. in dict. tracta. syndica. in dicta parte, compositio. folio. 96. numero quarto, ante sententiam, vel in ipsa sententia sencus: quia potest augere, vel minuere ex causa. vt ibi tenet dictus Paris de Puteo. Quæ causæ colliguntur ex. l. si quis aliquid. §. instrumenta. ff. de pœnis. ¶ In criminib⁹ leuibus iudex debet leuitatem exercere, in seuioribus seuericiendum. ff. de pœnis. quia in pœnis legalibus iudex potest dispensare, & misericorditer gratiam facere. vt Archid. in capitulo, omnis. 45. distinctio. & Specula. in titulo. de lega. §. generaliter. ¶ Vnde obnoxium est virum statim pro vno delicto punire: quia magis est expectandus, & corripiendus, quàm puniendus. vt in capitulo, plerique. 95. distinctio. ¶ Et omnis iudex terrenus debet imitari Deum. vt in authentica. vt omnes obedi. iudi. prouin. §. eripiat. Sed natura diuinitatis pia est. de consecra. distinct. prima, capitulo quia diuinitatis. ¶ Et hac de causa consulit Hippolyt. de Marsil. magnus practicus in sua practic. criminali. §. final. qui incipit occurrunt. numero. 7. quòd iudex semper peccet magis in clementia, quàm in crudelitate, & atrocitate: in dubijs potius absoluat, quàm condemnet. nam maiorem honorem consequitur iudex in absoluendo, quàm in condemnando. vt tenet Paulus de Castro. in consilio. 197. incipiente, Visa inquisitione. in fine. Et faciunt ea, quæ tenet Ancharran. in consilio. 23. incipiente, Visa inquisitione, vbi inuehitur contra iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando per viam inquisitionis procedunt. & ita tenet Philippus Decius. consilio. 189. & quia iustius peccatur in absoluendo, quàm in condemnando. l. Item Mela. §. si plures. ff. ad. l. Aquiliã. & Philip. Decius consil. 175. col. vlti. & vi. l. 7. tit. 1. lib. 1. foro iuzgo. & in. l. 1. ti. 1. lib. 12. eo. libr. ¶ Et hac de causa dicit Pari. de Put. in. d. tract. syndi. in ver. compositio. num. 5. quòd quando crimẽ non est liquidè probatum, licet iudici pœnam à lege statutam minuere ante sententiam, vt in. c. circunciliationes. 23. q. 5. & in capitu. Innocens. 23. q. 4. & etiam si esset pœna mortis: post latã verò non, nisi soli principi. vt Archi. vbi suprà. & quia in condemnando minor pœna est eligẽda, vt voluit Cardi. Alex. in cap. rursus. qui cleri, vel vouen. 5. colum. & Cepola. in. l. si fugitiui. 6. & 7. colũ. C. de seruis fugi. & Nouazi. in sua sylua nuptiali. in vlti. charta. ¶ Et ideo consulet dictus Hippolytus de Marsil. vbi suprà, quòd quando eris iudex maleficiorum, ne cures seueriter procedere, nec semper imponas reo pœnã mortis, etiam lege permittẽte: quia Christus dixit, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,& viuat.vt in.d.c.quia diuinitas. de pœnit. distin.1.& facit te x.in authentica.vt non luxu. contra.nat.post principium.vbi dicit tex. misericordia Dei non perditionem, sed conuersionem,& salutem vult: & quia melius est errare in misericordia remittendi,quam in veritate vlciſci.text.est in cap.allegãt.26.quæſti.6.& quia ſcientia,quæ miſericordiam vetat, fugiẽda eſt. vt in ca.licet.45.diſtin.vt latè tradit dictus Hippolyt. ¶Fatetur tamen ſupradicta non habere locum in committente enorme delictum, nec in famoſo delinquente,ſeu in alijs.Et debet iudex recordari,quòd ipſe eſt homo humanus,& non ſanctus,& ante oculos habeat iuſtitiã cum charitate miſtam,& reminiſcatur ſe moriturũ, iuxta illud,Memorare nouiſsima tua,& in eternũ non peccabis.Et iudex habeat miſericordiã, maximè in nõ enormibus delictis, quia eſt ſibi arbitriũ anteaquàm imponat. vt in. l. hodie. ff. de pœnis.Quia ſicut poteſt imponere grauiorẽ quàm lex poteſt imponere minorem.vt in dic. l.& ſi ſeuerior.C.eod.de his qui not.infamia,& Paul.de Caſtro in dict.l.quid ergo.§. pœna grauior.quãdo iuſta cauſa facit,ſecꝰ ſi in iniuſta.vt in exemplis poſitis in gloſſ.magna illius.§.pœna grauior.¶Debet iudex tamen cauere, vt nõ parcat malis:quia parcere malis, dicitur nocere bonis.gloſſ.in authentica.de manda.princip.§. quòd ſi delinquenti.in verbo, ſupplicium. col. 3.& probat textus in.l.16.titulo.4 par.3.& tenet Ioan.de Plat.in.l.omnes iudices. C. de delato. lib.10.vbi quoque dicit,quòd iudex debet eſſe ſeuerus,& grauiſsimis afficere pœnis eos, qui in conſuetudinem deduxerũt delinquere: quia propter conſuetudinem delinquendi, poteſt alterari pœna à iudice de pecuniaria in corporalem,etiam ſi eſſet pœna impoſita ab ſtatuto ciuitatis,vel caſtri.vt per Saly.in.d.l.& ſi ſeuerior. & dict.Plat.vbi ſuprà.¶Et ideo dixit Innocen. in capitulo primo de conſtitu.quòd ex cauſa li
9 citum eſt leges tranſgredi,† & Paul. de Caſtro in dicto.§.pœna grauior.numero.2.dicit, quòd propter bonum publicum:quia multis graſſantibus in eodem delicto,ad terrorem oportet alium grauius punire, vt alius abſtineret. vt in dict.l.aut facta.ff.de pœnis.¶Sed cautus ſit iudex,ꝙ in ſententia faciat mentionem de cauſa, vt non puniatur,ſecundùm Paul.de Caſtro.vbi ſuprà,numero.15.& Feli.in.d.capitu.primo,de conſtitu,columna.29.verſicul.ex prædictis adde.& Ludoui.Roma.in conſilio.184. incipiente,dubitatur primo.pe.colum.allegando Inno. in capitulo.præterea de dilatio.& Oldra.conſilio.287.& Roma.ſingula.77.Et idem tenet Feli.in capitul.qualiter & quando.§.ad corrigendos.de accuſa.colum.7. vbi tenet, quòd quando iudicẽ reperitur altera eſſe pœnam iuris cõmunis,præſumendum eſt in dubio,quòd hoc ſe cerit ex cauſa.Ita Specula.in tit.de accuſatio.§. primo.verſicu.quid ſi iudex ipſum. & hoc credo,licet Paris de put.dicat,quòd non præſumi tur in dict. tracta. ſyndica. in parte, licet dicatur.folio.200.in numero.4.vbi dicit,quòd talis Cauſa debet apparere ex actis,vt non faciat litẽ ſuam:quia ſi non apparet ex actis, non præſumitur pro iudice ad ipſum excuſandũ.Et tenet Specula.in titulo de ſenten.§.primo.ver. eſt autem.numero.8.vnde dicit gloſſ.ordina. in capi. iudicantem.30.quæſt.fina.quòd quando iudex ſupplet ex officio,incumbit ei probatio cauſæ. ¶Sed cauſæ quare pœna minuitur,ſunt hæ, ſcilicet ſenectus,vt in.l.ſecunda.ff.de termi.amot. & in capitulo,tanta.86.diſtin.& gloſſ.in dic. §. pœna grauior.quia nimis ſenex, habet ſenſum puerilem.glo.in.l.ſenectus.C.de donatio.¶Itẽ ratione ebrietatis.vt in dict.l.aut facta.§.delinquũt.ff.de pœni.¶Itẽ eſt cauſa minorandi pœnam,quando multùm regi ſeruiuerat, vel coniurationem detexit. argument. in.l. ſi quis. §. hoc quoque.ff.ad Sillania.¶Etiam ſi eſt minor ex defectu ætatis.vt in.l.auxilium.ff.de minor. §.in delictis.& capitul.fina.de ſent. excommu. in verbo,ætatis.& in capitulo primo,de delictis puerorum. Et hoc eſt in ſe verum, quòd licet minor poſt delictum efficiatur maior,debet puniri vt minor,de illo delicto facto tempore mi-
10 noris ætatis.† glo.eſt in.l.ſciant.& ibi doctores. C.de legiti.hære.& Hippolyt.de Marſi.in.l.infans.ff.ad.l.Corne.de Sicar.numero.15.& in.l. de minore.vlti.columna.ff.de quæſtio. quia ætas facit differentiam pœnæ.vt in capitulo.hoc ſit.26.quæſtione vlti.* Et vi.ſingulariter Peregrinam in parte pœna.q.5.in gl.puer: vbi diſtinguit.* ¶Item ſi magiſter in diſcipulum peccauit.vt in.l.item quæritur.§.Iulia.ff.locati.¶Vel ſi coniunctus in coniunctum,non tamen ex inimicitia,vel odio.vt in.l.prima.C.de emẽdatio. propinquo.Et Bartol.in.l.vt vim.ff. de iuſti.& iur.numero.4.tenet quòd omnis iniuria, quæ fit à parente vſque ad ſeptimum gradum, non præſumitur animo inferendi iniuriam, ergo nõ poteſt dici niſi licita.Et idem tenet Sebaſtian. Sapia.in additio.ad Abb.in capitulo,cùm cõtingat.de foro.compe.in additione,quæ eſt in.5.columna.numero.20.in parte,ordinarium. Quod extẽdit,etiam ſi iniuria fiat fratri ſeniori. vt per Bal.in dict.l.prima.C.de emenda.propin. ¶Tamen Paul.de Caſtro in.l.cùm oportet.C.de boniſq;

nis que libe.numero.3 tenet, quòd grauior reputatur iniuria,quæ infertur à coniucto, quàm quæ fit ab extraneo.Idem tenet Angel.in.l.cõductores.C.de delatori.& procuratori. ſiue autori,prædiorum fiſcalium.lib.11.vbi quoque tenet,quòd plus punitur delictum conſanguinei, quàm extranei. Sed hoc intelligerem, quando procedit ex inimicitia,vel odio.vt in dicta.l.prima.C.de emenda.propinquo.& tenet Paris de put. in dict.tracta.ſyndica.in parte,quot ſunt. quæ faciunt pœnas à iudicibus alleuiari:folio. 201.vbi ſuprà dictas cauſas ponit, & quæ infrà ſequuntur. Sed in dubio ratio ſanguinis tollit præſumptionem iniuriæ. vt tenet Angelus in l.veſtem.ff.de iniurijs. de quo vi. Angelum de Are.in tracta.malificio.in parte,verba iniuriosa columna ſecunda.* Et delicta inter coniunctos puniunt in atrocibus ſecus in leuibus,tenet Bal in.l.ſiquis violauerit.ff.de rerum diuiſsio & ratione coniunctionis ſanguinis mitigatur pœna vel eſt arbitraria:vt Grego.Lopez.in.l.2.tit.8. parti.2.* ¶Quoque pœna minuitur, ſi nobilis ex virtute, vel dignitate peccet in ignobilem ex vitio, vel gradu.vt in.l.ſed ſi vnus.§.quædã. ff.de iniurijs.¶Item ſi maior in ſubditum ratione poteſtatis:vt dominus,pater, vel maritus.11. quæſtione.in capitulo,ſi dominus. ¶Item cùm plurimi ſunt peccantes,quia tunc pœna eſt alleuianda.capitulo,non poteſt.23.quæſtione.4.capit.& quotiens.prima quæſtione.7.* Scilicet ſi ſunt quadraginta & vltra:vt in.l.50.titu.5.part. 1.tamen maiores factores & principales ſunt puniendi:vt ibi Bart.in.l.aut facta.§.non nunquã. ff.de pœnis. c. Romana niſi.de ſent.excom.lib 6.Abba.& Feli.de exceptio.Bald.in.C.imperatorum de iura.calum.Plat.in.l.vnica. c. vt nullus ex vicarijs prode.lib.11.& gloſſ.ſingula.in.d. c.comeſſationes.44.diſt.* ¶Item perſona punientis, vt quia Præſidens eſt debilis,& imbecillis potentiæ,vt nequeat ſæuiorem imponere pœnam.vt in capitulo,quidam.33.quæſtione quarta.¶Item ratione perſonæ,vt quia recepta uit conſanguineum,vel affinem.vt in.l.2. C.de recepta.vel aliàs peccauit pro ſalute proximi. vt in capitulo,ſi quilibet.12.quæſtione ſecunda & in.l.2. ff. de recepta. quia affectio ſanguinis multùm operatur.vt in.l.prima.§.largius. ff.de ſucceſſo.edicto.& idem tenet Gandi. in tracta. malefi.in parte,de furi.& latro.7.columna.numero. 14. loquendo in receptante affinem delinquentem,quia mitius punitur.& idem tenet Hippolyt. de Marſi. in ſingula.210. vbi tenet, quòd pœna receptantis bannitum, non habet locum in receptante affinem.& Alexan. in conſilio.144.in ſecundo libro. ¶Quod ego extenderem in amico:quia ratione amicitiæ pœna minuitur:quia idem operatur maxima amicitia, quod operatur affinitas,ſeu coniunctio ſanguinis.vt Barba. in capitulo. niſi ſpecialis. de officio delegat.columna.8.& Bartol.in.l.Titia. ff. de verborum obligatio.& vid.quæ dicam infrà in capitulo.44.& quòd ratione amicitiæ poteſt iudex remittere pœnam.vt in capit.clerico. 50. diſtin.& capitu.veniam.30.quæſt.9.de quo per Barb.vbi ſuprà in.d.c.niſi ſpecialis. Quod debet intelligi de pœna, quæ applicatur ſibi, vel pendet arbitro ſuo ſine magno detrimento aduerſarij.& vi.gloſ.in.l.cùm allegas.C.de caſtrẽ. peculio.lib.12.& gloſſ.in capit.pe.de teſtamen. nu.6.& gloſſ.& ibi Abb.in capitulo. relatum. de teſtamen.Cy.Alexand.& Laſ.in.l.exigendi. C.de procurato.& Hippolyt.de Marſi.in repe. l.vnicæ.C.de raptu virgi.numero.206. ¶Ego etiam extẽderem in ſeruitore alicuius domini, vel famulo: quia ratione delicti commiſsi per eum, dominus eius mitius punitur: cùm talis famulus,& ſeruitor,reputetur amicus: quia arbitrio iudicis relinquitur quis dicatur amicus. vt tenet Barb.in dict.cap.requiſiſti. de teſta.colum.25.¶Item pœna mitigatur, vt quis ad meliorem vitæ frugem reducatur, capitu. conuenientibus.prima.quæſt.3.¶Item ratione perſonæ intercedentis,vel intercedentium, qui ſunt multi vt in capitulo.prodeſt. 23. quæſtione.5. ¶Item ratione eius,in quem peccatur, vt ſi eſt excommunicatus zelo eccleſiæ.¶Item ratione pietatis,nõ ſolùm præſentis,ſed futuræ: vt propter filios nutriendos.vt in.l.2. de his qui filios occide.C.& in.l.qui in prouincia.§.primo.ff. de ritu nupti. ¶Item ratione neceſsitatis: vt ſi ex præcepto ſuperioris peccauit,quem aliàs iuſta poteſt ratione timere.vt in capitulo.presbyteros.50.diſtin. & in capitulo. ſicut dignum. §. illis.de homicid.tunc enim pœna mitigatur, licet aliàs non teneatur ſibi in atrocioribus obedire.vt in.l.ad ea.ff.de re iudica.& in.l.liber homo.ff.ad.l.Aquiliam. ¶Item cauſa vniuerſalis reipublicæ vtilitatis.vt in.l.ad beſtias.ff.de pœnis.& in cap.ſcias.7.quæſtio.1.& per dictã.l.ad beſtias.tenet Hippolyt.de Marſi.& per alia iura in ſua practi.crimi.§.opportunè.nu.6. quòd mors poteſt differri alicui,ſi eſt inſignis artifex. & idem tenet Barba.in.d.c.niſi ſpecialis. de offi. delega.col.5.¶Et Laſ.in.l.debitoribus.nu.16. ff.de re iudi.tenet quòd damnatus ad mortem, ſi populus petit dimitti propter aliquam eius præſtantem virtutem,& magnam peritiam artis, vel ſcientiæ, propter quam eſt valde vtilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitati, tunc iudex debet supersedere ab executione, donec principi, vel superiori consulat & Ludo. Roma. in singu. 441. & idem tenet Iaſ. in l. 1. ff. de legi. num. 11. & 12. & dictus Hippoly. de Marſi. in l. vnius facinoris. §. cogniturum. ff. de quæſtio. numer. 86. & Feli. in capitul. illud. de maio. & obedien. ¶Item est causa minuendi pœnam, si delinquens, vel eius progenitores, ꝑ republica multùm laborauerunt. argu. in l. honor. ff. de pœnis. ¶Item causa simplicitatis, vel boni zeli, quibus delinquens inductus exceſsit vt in capitulo, ex tuarum. de sortilegi. nam simplicitati venia datur. capitu. ſcriptura. de conſeeratio. diſtinctio. 2. ¶Item causa ruſticitatis. vt in. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. omnium iudicum. & in. l. ſecunda. ff. de in ius vocan. ¶Item causa nimiæ & importunæ humilitatis, quam peccans exhibet in ſupponendo pœnam ſibi remitti. vt in capitul. importuna. de poeni. diſt. 1. ¶Item causa vnitatis, quia peccans vna vice tantùm exceſsit. vt in. capitul. licet plerunque. 45. diſtin. ¶Item causa infamiæ, & leuitatis. vt in. l. prima. C. ſi quis impera. male. ¶Item causa iræ. vt in. capitu. ſi quis iratus. 2. quæſt. 3. ¶Item causa debilitatis probationum: vt quia delictum non plenè probatur, ſed per indicia indubitata vt. d. Pari. de Pute. vbi ſuprà, cùm verſic. ſequẽtibus. vbi latè, an minuatur poena ratione loci, temporis, & conſuetudinis, & ignorantiæ. Et de pluribus alijs in propoſito, quæ per te vide. & per Montaluum in dict. l. octaua. titulo. 31. partita ſeptima. vbi in fine illius gloſſæ. ¶Quo que tenet, quòd causa ſubleuandi poenam, & mitius puniendi eſt, ſi poſt delictum commiſſum ſtetit multum tempus in carcere: vel ſi cõmiſit delictum, & iam eſt multum tempus elapſum, quia mitius debet puniri, quàm ſi delictum eſſet recens. vt notat gloſ. in. l. ſi quis diuturno. ff. de poenis. Nam ibi non ex delicti frequentia excuſatur, ſed carceris, & accuſationis longinquitate reuelatur. & ibi Bart. & aliquid per Hyppo. de Marſi. in conſil. 87. ¶Et ibi vi. an delicti accuſatio præſcribatur. glo. & ibi docto. in. l. quærelam. C. de falſis. & Abba. in. capitul. illud. de præſcriptio. numer. 23. & in capitul. licet. de proba. Et Roma. in ſingula. 182. & Abba. in. d. capitu. licet. num. 28. & 29. tenet, quòd actio criminalis non clauditur tempore. vt in. cap. ecce. 24. q. 3. vbi habetur, quòd crimina vbicunque clarueriñt, puniẽda ſunt. & Bald. in. l. fina. penultima colum. C. qui accuſar. non poſ. vbi vult, quòd in poenis ſpiritualibus nulla currit præſcriptio. & Roma. in dict. ſingul. 182. allegando dict. Specula. in titul. de ſententi. §. quoniam. verſicu. & nota ſecũdùm canones. & text. in cap. vere omnis. 30. quæſti. 2. quòd dicit eſſe notabil. & idem tenet Bartol. in dicta. l. fina. & Angel. & moderni. in. l. diuus. ff. de re iudica. & idem tenet Mõtaluus in dicta. l. parti. in fine. ¶Alias cauſas, propter quas mitigatur poena, ponit Bonifaci. de vitali. in tracta. maleſic. in parte, de poenis condẽnationis & bannis. num. 18. cum ſequentibus. & has ponit Feli. in dict. cap. qualiter & quando. el ſegundo. de accuſa. in. §. in corrigendis. colũ. 6. verſicul. ſed pulchrè dubitari poſſet. ¶Et non ſolùm poteſt mitigare poenam legis ex cauſa, verum etiam poenã ſtatuti. vt tenet Abb. in cap. 2. de emptio. & venditio. in fine. & Speculato. conſcien. in primo tracta. cap. 99. & expreſsius idem Abb. in cap. fina. de conſtitu. fina. colũ. numer. 12. & in cap. de cauſis. de offi. delega. nu. 16. vbi ait, quòd iudex ordinarius ex cauſa poteſt augere, vel minuere poenam à iure ſtatutam, etiam ſi ſit præfixa ab ſtatuto municipali. & idem tenet Franciſcus de Aretio. in conſilio. 131. incipiente. Spiritus ſancti gratia. * Adde vnum quod eſt ſingulare in iſta materia, quòd ſi iudex condẽnauit in minus quàm debet, & videns ſe erraſſe vt nõ puniatur in ſindicatu, conſilium eſt, vt commu-
nis ſindicus reſtitutionem in integrum petat: cuius vigore poterit addi in poena iſcali, vt tenet Bald. in. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his q nota. in fam. 1. lect. col. 3. n. 5. in fi. verſi. ſed qd ſi iudex: quòd inquit bene notandũ: quẽ ſequ-
tur Paris deput. in tracta. ſindicatus, in parte cõdẽnatio. fol. paruo. 81. & idem amodeus. iuſti. in eo tracta. ſindica. in fi. tractatu. nu. 261. & hoc tene, licèt contrarium teneat ipſe Bald. in additio ad Specul. in titu. de accuſatore verſi. quid ſi iudex. vt tenet Ferrara. cautela. 14. col. 4. * ¶Quo
11 que tene, quòd iudex propter atrocitatem, † & enormitatem delicti, poteſt trãſgredi leges, † & cõtra regulas iuris pronuntiare. dictum eſt Innocentij, in cap. 1. de conſtitu. commendat eum Angel. in. l. quòd ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de ædilitio edicto. & Bal. in. l. prima. C. de preci. impera offeren. & in. l. & ſi ſeuerior. & ibi Saly. C. de his qui not. infami. ¶Sed Ludoui. Roma. in repetitio. l. ſi vero. §. de viro. 46. fallen. ff. ſolut. matrimo. nõ tenet dictũ Innoc. ſed q tunc ſuperior debet cõſuli. per tex. in. l. diuus. in verbo, imperatori reſcribere. ff. de falſ. & facit text. in. l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtio. ¶Sed tu tene dictũ Innocẽ. quia eũ tenet Iaſ. in. d. l. 1. C. de preci. imper. offe. & pro eo allegat text. in. l. ſi quis filio exhæredato. §. hæc autẽ omnes. ad finem. vbi Bald. & alij notant. ff. de iniuſto rupt. &

& text. in ca. felicis. §. cæterum. de poenis. in. 6. & tex. valde ſolẽnis in. l. ſi hominem. ff. mandati. quæ lex eſt vnica & ſingula. ſecundùm Bald. in cap. 1. 8. col. vt lite non conteſtata. & per illum text. notat Bald. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. 6. col. & limitat omnia iura canoni
ca dicentia, quòd epiſcopus nil poteſt ſtatuere contra ius canonicum: quia inferior diſponeret contra. l. ſuperioris. quod limitatur, niſi ex magna cauſa. & iſtam limitationẽ ſequitur Panor. & exclamat de ea in ca. dilecti. el vltimo, de appella. & in cap. at ſi clerici. §. de adulter. 5. colu. de iudic. & in capi. ſtuduiſti. de officio delega. & per. d. l. ſi hominem. tenet Bald. in rubri. C. qui admitt. q̃ poteſtas ex cauſa poteſt tranſgredi ſtatuta, etiam iurata. Et per illã. l. tenet gloſ. in cap. tempora plenitudinis. 26. quæſt. 7. quod ſi Papa iniungit alicui poenitentiam: epiſcop⁹ quanuis inferior poteſt diminuere. & idem tenet gloſ. in cap. latorem. 22. quæſt. 3. ¶Et per. d. Innocen. tenet Bald. in capit. 1. §. iniuria. de pace iura. firman. in princip. q̃ ſi aliquis dedit ala
12 pam † poteſtati, poſſet poteſtas facere eum furca ſuſpendi: quia tã ex magna cauſa licitũ eſt leges trãſgredi. ſed Iaſ. in. d. l. 1. dicit, q̃ ipſa poteſtas caueat, q̃ hoc non poſsit, ne ſit iudex in cauſa propria per text. & ibi Innoc. in cap. dilectis. de poenis. & idem tenet Iaſ. quem vide in. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdi. omni. iudi. nu. 3. cum ſequenti. ¶Quinimo pro tali caſu poteſt facere nouam furcam, & in loco cõmiſsi delicti, vel ante portam delinquentis eum ponere, & ſuſpendere eum. vt tenet Paris de Put. in. d. tracta. ſyndi. in parte, contumacia. fol. 89. num. 7. & Angde maleſi. in parte, vſque ad locum. & Hippoly. de Marſi. in. d. l. vnius facinoris. §. cogniturũ. ff. de quæſtio. nu. 90. Et idem, q̃ ſuſpendatur, ſi dedit alapam poteſtati, tenet Anto. Curſet. in reperto. ad Abba. in verbo, iudex. col. 13. allegãdo Bal. vbi ſuprà. Et nõ ſunt plures anni, q̃ ego ita in praxim deduxi, & iuſsi ſuſpendere quendam hominem nigrum in villa de Carmona in Vandalia me iudice in ea aſſente per noſtrũ regem Carolum anno. 1530. quia expilauit crines & barbam algazelo, qui vocabatur Figueroa, & fregit ei virgam iuſtitiæ, & accumulaui cũ hoc, q̃ ille ſuſpenſus erat homo malæ famæ, & ſedi tioſus. per. l. 1. C. de ſeditio. & erat quoq; raptor mulierum. per. l. vnicã. C. de raptu virgi. & motus fui per. d. Bald. in. l. data opera. C. qui accuſa. non poſ. & per dictũ Bonifa. de Vitali in tracta. maleſi. in tit. quibus de cauſis poſsit ad mortem condẽnari. in. 2. col. vbi tenent, q̃ poteſt cõdẽnari ad mortem, qui manus intulit ſuo centurioni. & idem dicit de poteſtate, & capitaneo. arg. à ſimili in. l. milites. §. reuertens nullos. ff. de re milit. ¶Item per. d. Innocen. in dict. capit. de conſtitu. tenet Bald. in authen. ſed nouo iur. C. de ſerui. fugiti. quòd licet pro vnico furto nõ poteſt quis furca ſuſpendi, ſed tria requiruntur
13 ſi tamen eſſet vnum furtum † multùm enorme, poſſet furca ſuſpendi, cùm æquipolleat tribus. arg. & ibi Bald. in. l. ſi quis tres. §. fina. ff. de excuſa. tuto. quia ex cauſa licitũ eſt leges trãſgredi. & idem tenet Bald. in cap. 1. §. iniuria. nu. 8. de pace iura. firman. in vſibus feudo. & Angel. in. d. l. q̃ ſi nollit. §. aſsidua. ff. de ædilitio edicto & Angel. Areti. in. §. ex maleſic. Inſti. de actio. 2. col. & idem Angel. in tractat. maleſi. in parte, veſtem cæleſtem abſtulit. verſ. nunc ſumpta occaſione. nu. 13. vbi dicit, q̃ ita ſemel practicauit Peruſij. & Abba. in cap. inter alia. de immunit. eccleſi. vlti. col. nu. 31. vbi dicit, q̃ dictum Bald. eſt notabile. ¶Sed contra Bald. tenet Ioan. Baptiſta de Gazialupus in. l. cùm ſeruus. ff. de conditio. ob cauſ. vbi ait, q̃ pro vnõ furto magno quis non debet ſuſpendi. & dicit q̃ ita fuit conſultum. & contra Bald. tenet Fulgoſ. Salyce. & Paul. de Caſtro in. d. authẽ. ſed nouo iure. & Ioann. de Ana. in. c. fina. de furtis. & Bar. in. l. eum qui emit. §. idem dicitur. ff. de furti. & idem contra Bald. tenet Auguſti. de Arimi. in additio. ad Angel. de Are. in tracta. maleſic. vbi ſuprà, vbi ait, q̃ ſententia Bald. nunquàm ſibi placuit. & ita obſeruaret, ſi ſibi caſus obueniſſet: quia non eſt vrgens cauſa, q̃ imponatur poena mortis, tamẽ ſi iudici videbitur, poterit minuere illam poenã ſtatuti, & cõmutare in aliam poenam minorem circa mortem. Et iſtam partẽ contra Bald. tenet Iaſ. in. d. l. 1. num. 4. C. de preci. impera. offeren. & dicit, q̃ eſt tenenda in conſulendo & iudicando. Quia quando in criminalibus reperiuntur variæ opiniones doctorum, debet teneri mitior legis interpretatione. vt in. l. ſanctiolegũ. ff. de poenis. & idem tenet Iaſ. in. §. ex maleſic. nu. 12. Inſtitu. de actio. quia conſideratur conſuetudo furandi, & non furtum. & per alias vrgentes rationes, quas ponit dictus Ioann. de Ana. in. d. c. fina de furtis. & ideo ſi quis faciat vnum furtũ, ſtatutum indulget ſibi, & ſic ſecundò idem, ſed tertiò non: quia certè pro vno furto non inducitur conſuetudo furandi. vt in. l. 3. C. de epiſco. audi. & glo. in rubr. C. quæ ſit longa conſuet. & contra Bald. eſt text. in. c. furtum. 14. q. vlti. vbi eſt text. ſolẽnis, quòd magnum obiectum excuſat. & in. §. ſi vero. in authen. vt nulli iudicum. vbi text. dicit, quòd non vult, quòd omninoun quã quis moriatur. & cõtra Bald. tenet Aeneas

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Falco in additio. ad Abb. in cap. at si clerici. de iudic. in additione, quæ est in num. 8. in par te, mensurãdam. vbi dicit esse contra Bal. tutio rem opinionem. & idem tenet Cepola, vbi dicit ꝙ contra Bal. est vera opinio in repeti. illius authen. Sed nouo iure. col. 42. in fine, cum alijs sequentibus. Et idem tenet Alexan. in additio. ad Bal. in. d. authẽ. sed nouo iure. nu. 2. in parte, enormi. & dicit hoc verius: quia vt dictum est, dicit consuetudine ponderari furandi, & non furtum: & ꝙ enorme furtum dicitur, licet modi cum, si tamen sit valde scandalosum. ¶ Et dictũ Innocẽ. in. d. c. 1. de constitu. per quod mouetur Bald. dicit Saly. in. d. authen. hodie. C. de iudi. non obstare: quia intelligitur, & procedit in causis arduis concernentibus statutũ publicum reipublicæ, putà, si fuerit vna seditio in ciuita-
14 te, † licitum sit potestati transgredi leges, & facere suspendi sine processu. prout tenet dict. ad ditio. Abb. in. d. c. inter alia. de immunita. ecclesiarum. in additione, quæ incipit, Per cõtra riam. & idem tenet Bald. in dict. c. 1. de constitu col. 5. versi. extra nota. vbi ait, quòd quando periculum, & tumultum imminet, possunt pœna mortis culpabiles puniri absque vllo ordinato processu. Et facit quod tenet idem Bald. in. l. si quis violauerit. ff. de rerum diuisi. vbi in crimine seditionis deprehẽsus, potest puniri absque ordine iudiciario. & vi. Bertachi. de firmi. in suo aureo reperto. in parte, iudex maleficiorũ. versi cul. 50. * Idem tenet Grego. Lopez in. l. 16. titu.
26. partit. 2. * ¶ Et in simili vi. Bart. in tracta. de præstan. Cardi. in prima basilica. col. 21. vbi tenet, quòd propter euitandum scãdalum potest sententia accelerari sine aliqua dilatione. per text. in. l. qui cædem. ff. de sicari. & per alia iura. Et idem tenet Hippol. de Marsi. in repeti. l. vni cæ. C. de raptu virgi. nu. 93. cum sequentibus, & in consili. 9. nu. 19. & 93. vbi tenet, quòd repert' in fragranti crimine, potest sine processu. condemnari, & vt sedatur tumultus populi, potest pendente dilatione facere executionem corpo ralẽ. vt Augusti. de Arimi. in additio. ad Angel. de malefi. in parte, quii iudex statuit terminum defensioni. in additione fi. in fi. & Cataldi. in suo tracta. syndica. q. 197. vbi hoc intelligit, si aliter tumultus populi nõ potest sedari. vt in. d. l. qui ædem. in fine. ff. de sicarijs. & per alia iura vt ibi per eum. & ꝙ contra repertum in fragrãti crimine possit procedi ab executione: & si
15 est condemnatus, nõ potest appellare. † vt Hippoly. vbi suprà. * Et facit, quia licet sentẽtia sanguinis est exequenda publicè & non occulte, nec de nocte, vt condemnati pœna sit multorũ metus: vt in. l. 5. titul. 27. partit. 3. & in. l. fi. tit. 31. parti. 7. est intelligendum nisi esset scandalum, vel forte timeretur ꝙ de familiæ manibus toleretur: vt tenet Grego. Lopez. in. d. l. 5. & facit. l. siquis filio exhæredato. §. hic autem nisi. ff. de iniusto. rup. & Bald. in. l. additos. C. de episcop. audi. & Bertachi. in suo aureo reperto. in parte iudex maleficiorum versi. 50. vbi inquit, quòd ita vidit practicari. * ¶ Sed de nostro iure Regio in casu Bal. quid tenendum? Montal. in. l. 18. tit. 14. part. 7. tenet opi. Bald. in. d. authen. sed nouo iure. versi. tertio. tenet. d. Bal. dicendo, ꝙ licet pro primo furto non debet suspendi, est verum, nisi sit vnicum furtum magnũ, quod præualeat pluribus furtis paruis. & idem tenet in. l. 6. titulo. 5. lib. 4. foro legum. in glos. *muera por ello.* ¶ Ego in hoc tenerem, quòd si est furtum cũ aggressura, pro vno delicto puniatur pœna mortis. per text. in. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. & Abba. in dict. cap. fi. de furtis. in fine. quia tunc dicitur enorme furtum. vt tenet text. in. d. l. 18. parti. suprà allega. vbi ait, ꝙ fur non occiditur, nisi sit publicus pirata, aut vt per vim cum armis de predetur, vel in aliena domo loco, vel ecclesia, seu loco religioso furetur, & quando perforauerit domum furti causa faciendi. vt in. l. 6. foro legum, suprà dicta. ¶ Tamen Montaluus in glo. d. l. parti. in. 1. glo. in fine. dicit, quòd vidit seruare illam. l. fori, & etiam hodie seruatur. & idem tenet in. d. l. 6. fori. in gl. 2. vbi tenet, quòd pro vno furto multùm enormi fur debet mori: quia deprehenditur enormitas delicti, ex quantitate & qualitate furti, & ex animo delinquentis. vt in. d. l. aut facta. §. sed hęc minor. ff. de pœnis. Et idem habetur in. l. 74. del Stylo vbi disponitur, quòd fur debet mori, si ascendat per parietem, vel fenestram, vel per alium locum supra tectũ, ingrediatur domũ ad furandũ. Et idẽ est, si cũ claue, vel cũ effractione arcã aperiat. Et idẽ si reperiatur ianua aperta, & inuẽtus est latens in domo. Quæ lex Styli est
16 singul. & vi. tex. in. l. qui pignore. §. qui ferramẽta. ff. de furtis. & in. §. pen. Institu. de obliga. quę ex delicto nascun. ¶ Sed inquãtũ. d. l. Styli, in fine tenet, ꝙ si est absconditus in domo, debet mori. † vid. tu Francis. de Aretio. in. l. possideri. §. si rem. ff. de acquiren. posse. vbi limitat singulariter illã. l. in fine: & tenet, ꝙ si fur est inuentus in domo, non tamen mouit aliqua de loco ad locum, ꝙ tunc non puniatur pœna mortis. ḋ qua in dicta. l. Styli, sed punitur extraordinariè per text. in. l. saccularij. in princi. ff. de extraordi. crimi. quẽ ad hoc secundũ eum allegat Bald. in. l. siqs nõ dicã rapere. C. de epis. & cler. & tenet sing. Cataldi. in tract. synd. nu. 141. tom. 14. tract. fol. 199. vbi singulariter. * Et late per Thomã Grammatic. consil. 36. nu. 16. & 17. * ¶ Et sic, ꝙ. d. l. Styli in fine, dum loquitur, quando est absconditus in domo, ad hoc quòd moriatur, requiritur, quòd amoueat aliquã rẽ de loco ad locum, aliter nõ debet mori, licet in domo causa furãdi inueniatur, & ingrediatur. ¶ Et vltra istos casus contentos in. d. l. parti. & fori, & Styli propter vnum furtum licet magnũ, nõ potest quis suspendi. Et ita credo, & teneo cum limitatione Francis. Areti. in. d. l. possideri. & postea reperi Catal. in tract. syndica. quæst. 196. vbi idẽ tenet, quod Franciscus de Areti. per. d. l. saccularij. §. 1. suprà allega. vbi tenet, quòd non punitur vt fur, sed debet dãnari in opus publicũ: vel si iudex vult, potest condemnari communi pœna fustigationis, vel suo arbitrio, quando iste, qui intrauit domum vt furtum committeret,
17 non commisit, quia non potuit. ¶ Sed quid si aliquis apponit scalas ad domum, † ad muros, vel ad fenestras alicuius? Dic quòd si hoc facit causa violandæ castitatis, est pœna mortis. vt in. l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleri. secus si mulier non sit casta, sed meretrix: tunc tamen punitur extra ordinem crimine in iuriarum: & hoc verò crimen regulariter est extraordinarium. tenet Bald. in. l. si quis violauerit. ff. de rerum diuisi. Quod dictum Bald. dicit Angel. quotidianum, & notandum. in. §. sanctę quoque Institu. de rerum diuisi. in fine. vbi dicit, quod licet sit arbitrarium, potest ita esse atrox iniuria, vt etiã mors veniret imponẽda, vt Bal. in. d. l. si quis violauerit. nam arbitriũ à lege datũ in maleficio, potest se etiam vsque ad mortẽ extẽdere, si sit factũ multùm graue. §. pe. Insti. de iniur. ¶ Attamẽ licet ex causa possunt iudices transgredi leges, vt dictum est, hoc non
18 habet locum † in Correctoribus, nec in eius locum tenẽtibus, quia sunt iudices inferiores: sed habet locum in magistratibus maioribus, vt sunt magistratus perpetui, vt Episcopi, Marchiones, Comites, & similes: nõ autem in potestatibus terrarũ, quia iurant seruare leges, & statuta. secundùm Bald. in authen. hodie iurãt. C. de iudic. vbi suprã limitat dictum Innocent. in d. c. 1. de constitu. ¶ Imò secũdùm Saly. ibi, maioribus magistratibus nõ licet, nisi in casibus arduis publicum statum concernentibus. & idem tenet Hippoly. de Marsi. in sua practi. crimi. §. diligenter. nu. 176. vbi dicit, ꝙ secus est in minoribus. vt sunt potestates terrarum: quia tales nõ possunt leges, statuta, nec consuetudines transgredi. & idẽ tenet Las. in. d. §. ex maleficijs. Insti. de actio. col. 2. nu. 16. vbi tenet allegãdo Roma. ꝙ in trasgrediendo leges, debet consuli superior per. l. diuus. la segũda. ff. de falsi. Et licet las. vbi suprà dicat, quòd ille tex. non probat, Hipoly. vbi supra dicit, ꝙ rectè probat. Et idem tenet in singula. 244. vbi dicit, ꝙ parcat sibi las. ꝙ bene probat: & dicit hoc esse menti tenendũ: quia in hoc multi iudices errant, credentes sibi licere transgredi leges, statuta, & cõsuetudines. ¶ Sed Bal. in. c. 3. ad finem. de re iudica. & in. d. cap. de constitu. 3. col. aliter tenet, dicẽdo, quòd maiores magistratus, præsides, & potestates citatum, & sic Correctores, & eius locum tenẽtes, quia habent merum & mixtum imperium & altam iurisdictionem, possunt leges transgredi: & ꝙ dictum Innocẽ. defendit assessores, qui probono publico quandocũq; statuta transgrediuntur, prout tenet las. in. d. l. 1. & in. d. authẽ. hodie iurãt. & Bald. in cap. Obertus. in quibus causi. feud. amittatur. nu. 2. in vsi. feudo. Et sic videtur, ꝙ isti Correctores, & eius locum tenentes, qui regunt ciuitates, & villas, ex causa possunt augere poenã, trãsgrediẽdo leges, quicquid dicat Bald. in. d. authen. hodie iurãt. & Hippoly. in dicta practi. quia hoc tenet Paris de Pute. in dicto tracta. syndica. in verbo, iudex an si iudex mandat aliquid. fol. 141. nu. 19. vbi quæstionem supradictam altercat, & remanet cũ dicto Innocen. & ꝙ eius dictũ habeat locum in potestatibus, & iudicibus terrarum, licet inferiores dicantur, per. d. §. poena grauior. Nam, vt ipse dicit, si requireretur superioris licentia, nõ esset in potestate iudicis, vt dixit Innocen. quia propter facti atrocitatem multa permittuntur, quę aliàs non permitterentur. ¶ Et hac de causa pro
19 pter criminis inhumanitatem punitur animal, † & homo rationalis cum eo. vt in cap. mulier. 15. quæst. 1. vbi pro concubitu cum animali bruto, fit punitio vtriusque ad facti memoriam. vt tenet Beatus archiepiscopus Floren. in. 2. parte. tit. 1. cap. 25. col. 2. & Leuiti. 18. & 20. cap. & tex. in. l. 2. titu. 21. parti. 7. in fine. ¶ Et sic ratione in
20 humanitatis criminis corpus mortuum, † quod non potest post mortem suspendi, vel poenis subijci, potest suspendi, vel bestijs subijci aut comburi. vt dictus Paris de Pute. vbi suprà. nu.
20. ¶ Sic ego teneo cum. d. Pari de Pute. quòd dict. Innocen. habeat locum in iudicibus infe-
21 rioribus propter † enormitatẽ delicti licitũ sit leges trãsgredi. & idem tenet Philippus Deci. in regula. in ambiguis pro dote. §. quotiens. ff. de regul. iur. vbi tenet, ꝙ per illud dictũ Innoc. infert Bal. in. l. si quis filio. §. illa autẽ. in fine. ff. de iniusto rupt. ꝙ propter metum periculi, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

scandali interdum permittitur magistratibus leges transgredi. & idem tenet Bal. in. l. obseruari. §. proficisci. q. n. ff. de offi. proconsul. & lega. & facit text. in. l. si hominem. ff. manda. & ibi Bar. & Roma. in consi. 428. & Bald. in. l. clari. C. de fideicõmiss. ¶ Ad quod non obstant supradicta adducta in cõtrariũ, scilicet, q̃ potestas iurare seruare statuta, & leges: quia intelligitur, nisi iusta causa superueniat: quia in iuramẽto semper intelligitur clausula, rebus sic stantibus. vt in. l. q̃ seruus. ff. de conditio. ob caus. da. & quia quæ de nouo emergũt, nouo indigent auxilio. vt in. l. de ætate. §. ex causa. ff. de mino. & in. l. fi. ff. qui satisda. cogan. & Bar. in. l. ambitiosa. col. 3. ff. de cre. ab or. faci. & in cap. fina. & ibi Abba. de transacti. & Alexan. in. l. nemo potest. ff. de legat. primo. & postea inueni Feli. quasi omnia congerentem. in. d. cap. 1. de constitu. col. 26. ver sicu. Fallit septimo regulam. ¶ Et ibi in col. 27. tenet, q̃ iudex, qui ex aliqua euidenti vtilitate
22 reipublicæ † venit contra statuta, nõ tenetur in syndicatu. allegando Angel. in tracta. syndica. notabi. 184. Et tenet Amode. Iusti. in tracta. syndica. nume. 245. tomo. 14. tracta. foli. 189. argu. text. in. l. rescripto. ff. de munerib. & honorib. & in. l. quanuis. ff. de in ius vocan. & in. l. hos edicto. ff. de calũnia. & argu. l. item vulneratus. ff. ad. l. Aquili. & in. l. aut facta. ff. de poenis. in fine. & idem tenet Cataldinus in tracta. syndi. nu. 18. ¶ Et ibi quoque Feli. in. d. cap. 1. in. colu. 29. versic. nihilominus. vult tenere cum Ludouic. Roma. in. d. l. si vero. §. de viro. ff. solut. matri. fallen. 42. quòd consuli debet superiorin tali emergentia casuum inopinatorum. Et sic limitat omnia supradicta, vt non procedant, quãdo superior cõsuli posset: sed quando non posset adiri, & periculum est in mora, prædicta procedunt, & possunt transgredi leges. vt in capit. vnico. in fine. ne sede vacan. in. 6. & per ea quæ dixit Innocen. in cap. venerabilem. de electio. vbi tenet, quòd etiam in iuramento, imminẽte necessitate ineuitabili, potest quis contrauenire propria authoritate prout tenet dictus Felin vbi suprà, & in versic. nec est consonum. ¶ Sed ego nunquam consulo superiorem, maximè senatores consilij regalis: quia quando consuluntur, de consultatione rident, & nunquam dant consilium, nec prouident quid sit faciendum, sed solummodo iubent fieri iustitiam legis. Et si in talibus enormibus iudices inferiores excedunt, aggrauant excessum: & aliquãdo, imò plu
ries, iudices puniuntur ab eis, & quia appellationẽ nõ deferunt, intãtũ, quòd in officijs exercendis iudices sunt timidiores ratione dictorũ procerũ, & auditorũ Cãcellariarũ, & earũ iudicum criminalium: quia faciliter procedunt contra eos, personaliter vocando, & capiẽdo, & qđ peius est, in carcerem detrudendo, nõ reminiscentes, quòd sunt literati, & fortasse si fauor eis esset, possent esse in illo loco, sicut ipsi proceres, & auditores. Ideo attende dum fueris iudex, quid facias, quia expertus loquor. ¶ Quoque intelligitur dictum Innoc. quòd ex causa licitum est leges transgredi, quòd habet locum in puniendo delinquẽtẽ, quando constat verè de delicto. Secus autem, in procedendo: quia quando in processu nondum verè scitur, an accusatus, vel inquisitus sit verus delinquens, tũc non debet excedere: quia debet verè constare
23 de delicto vt puniatur. † vt tenet dictus Hippolyt. de Marsi. in dicta practi. crimina. in. d. §. diligenter. nume. 75. quod dicit notandum, quia fecit sibi honorem aliquando. ¶ Quoque procedit dict. Innocen. quod potest ex causa minui, vel augeri, quando iudex procedit ex denuntia
24 tione, † vel ex inquisitione. Secus autem si procedit per accusationem: quia tunc nõ potest mutare, vel diminuere poenã legalem. est singula. verbum Hippolyt. de Marsi. in dict. §. prati. §. constante. nu. 84. allegando Bal. in suo repertorio. in verbo, poena. 2. colũ. versi. poena legalis. Et licet eũ non alleget, idẽ tenet Socin. in fallẽ. in parte. poena. regula. 293. prima fallentia. & dicit, quòd ita tenet Hostien. in cap. in archiepiscopatu. de raptori. per. l. seruos. in fine. C. ad. l. Iulia. de vi publica. & tenet Specul. conscientiæ in tracta. primo. cap. 99. in princip. De quo vide quæ dicã latè in cap. 2. infra eodẽ, in gl. ni parcialidad. colũ. 2. & in cap. 36. in glos. el derecho permite. in fine. ¶ Quoque fallit dict. Innocen. in iudice delegato: quia non potest moderare poenã. secũdùm Archidia. & Domi. in dicto. §. notãdũ. 3. q. 1. & Anto. post Io. And. in ca. quoniã frequẽter. §. fi. col. 2. vt lite nõ cõtesta. ¶ Fallit quoq;. 2. nisi lex diceret, nulla alia poena imponatur secũdũ Bal. in. l. nõ dubiũ. 11. col. C. de legi. ¶ Fallit. 3. nisi esset iudex, qui super crimine dispensare nõ posset. vt per gl. in. c. licet. de poenis. ¶ Fallit. 4. nisi esset lata sentẽtia, vt dixi. & Inno. in. c. nisi specialis. de offi. delega. Quã fallentiã restringe, vt non procedat in crimine hæresis. vt in. c. cõmissi. §. vlti. de hære. in. 6. secũdùm Domi. in. d. §. notandũ. & in foro poeni tẽtiali: quia poena semel mutari potest. vt in. c. super his. de voto. & ibi Anto. & est glo. singula. in. c. cępora. 26. q. 7. ¶ Fallit. 5. seu declaratur, dũmodo minuens poenã ordinariã, minuat in eodẽ genere delicti secũdùm Abb. in ca. 2. de delictis puerorum. ¶ Fallit. 6. nisi poena, quã mutat, esset applicãda parti, secũdũ Domi. in. d. §. notãdũ. & tenet beatus Tho. 2. secũdæ. q. 67. arti. vlti. nisi esset princeps, qui tamen nõ posset in totũ, & sine causa tollere iuspartis. vt in. l. venia. C. de in ius vocã. vt ponit Feli. in. d. c. qualiter & quando. el segũdo. de accusa. in. §. ad corrigendos. col. 6. vers. sed aduerte. ¶ Et ibi quoque ponit septem causas minorandi, vel alterandi poenã, quas per te vide. ¶ Iudex tamen vltra supradicta nõ debet minuere poenã, sed rectè iudicare, vt hic, & in iuribus supradictis, ita mag-
25 nũ, † sicut paruũ, ita q̃ apud ipsum non sit acceptio personarũ, vt in cap. nouit. de iudic. & ca. vlti. 3. quæsti. 9. & in authen. de monachis. §. 1. & latè Dyn. in regula. in iudic. de regul. iuris. in. 6. ¶ Sed hoc intelligit glos. in. l. 1. ff. de postula. verum quoad Deum: secus quoad nos. Sed Bart. ibi in princ. dicit, q̃ sicut apud Deum, ita debet esse apud hominẽ. Nã in his, quæ fiunt ex mera gratia, etiã apud Deum est acceptio personarũ. plus enim facit gratiã vni, quàm alteri. In his verò, quæ sunt de mera iustitia, nec apud eum, nec apud homines debet esse acceptio personarũ: cùm scriptum sit, Ita iudicabis magnũ, sicut paruũ. vt suprà. Et idẽ vult tenere Abba. in. d. c. nouit. col. 2. in. 8. versi. nota. vbi tenet, q̃ quando proceditur ad correctionem peccati, nõ est facienda distinctio inter magnum & paruum. in modo tamen coercendi, & puniendi, & in generibus pœnarũ bene fit differentia. vt notat gl. in. c. qui contra pacem. 24. q. 1. vbi est bon⁹ tex. cum glo. & facit text. in. c. sanè. de offi. delega. & in. c. 2. eod. titu lib. 6. * Et dixi. in. c. 25. infrà. eod. in. glo. dispensarẽ, quasi in fine. * ¶ Et ideo glo. in. c. cùm quidã. de iureiurã. in parte, dignitate. in fine. tenet, q̃ in pœna pecuniaria plus
26 puniuntur † maiores, quàm minores, nobiles, quàm ignobiles. in pœna corporali sæpe puniũtur minores, & parcitur maioribus. vt in. c. ante omnia, 35. distin. est similis glo. in. c. grauem. de poenis. alia in. §. Item lex Cornelia. de falsis. Institu. de publicis iudic. in glos. deportatio. & vide sanctum Thomam, prima secũdæ. q. 75. arti. 10. & Alexa. in. c. homo christianus. 40. distin. & tex. qui hoc expressè probat in. l. fi. C. quæres vendi non poss. & ibi glossæ. Et ideo dicit Amode. Iusti. in tract. syndica. nu. 156. tomo. 14. tracta. fol. 190. q̃ iudex non tenetur, si mitiusco dẽnauerit militem in corpus, quàm plebeium, & in pecunia mitius plebeium, quàm militem. ¶ Et plus est, q̃ ex eodem delicto plus punitur
27 † inferior, quàm superior. vt glo. in. l. 1. in parte mediocris. C. vt nemo ad suum patron. lib. 11. & cum glo. in. d. e. cùm quidam. concordat tex. in l. 8. titu. 31. part. 7. ¶ Et Abba. in cap. pastoralis. de offi. delega. n. 5. tenet, q̃ nobiles, & honestio
28 res † ciues solent decapitari, alij verò plebei suspendi. de quo per Bar. & alios in. d. l. capitaliũ. ff. dẽ poenis. & text. in. l. moris. §. Itẽ fere. ff. eo. tit. de poenis. & Pala. Ruui. in repeti. rubr. de dona. §. 9. nu. 19. tenet, q̃ sicut nobilis nõ suspendi tur furca, ita nec plebeius diues: & si iudex condẽnauit militem mitius in corpus, quàm plebeium, & in pecuniam mitius plebeiũ, quàm militẽ, non tenetur. vt glos. in. §. rusticus. de pace constan. in vsi. feudo. & ibi Bal. vt tenet Amod Iusti. in tract. syndi. fol. 17. in princi. * Et vid. quę dixi suprà in prooemio in. glo. 1. nu. 20. vers. ad quod facit. & vi. Peregrinam in parte poena. 5. q. * ¶ Quod non habet locum in nobile proditore: quia iste furca suspenditur. vt Bal. in. d. ca. cùm quidam de iureiuran. ¶ Et in transgrediente mãdatum superioris nõ fit differentia, an sit nobilis, vel plebeius. vt Bald. in. c. 1. §. si quis verò temerario. de pace iura. firma. in vsib. feudo. Et Lucas de Pẽna. in. l. 1. C. de desertori. lib. 12. in. 6. colũ. tenet, quòd miles propter suam turpitudinem non potest ad furcã suspendi, nec eodem nari, nisi propter latrocinium, propter quod omni priuilegio eximitur. * Et probat tex. singul. in. l. 12. titu. 21. part. 2. & vi. Cifuent. in. l. 79. Tauri. col. 2. tamen si nobilis accusat plebeium, & se inscribit ad poenam talionis, si non probat venit puniendus vt plebeius non vt nobilis: qa eadem poena sed non eadẽ lege debet puniri: te ner Salic. in. l. fi vteris. C. de fide. instru. in fin. * & Hippoly. de Marsi. in sua practi. crimi. §. diligenter. nu. 166. vbi idem tenet. & in. l. vnius faci noris. §. cogniturum. ff. de quæst. nu. 77. vbi omnino vide. & in consi. 9. nu. 19. & Pari. de Put. in d. tract. synd. in parte, quid si per statutum. foli. 198. nu. 4. & glos. in. l. 3. ff. de remiss. de quo aliquid per Sebastl. Sapi. & Zachari. in additio. ad Abb. & Anto. Frã. in. d. c. pastoralis. in additio. quæ sunt in nu. 5. ¶ Sed tu vi. tex. singula. in. d. l. 8. tit. 31. part. 7. in princi. vbi tenet, *Que maguer que el fidalgo, o otro hombre honrrado por sciẽcia, o por otra bondad que huuiesse en el, hiziesse cosa por donde huuiesse de morir, no le deuen matar abilitadamente como a los otros, ansi como arrastrando lo, o echando lo a las bestias brauas, mas deuen lo mandar matar en otra manera, ansi como haziendo le sangrar, o ahogando lo.* Quæ lex rectè probat opi. Abba. in. d. capitul. pastoralis. & aliorum. & text. in dicta. l. moris, §. sunt fere. Quod ego iam vidi in patria mea quæ Mombeltran vocatur, Abulensis dioeces sis, vbi fuit practicata. d. l. in personam Ioannis,

Florin. qui erat magnus pirata, qui fuit strangulatus in platea illius villæ.* Et vid. l. 24. titu. 21. part. 2. & ibi Grego. Lopez. in gloss. *aleue o traycio* vbi circa hoc.* ¶ Et sic, q nobilitas, seu dignitas, est causa minorādi pœnā vt suprà. & in l. si qs viduam. ff. de quæst. ā quo per Cyn. & Bal. C. de summa trinit. & fide catholi. & per Bart. id. l. pedius. §. fi. ff. de incend. rui. naufra. & ibi Alexan. in additio. ad Bar. & per Hippolyt. de Marsi. in. d. l. fi quis viduam. in fine, saltem remissiuè. ¶ Tu tamen vid. Bald. qui vnico verbo supradicta limitat, in capitul. 1. §. si rusticus. de pace tenen. & eius viola. in fine. in vsi. feudo. vbi tenet, quòd licet sit verum, quòd nobiles, & nati de genere militari mitius in corpore, equàm plebei puniantur: sed in pecuniaria sequàm plebei puniantur: sed in pecuniaria secus habet locum in pœnis arbitrarijs tantūnō in certis statutarijs, vel legalibus: quod nota. 3

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet seruare dominiū, & honorem regis, & iura regalia, & regis dānum euitare: & tenetur omnia custodire, quæ vasallus domino suo custodit.*
2 *Regnū, ciuitates, & villæ tenentur amare, custodire, & honorare regem, & vxorem, & filios suos. nume. 3:*
3 *Rex dicitur quasi Deus in terris.*
4 *Rex tenetur amare, & honorare populū, & regnum suum, & munus eis impartire.*
5 *Rex sine causa non debet expellere vasallos de regno.*
6 *Rex non seruans contēta in legibus Partitarū, excedit.*

g **Seruicio.** g Idem tenet tex. in. l. 4. ti. 15. lib. 2. in ordi. rega. vbi

1 habetur, q iudex † debet seruare dominiū, & honorem regis, & iura regalia, & regis damnū diligēter pro posse euitare: & si euitare nō valuerit, regi ilicò certificabit. Idem tenet text. in l. 6. titu. 4. par. 3. & l. 1. titu. 7. foro legū. lib. 1. Et tenetur omnia custodire, quæ vasallus domino suo custodit. s. incolumē, tutum, & omnia alia, quæ ponūtur per tex. in. c. de forma. 22. q. 5. & in tit. de forma fidelitatis. cū titu. sequēti. in vsi. feudo. & nō sufficit, q faciat illa sex, quæ continentur in. d. c. de forma. sed q abstineat à malo & quòd fiat id, quod est bonū: & q consiliū, & auxilium suo regi fideliter præstet, vt in supra dictis iuribus patet. ¶ Quod est idem in regno † quia regnum, ciuitates, & villæ, tenentur custodire, amare, & timere, & honorare regē: nec 2
nullus de populo debet eius desiderare mortē:

feruicio, g y el bien

aliàs si palàm hoc dixerit desiderare, est aleuosus, & debet mori, & bona perdere, text. est in l. 1. titu. 13. parti. 2. quia tota fidelitas debetur regi: quia est † quasi Deus in terra. vt in. l. iubemus nulla. C. de sacrof. eccles. i. & per totum tit. in. d. parti. vid. quomodo debet Rex honorari, & custodiri, & amari: & non solum rex, sed vxor sua, & filij sui. vt in dict. partit. titu. 14. & titu. 15. vbi late per te vide. ¶ Ad idē tenetur rex: 3
4 † quia tenetur amare populum suum, & regnū suum, & munus impartire eis, cùm sibi videbitur: & eos honorare triplici modo, vt per. l. 2. ti. 10. eadem part. 2. & regnicolas, & subditos sui regni, tam maiores, quàm minores, & mediocres defendere. vt in. l. 3. eius tit. & part. quę est singul. in ista materia, cum legibus sequētibus, eiusdem titu. ¶ Et facit illud, quod tenet Bald. in dict. ca. de forma fidelitatis. §. si dominus. in princi. vbi ait, quod sicut vasallus debet esse fidelis domino, in eisdem dominus debet fidē vasallo, alioquin dominus iudicabitur malefidus: & ita debet fauere, & diligere, q sine causa non
5 expellat † eos de suo regno, cùm mundus sit omnibus communis patria: & causa debet esse ex qua possent bāniri: quia expellere, interdicere est: quæ pœna sine causa non debet imponi. vt in. l. relegatorum. ff. de interdi. & relega. prout tenet Bal. in. d. §. dominus. Et idē est de nostro iure regio, vt in quadā pragmat. facta per istos nostros catholicos Reges. foli. 3. in qua iusserūt Iudæos exire ex isto regno Hispaniæ ex causa ibi expressa, scilicet, quia faciebant Christianos apostatare.* Et si rex facit licèt non expresset cām præsumitur iusta in eo causa vt Abba. in capitul. nisi specialis de officio delega. numer. 6. quod est verum dum facit, vel donat, vel alienat res profanas: secus autem si res ecclesiæ, vel regni: tunc enim non præsumitur causa. tenet Peregrinain parte imperator. 6. q. in. gloss. auferte, in fine.* ¶ Et si Reges † non seruant, nec
6 faciunt contenta in dictis legibus partitarum, excedunt: sicut excedunt in pluribus casibus notatis per Pari. de Pute. in dict. tracta. in capitul. 1. cum sequentibus. vbi tractatur latè de excesibus Imperatorum, Regum, & Ducum, quem per te vide.

Summa-

SVMMARIVM.

1 *Rex, regni administrationem habens, curare debet pro bono cōmuni patriæ, & eam amare bonam culturāq; desiderare, populationē, & passus pontium, itinerūq; reparare.*
2 *Rex ea quæ sunt publica nō potest diminuere.*
3 *Iudex tenetur oīa facere, quæ rex facere tenetur.*
4 *Regens ciuitatem, habetur loco principis. Iniuria facta officiali, principi intelligitur esse facta.*
5 *Iuris peritis, & non alijs, est cōmittenda gubernatio reipublicæ.*
6 *Cōmune bonum defendenti magis est parendum, quàm certanti bono priuato.*
7 *Vtilitas publica quando vertitur, partes non possunt renuntiari, etiam cū iuramento: secꝰ quando vertitur priuata vtilitas.*
8 *Propter publicā vtilitatem discedimus à regulis iuris communis. Et in fauorem ecclesiæ.*
9 *Lex introducta in fauorem publicum, debet ampliari.*
10 *Magna vtilitas priuata, præfertur modicæ publicæ vtilitati.*
11 *Aduocatus, an potius debeat aduocare pro patria, quàm pro patre.*
12 *An potest aduocare contra patriam.*
13 *Patriæ debetur fidelitas.*
14 *Terram suæ originis, quis non debet relinquere, nec negligere, quantūcunq; vilis sit. Et hic de fauore patriæ.*

h **Tierra.** h Quia Rex † habens administrationem regni, debet curare pro bono communi patrię. tenet Specu. in titu. de feudis. §. quoniam. versi. 16. nu. 31. & Bart. in authē. de hæredi. & falci. in. 2. col. in prin. vbi ait, q primò Rex de vtilitate publica, quàm suorū debet tractare, & eam amare: & bonā cultura desiderare, populationem, & passus pōtiū, itinerūq; reparare, nō sinēdo muros factos, turres, & domus corruere. vt in. l. 1. 2. &. 3. titul. 11. partit. 2. ¶ Et ea quæ sunt publica, † & ad vsum publicum destinata, non potest diminuere. vt Signor. de Homod. in consi. 26. colum. 7. & tex. in. l. 2. &. 3. titul. 3. lib. 7. in ordina. rega. & Ioann. de Pla. in. l. si quis ex titulo. C. de diuersis prædijs vrba. lib. 11. tenet quòd imperator magis fauet ciuitatibus, quàm priuatis, propter minimam excellentiam, & hominū copiā ibi morātium. vt in. l. si quis tam. C. de decuri. lib. 10.* Et Perogrina. in parte. rex. colu. 4. in gl. idem tenet inquiens quòd rex potest donare loca, exitus, montes termina: vel prædia ciuitatum seu locorum, necalienare nec redit⁹ concilij: vt ibi per eum: & idem Par. de puteo in tracta. syndic. in parte excedunt. numer. 20. fol. 13. nec dominus potest talia bona occupare, vt tenet Specul. constientiæ in tractatu. 1. ca. 19. §. 11. & Archiepiscopus Florenti. in. 3. part. ca. 4. §. 4. nec ea quæ sunt in vsu publico possunt vēdi, vt in. l. 15. titul. 5. part. 5. & ibi Grego. Lopez. l. 3. dicit quòd de licentia principis: secùs tamē ea quæ non sunt in vsu publico possunt vendi de licentia principis, vt ibi: & vid. Bald. in. l. sacra. §. sciendum. ff. de rerum. diuisio. vbi tenet q rex potest donare quod publicum est: sed vi. l. 234. styli. & dum. d. l. 3. titu. 3. lib. 7. ordi. dicit q talia publica non possunt laborari: tamen ciues iustè petere possunt à rege vel. à ciuitate sibi assignari loca vbi possint plantare vineas & oliueta, & alia necessaria ad vitā, & agros seminādos: vt inde possint viuere vt tenet Greg. Lopez. in l. 10. tit. 25. par. 4. in gl. *Auer vida*: & vi. l. 4. ti. 28. part. 3. & ita debet. intelligi. d. l. 3. nisi in eo q sit necessariū ad vsū ciuiū nā ad hoc coli & semina ri possunt termini publici, vt ciues viuāt & inde alātur.* ¶ Et oīa supradicta tenētur facere Cor- 3
rectores, † & iustitiæ, qui loco regis in republica officia gerūt. vt in isto tex. & tenet gl. & Cyn in. l. fi. C. de prescrip. lōg. tēpo. ¶ Dicēs, q qui re-
4 git ciuitatē, habet loco principis. † & idē tenet Bar. in. l. hostes. ff. de capti. & Hippolyt. d Marsi. in sua pract. crimi. §. cōstāre. n. 22. & tenet Bal. in. l. spadonē. §. ciuitatis. ff. de excusa. tuto. vbī ait, q officialis habēs magistratū, dicit esse princeps in ciuitate illa. Et tenet Mōtal. in gl. ordin. regal. in parte, Corrector. verf. Itē nota. ¶ Et facit, qa omnis iniuria facta officiali regis actu gerēti officiū, intelligitur facta regi. vt tenet Cyn in. l. si nō cōuitij. C. d iniurijs. & in expresso Lucas de Pen. in. l. omnes stationarij. C. de coharta lib. lib. 12. col. 2. Et tenet Ioa. de Plat. in. l. nemo. C. de dignita. lib. 12. in fine, loquēdo in senatoribus regalibus: quia iniuria eis facta, dicitur illata curiæ principis: quia pars corporis principis sunt. vt in. l. quisqs. C. ad. l. Iuli. maiest. & d eius 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordine. vt in l. senatorum. C. d dignita. lib. 12. & tenet singulari. Bald. in. c. 1. de offi. delega. nu. 1. indistinctè reprobando determinationem, & distinctionem Bal. in. d. l. hostes. Et facit, quod tenet Alexã. in. l. si familia. ff. de iuri. omn. iudi. nu. 1. vbi tenet, q maiestas non solùm principi, & superiori attribuitur, verum etiã attribuitur prætori. Item & populo. vt in. l. si non dubito. ff. de captiuis. ¶ Et respublica potius committẽ
5 da est gubernari † iuris peritis, quã alijs. vt Ang. in prooemi. Instit. §. summa. in fine. vnde abutuntur, qui contrarium faciunt. ¶ Et commune
6 bonum defendenti, † magis est parẽdum, quàm certanti priuato bono. vt Specu. vbi suprà: quia vtilitas publica prẽfertur priuatæ. vt in. l. sancimus. C. de sacrosan. eccles. & in ca. bonæ memoriæ. de postula. præla. & Ias. in authen. resq;. C. cõmunia de leg. nu. 28. & in. l. impensa. ff. de religio. & sumpt. fune. vt per Barto. & docto. in. l. 1. ff. solu. matrimo. nu. 26. ¶ Et ideo dicitur publica vtilitas, secũdùm Alex. ibi. n. 44. quia affert vtilitatem respectu vniuersi: sed in particulari suam affert vtilitatẽ ciuibus per se separatim ita vni, sicut alteri: nec est apta in quolibet particulari afferri vtiliter. ¶ Et quãdo vertitur vtilitas publica principaliter per partes non potest renuntiari, † etiam cum iuramẽto. vt in. l. si vnus.
7 §. paciscor. &. §. sequenti. ff. de pactis. & notatur in capit. si diligẽti. de foro compe. ¶ Et quando aliquid ob publicam vtilitatẽ prohibetur, etiã ille, in cuius vtilitatem fit prohibitio, non potest consentire: & si cõsentit, eius cõsensus non operatur, vt veniens contra prohibitionẽ non puniatur. quod est notandum secundùm Hippolyt. de Marsi. in. 1. lege cornelia. §. constitutũ. ff. de sicarijs. nu. 2. Quod est secus, quãdo vertitur vtilitas priuata principaliter, licet secundariò publica: tunc enim potest renũtiari cum iuramento, secũdùm Ias. in. d. l. 1. ff. solu. matrimo nu. 39. Et ideo dicit, q mulier potest consentire alienationi fundi dotalis cum iuramento. vt in cap. cùm contingat. de iureiur. ¶ Et propter pu
8 blicã vtilitatẽ discedimus † à regu. iuri. communis. & in simili fauore ecclesiæ propter publicã vtilitatẽ. vt tenet Alex. in. d. l. 1. nu. 4. & Ias. ibi nume. 40. addit, quòd lex introducta fauore
9 † publico, debet ampliari, & extendi, vt in. l. illud. & ibi glos. C. de sacrosa. eccles. & Bart. in. d. si. constante. ff. eod. solut. matri. & in. l. 2. §. exercitium. ff. de infamii. Quod dicit procedere, etiam si respiciat fauorem publicum secundariò, per text. in notabil. licet vulgatum. in. l. hoc modo. in fine. ff. de conditio. & demonstratio.
10 ¶ Tamen † quando est magna vtilitas priuata, præfertur modicæ vtilitati publicæ. text. est in l. 2. §. qui putant. ff. nec quis in loco public. & docto. in dict. capitul. bonæ memoriæ. & Ias. in. d. l. 1. ff. solut. matri. nume. 39. & Alexan. ibi. numer. 46. & ibi per eius additio. ¶ In tantum bonum publicum, & patria debet custodiri, &
11 defendi: quòd aduocatus † debet potius aduocare pro patria, quàm pro patre. vt Bald. in. l. qui necessariò. C. de aduocat. diuer. iudi. & ita tenet Alexand. in additio. ad Bart. in. l. 1. §. veluti. ff. de iusti. & iur. & dicit, quod hoc tenet Bal. in. d. l. qui necessariò. per. l. postliminij. §. filius. ff. de capti. sed certè Bald. ibi nil dicit, sed in cõtrarium est veritas. vt tenet Abba. Panor. in. ca. fina. de postulan. numer. 7. allegando Specu. in titul. de aduocato. §. 1. verficu. sed quid si pater
12 hostis. & in sequenti, vbi concludit, quòd potest esse aduocatus † contra patriam, & quòd potius tenetur iuuare patrem, quàm patriam. arg. in. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. vbi prius nominantur parentes, quàm patria. Et hoc verum, quando pater prætendit iustam causam, aliàs si esset rebellis patriæ, debet filius insurgere, & aduocare contra patrem. vt Abba. ibi. Et intellige rem quoq;, quod non potest aduocare contra patriam, quando habet honorem, & salarium à republica. vt Bald. in. d. l. qui necessariò. aliàs se
13 cus. ¶ Quoque tene, q proprię patriæ † debetur fidelitas: & est prior tempore, sicut natura est posterior accidente. vt tenet Bald. in. c. de noua forma fidelitatis. in vsi. feud. ¶ Et puguare pãtria, aut magistratu eius, nõ distat à crimine maiesta. & ideo tractatum, aut consilium nõ faciat quis contra eos. vt tenet Angel. in. l. 1. ff. ad. l. Iuliã maiesta. in fine. ¶ Hac de causa credo, quòd Ioann. de Plate. in. l. si quis ex maioritate. C. de municipibus origi. lib. 10. dicit, q quis terram
14 † suæ originis quantumcunq; vilem negligere, & relinquere non debet: hoc enim impium est: & non valet impetratio rescripti, vt quis suam patriam deserat. Et idem Ioan. de Plat. in. l. vnica. C. si curialis relicta. eod. lib. tenet: & magis dicit, q est impius, qui propriã patriã negligit, & derelinquit. nam vnicuiq; dulcis esse debet amor patriæ. vt in. l. qui habeat. in princi. ff. de legatis. 3. adeo, vt patrem patriam delentẽ filius impunè puniri possit. vt in. l. minimè. ff. de religios. & sumpti. fune. secundùm Plate. vbi suprà. ¶ Quia natura est, vt vnusquisque natale diligat, & nil dulcius habeat, quàm patriam, vt Hierony. 2. super Hieremi. vnde paria sunt, parentibus parare venenũ, & tyrãnidis inire consilium, secundùm Quintilia. & est defendenda. vt in cap. fortitudo. 23. q. 3. Imò etiam sibi parendum.

dum. vt in. l. 2. ff. de iusti. & iur. & qui eam defendit, non infamatur. vt in. l. neminem. C. de his qui not. infami. nõ sic qui delet illã. vt in. l. minimè. ff. de religio. Et de hac materia latè per Tullium in. c. 8. suæ Rhetoricæ, & in. c. 2. ¶ Quoniam omnia commoda prouenerunt ex patria: & nullum incõmodum est graue pro patria putandum. Et Seneca in libro de clemẽtia dicit, q gubernatio reipublicæ fugienda, & vitãda non est in ciuitatibus, vbi quis honoratus est, nõ repulsus. iuxta illud oratoris. Cur te habebam in principem, cùm tu me nõ habes in senatorem? vt in cap. Est. 95. distin. De qua materia reipublicæ, & q sit defendenda in tempore pacis, & belli, vel seditionis. vide latè Lucam de Pẽna in. l. vnica. C. si curialis relicta. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vnicuique debet suum ius tribuere.*
2 *Iudex non tribuẽs parti, quod suum est, tenetur ad omne interesse.*
3 *Iudex tenetur, quãdo sententia per eum lata habuit effectum, & sic fuit executioni mandata.*
4 *Ex sola sententia iudicis non transit dominiũ in vincentẽ: ideo opus est, vt executioni mittatur. nume. 7.*
5 *Pars licet concedat alicui titulũ super aliqua re, non transfert dominium, nisi actualiter tradatur.*
6 *Per sententiam non perditur possessio.*
8 *Sententia si est deserta, licet non sit executioni mandata, habet pars recursum contra iudicem, qui eam tulit.*
9 *Iudex, qui male iudicauit, an teneatur, etiã si pars potuit appellare, & non appellauit, vel si appellationi renuntiauit.*
10 *An iudex, qui primò pronũtiauit, teneatur, si in gradu appellationis sua sententia fuit reuocata. & nume. 12.*
11 *Iudex, an teneatur pendente appellatione à sententia per eum lata.*
13 *Appellator succumbens in causa appellationis, non habet recursum contra iudicẽ à quo.*
14 *Quis ex iudicibus faciat litem suam, an iudex à quo, vel iudex ad quem.*
15 *Iudex, qui tulit sententiam nullam, an teneatur in syndicatu. & nu. 18.*
16 *Exceptio nullitatis sententiæ, an præscribatur.*
17 *Exceptio nullitatis, quæ non debet admitti, si admittatur, valet.*
19 *Consentiens sententiam expresse, nõ habet recursum contra iudicem.*
20 *Iudex, qui credit bene iudicare, & errore ãu Ctus malè iudicat, an teneatur parti in foro conscientiæ.*
21 *Iudex, qui iudicat de cõsilio sapientis, an excusetur?*
22 *Iudex ignarꝰ, an teneatur sequi consilium sapientis, & excusetur. & nu. 24.*
23 *An expẽsis partiũ põt iudex assumere consulatorem.*
25 *Partes licet consentiãt, quod iudex ferat sententiam de consilio sapientis, possunt à tali sententia appellare.*
26 *Sententia lata prætextu consilij sapientis, nũquam transit in rem iudicatam.*
27 *Iudex, qui tulit sentẽtiam de consilio sapiẽtis qui habet instrumentum suæ approbationis factæ à doctoribus, excusatur. Vel si erat publicè exercitatus in officijs, in quibus peritiã docuit: vel si cõmuniter ad eum habetur recursus pro causis decidendis.*
28 *Iudicio medicorum est standũ, si sunt experti.*
29 *Medicus approbatus, licet non sit doctor, nec graduatus, potest intrare monasterium monialium sine pœna excommunicationis.*
30 *Consultor, an teneatur iudici ex malo cõsilio, quod dedit, & partibus.*
31 *Consultor nõ solùm tenetur de consilio expresso, sed de tacito.*
32 *Locum tenentes semper cõtradicãt apud acta suis Correctoribus, & protestentur, quod iniustitiam non faciant, aliàs ipsi tenentur.*
33 *Iudici parendum est in dubio.*
34 *Casus, in quibus iudex tenetur. Et ibi vide, an iudex in syndicatu potest ex nouis allegationibus defendere sentẽtiam, & ostendere condẽnatum ius nõ foucre. Et an teneatur ex eo, quia absoluit aliquẽ ab obseruatione iudicij.*

Al-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A las partes. i Nota tex. quòd iudex † debet vnicui que ius suum tribuere. Idem tenet text. in. l. iustitia. ff. de iusti. & iur. & in. l. 1. titu. 1. partita. 3. & in. §. primo. Institu. eodem. de iusti. & iur. & latè archiepiscopus Florenti in. 3. parte. tiul. 9. cap. 1. per totum. In tantũ, quòd iudex aut gloriam clementiæ, aut seueritatis affectare non debet sed perpenso iudicio, prout quæque res exposcit ulat, statuere debet. vt dicit text. in. l. respiciendum. ff. de pœnis. & Plat. in. l. qui publi. C. de his qui spõt. munera susceper. lib. 10. in. fi. & vid. Hippo. de Marsi. in repe. rubri. de fide iusso. num. 384. & vide quæ dixi supra in glo. derechamente. num. 3. Quod intelligitur, quòd distribuit ius pro generibus singulorum, non pro singulis generum, hoc est generaliter tribuit ius vnicuiq;, scilicet Deo, sibi, & proximo, non autem singulis hominibus totius mũdi particulariter, secundùm Angel. in d. §. r. ¶ Vult ergo dicere clarius secũdùm Ioan. Fab. ibi, q generale est, quòd homo reddat vnicuique ius suum, licet de facto semper non fiat, Et loquitur de iustitia, quæ cadit in homine, & sic de iustitia creaturæ: vnde nõ oportet ad hoc quòd homo sit iustus, q sit ita constãs, sicut beatus Petrus, sed prout cadit in homine, vt humana fragilitas. vt in authentic. quomo. opor. episcopis & cleri. §. ordinandis. & in. l. siquid. ff. de ædilitio edicto. ¶ Et in se est virtus, non autem vt per homines exercetur: quia si homines non faciunt iustitiam, non propter hoc iustitia, aut est virtus, de suo esse mutatur, sicut nec ius, si iudex malè iudicat. vt in. l. fi. §. 1. ff. eod. de iusti. & iur. secũdùm Ioannẽ Fabr. vbi suprà. ¶ Et ideo

y el derecho a las partes. Y cumplan

2 si iudex non tribuit † parti, quòd suum est, parti læse tenetur ad omne interesse. vt tenet Bal. in authẽ. statuimus. C. de epis. & cle. nu. 2. vers. iuxta hoc quero. & Bart. in. l. 1. C. quomo. & quãdo iud. nu. 6. & in. l. fi. ff. de vari. & extraor. cogni. & in. q. fua, incipiẽte, iudex per imperitiã iudicauit. vbi plenè in. 9. q. & idẽ tenet tex. in. l. 2. ti. 2. foro legũ. lib. 2. ibi, *y el alcalde porque juzgo tuerto, peche otro tanto de lo suyo.* Et ibi Montal. in glo, *pierda lo que huuiere.* versic. 4. dicit, q de iure nostro Regio pœna appositain illa lege debet seruari. & Bald. in. l. si quando. C. de testi. & Institu. de obliga. quæ ex quasi deli. nasc. in princ. & Iaſ. & docto. in. d. l. 1. nu. 6. ff. quod quisq; iuris. & Angel. in princi. Instit. de officio iudi. nu. 4. quẽ vid. & latè per summã Sylueſtrinã in parte iudex, primo. 12. q. vsq; in fine. & tex. singula. in l. 23. & in. l. 24. titu. 22. parti. 3. & ibi Gregor. Lopez. quas leges omnino vide. vbi Montal. quoque dicit, q pœna legis Fori supradictæ est stãdum. Bal. tamen in. c. dilectus filius. de rescrip. nu. 3. dicit verum, quòd teneatur ad interesse, & sic ad veram litis æstimationem, si dolo pronũtiauit: Secus si per imperitiã, quia tunc tenetur in quantum iudici visum fuerit. vt in. l. 2. ca. de pœna iudi. qui malè iudi. & cap. venerabilis de senten. excõmuni. lib. 6. Sed hæc differentia nõ habet locum in causis beneficialibus, in quibus non cadit æstimatio, nisi ratione expensarũ punitur igitur plus, vel minus arbitrio iudicis. secundum Bald. ibi, in. d. c. dilectus. referendo Io. And. ¶ Sed quòd teneatur parti ad interesse, in

3 tellige verum, quando sententia per eum lata † habuit effectum, & sic fuit executioni mandata, vt in. l. fina. ff. quod quisque iuri. & tenet Barto. in dict. quæsti. iudex per imperitiam. in prima parte. in fine. quia quando non sortitur effectum, non dicitur lædere partem, nec facit litem suam. vt in. d. l. fi. ff. de vari. & extraordi. cogni. ¶ In adiutorium Bart. facit glos. singular. in. §. finium. Institu. de officio iudicis. in glossa magna. & ibi Angel. vbi tenet, quòd ex sola senten

4 tia † iudicis non transfert dominium in actorem vincentem, imò opus est, vt posteà virtute dictæ sententiæ per iudicem, vel per nuntium nomine iudicis immittatur in possessione rei adiudicatæ: quia cùm factum iudicis dicatur factũ partis. vt in. l. si ob cãm. C. de euictio. * Licet cõtrarium teneat glo. in. c. proposuit, de concessione prębenin. verb. vacare: & Peregrina in parte dominiũ in fi. quia illa. gl. loquitur in alio casu & supra dicta sequitur Thom. grãmatic. Consil. 54. nu. 10. affirmãs q sententia seu iudicis decretũ licèt fuerit iniquissimũ ob qđ iudex litẽ faceret suã est verũ quãdo exequitur eã: secus si solũ eã ptulit: quia tũc nõ tenetur parti. per. l. lętos. C. de pericul. & como. rebendi. & tenet Par. deput in tracta. syndicat. in verb. sententia qđ est

5 notandum. * & licet pars † concedat titulum alicui supra aliqua re, non tamen transfert dominium suæ rei, nisi actualiter tradat. vt in. l. traditionibus. C. de pactis. ergo iudex non transfert dominium, nisi tradat. vt Angel. in dict. §. finium. Et idem tenet Angel. Perusinus in. l. habere licere. ff. de euictio. vbi tenet,

6 quòd per sententiam non perditur † possessio, sed requiritur ipsius sententiæ manu militari executio. vt in. l. qui restituere. ff. de rei vendi. & idem tenet Alexand. in consil. 90. in. 2. volum. nume. 8. allegando dict. glo. in. d. §. finium

nium. & alia iura. & idem tenet Bartholo. Socin. in cõsi. 179. incipiente, circa præsentem cõsultationem. versi. 1. quia venditor. & latè Rogerius de mota, doctor Valentinus in repeti. quam fecit in. d. l. traditionibus. numer. 27. & latè Iaſo. quem vide in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. nuum. 44. & Alexã. in. l. pomponius. §. si iussu. ff. de acquiren. possessio. Et Feli. in cap. cùm venerabilis. de exceptio. col. 10. cõmendat dictam glos. in dicto. §. si finium & dicit, quòd Imol. cõmen. eam in rubri. ff. de re iudica. & Angel. in. l. si quis. §. differentia. ff. de acquiren. posse.

7 ¶ Sed est intelligendum † secundùm Felin. vbi supra in his quæ sunt merè corporalia, secus in incorporalia, vt in ius eligendi, & præsentandi, & similibus: quia sententia sufficit ad plenum ius. vt Innocen. in cap. cùm nostris. de concessio. præb. & sequitur Bald. in. l. 1. C. communia vtriuſ. iudi. de quo latè per Felin. vbi supra & aliquid per Abb. & Feli. in cap. cùm aliquis bude reiudi. ¶ Et ideo quoque dicit Amod. iusti. in tracta. syndica. num. 242. tomo. 14. tracta. fol. 189. q si iudex tulit sententiam. quæ est ipso iure nulla non tenetur ex ipsa pronuntiatione sola, nisi processerit ad executionem facti. per. l. penul. & ibi Bar. ff. de vari. & extraor. cog. & d. l. 1. ff. quod quisque iur. vid. infrà nu. 15. ¶ Attamen licet non sit executioni mandata: si senten

9 tia est deserta, † & eius appellatio, habetur recursus contra iudicem qui malè iudicauit: quia talis iudex deliquit cõtra Deum, quia est periurus: & contra rempublicam, quia infidelis: item contra litigatorem, quem oppressit, vnde defectum non purgat, nisi puniatur. tenet Montal. in. l. 2. titul. 2. lib. secundo. foro legum. in glos. sin derecho. & Bart. in. d. quæstion. iudex, qui per imperitiam. & in. l. 1. ff. quod quisque iuri. colum. 2. num. 9. & ibi Paul. de Castro. in. §. qui magistratum. numer. 14. & in. l. dies cautioni. §. si tam vicinum. ff. de damno infecto. & Innocẽ. in capitul. fæpe. de appella. & in. capitul. pastoralis. de rescrip. & Iaſ. in. d. l. 1. ff. quod quisq; iuri. num. 15. vsque in fine. & Paul. de Caſt. in. l. si filius familiàs. ff. de iudi. nu. 7. & Alexã. in. d. l. 1. nu. 16. vbi omnes tenent, quòd si iudex iniustẽ

9 iudicauit, & pars potuit appellare, † & non appellauit, si vult potest cõuenire iudicem in syndicatu. quia vt Iaſ. ibi tenet. iudex, fuit in dolo, pars verò, quæ non appellauit, fuit in culpa, & dolus præponderat culpæ. vt in. l. item si obstetrix. ff. ad. l. Aquil. & tenet Abb. in. c. ad hæc. de appel. in fi. & Bar. in. l. ltẽ si res. ff. de aliena. iudi. muta. cauſ. fact. & Bal. in. c. 1. §. iudices. de pace iura. fir. in vſi. feu. nu. 7. * Et Abba. in. c. pastoralis. de iur. patro. num. 8. & tenet Peregrina. in parte appella. q. 3. in glos. procurator. & in parte sententia. q. 9. in. glos. iudicantis. * Et est communis conclusio, q potest conueniri secundùm Alexan. in. l. dies cautioni. §. fina. ff. de damno infe. num. 1. vbi in nu. 2. tenet, q est cõmunis, q iudex tenetur si appellauit pars, & est deserta appellatio temporis lapsu, vel alia causa: secus dicit, si pars renuntiauit appellationẽ: quia tũc videtur approbare sententiã, vt in locis supradictis. & tenet Amodeus iusti. in tract. syndica. n. 247. & nu. 135. quia tunc videtur fateri habere malam causam. per. l. 3. C. de fide instrumento. & Barto. in dicta quæstio. in fine. & Bald. in. d. §. indices. & in. l. 3. C. de fide instrumẽto. & Barba. in capit. pastoralis. §. quia verò. de offi. delega. col. 9. allegando Bald. in. l. fina. §. sint autem. C. de tempori. appellat. vbi contrarium tenet, sed opini. Alexan. est communis, vt ipse dicit. * Quam intellige veram quando renuntiatio est expressa, secus si tacita nam tunc non inducit hanc tacitam confessionem prout tenet Peregrina vbi supra in dicta parte appellatio &. gl. * ¶ Attamen contrarium tenet Ange. in cõsi. 188 quasi in fine. vbi tenet, q si victus potuisset appellare, & non appellauit, tunc contra iudicantem iniquè non poterit haberi recursus: quia nõ appellando confirmat quis sententiam suo consensu. per. l. hic qui ciuilia. C. de appellatio. Et Bald. in cap. cùm inter. de re iudi. versicu. nota. tenet quòd quando à sententia non est appellatum, præsumitur ritè & rectè per omnia pronuntiatum, & includit accessorium, & principale; id est, veritatem, & solemnitatem. vt Paris de Puteo, in tractatu syndic. in parte, iudices puras. folio. 125. Tamen Alexand. dicit cõmunem esse in contrarium. ¶ Sed inquantum est dictũ, quòd si appellauit pars, & appellationem non prosequitur, quòd iudex teneatur. Mihi semper placuit opi. Bar. in. d. quæsti. in fine. vbi cõtrariũ sentit, dicendo, quòd si pars appellauit & iudex nõ detulit appellationi, nil potest iudex parti imputari, & poterit conueniri. Et sic credo q intelligatur opi. cõmunis Alexã. scilicet quãdo iudex nõ detulit appellationi, & appellatio est deserta: secus quando detulit appellationi, & partis negligẽtia est deserta, vel alio modo pars renuntiauit appellationi, tũc cùm per interpositionẽ appellationis eo ipso sit quę situm ius liberationis iudici, respectu totaliter interesse, licet remãserit obligatus propter sumptus, vt infrà dicetur, non potest pars per suam renuntiationem tacitam, vel expressam resuscitare obligationem contra iudicem. vt in. l. fina.

ff. de

ff.de pactis.& ista negligentia partis iudici nocere non debet.vt in.l.præsens.C. de pignori. & in hoc resi det Barto.in dicta sua disputatione. Quod tenerem: quia in Barto.semper ferè inest clausula veritatis,vt re ipsa patet.vt Ioann Baptist.de Gazalup.in tractatu de modo studendi.in quinto documẽto,in fine,vbi quoque dicit,quod sua scripta curemus habere,scire, & imitari:quia Bartoli sta optimus legista censendus est. ¶ Sed quid si in gradu appellationis sen
10 tentia fuit infirmata,† & sic reuocata, an poterit iudex conueniri.Barto.in.d.quæstio. tenet, quòd poterit conueniri,sed non ad totale interesse quod erat ab initio,sed tantummodo ad sũptus,vel expensas,quæ factæ fuerunt in causa appellationis,quas alias non sustinuisset , nisi contra eum fuisset iniquè iudicatum. vt in.l.fine.§.cùm autem.ff.rem rat.habe.& in.§. Marcellus. ¶ Sed quid si appellatio pendet, † an teneatur. Videtur quòd non teneatur ad interesse cum per interpositionem appellationis extinguatur pronuntiatum.vt in.l.prima.ff. ad Tur pilia.& Angel. in.l.furti.ff. de his qui not. infami.2.colu.& latè Iaso. in.l. prima. ff.de re iudi.nume.14.& Abba.in cap.laudabilem. vt lite penden.in fine.Attamen potest conueniri solum ad expensas,& cætera damna, cùm primũ ius remaneat sibi illæsum.vt in.l.tertia.§.exquibus.& ibi Barto. ff. de aliena. iudi. muta. caus. fac.& Barto.in.d.quæstio.in fine. Sed ego non sto cum dicto Barto.quia nũquam practicatur: nam tantummodo in isto casu dum pendet appellatio tempore syndicatus potest iudex , qui tulit sententiam,conueniri,& tantũmodo condemnabitur,vt caueat de indignitate, quia dubius est euentus.arg.in.l.penul.ff.de peti.hæredi.quia si appellans obtinuit,non damnificabitur etiam facto,secus si succũbat. ita in expresso tenet Paul.de Castro.in.l.si filius familiàs.ff. de iudic.nume.9.& idem Ange.ibi.versicu. vltimò quæro.per.l.statu liber rationem.ff.de statu libe.& per alia iura.Et idem tenet Bald.in.d. §.iudices.nume.9.& sic tenet quòd pendeat ex futuro euentu, Quicquid dicat Bart.in.d.quæst & in.l.si minoris.ff.de administra.tuto. nume. quarto.& in dicto.§.ex quibus. Semper in iudicijs obseruatur opinio Angel.& Paul. in dict.l. si filius familiàs.quòd solùm iudex , pendente appellatione,tenetur cauere de indignitate.qđ sequitur Amodeus iusti.in tracta. syndicat. in glossa.Item in eo quòd plures innocentes condẽnauerunt.col.4.versicu.sed pone.vbi in expresso ait , quòd si tempore syndicatus adhuc pendet appellatio à sententia,quam querelans contra iudicem dicit fuisse iniquam,quòd syndicatores faciant,quòd iudex det fideiussores de reficiendo omnia damna,& expensas querelantis,si contingat eius sententia infirmari. Et hoc dicit esse in practica, & consueuit facere, quòd pars,pro qua lata est sententia,fideiubeat pro iudice:& præstita ista fideiussione , syndici eum non condemnabunt. Et istam opinionem tenet Bald.& dicit esse veriorem in. l. nouissimè.§.Pomponius.ff.quòd falsi. tuto. auto. Et hoc tene:licet idem Bal.in dict.l.fina.C.de poena iudi.qui mal.iudi.dicat,quòd si exprimis actis apparet sententia iniqua,iudex debet condemnari in syndicatu ad expensas, & interesse dubij euentus litis. Sed ex primis actis apparet iusta,debet absolui,licet in causa appellationis ex nouis actis possit impugnari.* Et dic quòd talis sententia in qua est condenatus ad istam indignitatem prestandam & ipsa obligatio virtute ipsius facta potest executioni mandari,& ad probandum quòd fuit dãnificatus faciet actor statim articulos,nec est necessaria libelli oblatio nec litis contestatio & sic proceditur summariè: vt tenet Peregr.in parte executio.2.q.in gl.qualiter.versi.sentẽtia in certa.* ¶ Tamẽ quãdo sentẽtia per appellationem est recisa , tunc iudex non conuenitur ad totale interesse,sed tã
12 tummodo ad sumptus,† & expensas,quæ fuerunt factæ in causa appellationis.vt Barto.in.d. quæst.fina.col. versi.his præmissis.Sed hoc intelligerem,quando sententia fuit recisa ex primis actis,secus si ex agitatis in causa appellationis.per.l. per hanc. C. de tempori. appella. & capitu.cùm Ioannes.de fide instrumento.& sentit Bald.in dicto.§.iudices.in fine.versicu.Item ex omnibus.& in expresso tenet Amodeus Iusti.in tractatu syndicatus.in dicta glossa , colũ. tertia.versicul.Item illud. allegando Bartol. in l.post legatum.ff.de his quibus vt indignis.Sed Bartol.ibi nil dicit,sed sufficit authoritas Amodei,vbi quoque dicit,quòd iudex non tenetur ad dictas expensas,si reus condemnatus eas consequutus fuit à parte,quæ temerè eum vexauit quia desinit sua interesse contra iudicem. vt Bartol.in.l.fina.C.de poena iudi.qui malè iudica.& facit.l.1.§.nunc tractemus.ff.de tutelis &
13 ratio.distrac. ¶ Sed quid si appellator † in causa appellationis succubuit, & sic sententia prima est confirmata : an iudex , qui primò eam tulit, teneatur? Dic quòd non , nec potest conueniri quia talis sententia confirmatoria excusat iudicem. vt in. l. pro consulibus. C. de appellatio. & ita tenet Bartol. in dicta quæst.fina.col.& idem tenet Alexan.in additi.

ad Bar-

ad Barto.in.l.1.ff.de appella. in additione magna,in medio.& Pari.de Pute.in.d.tracta.syndica.in parte,quæro de quæstione.foli.161. nu. 8.versicu.pone cp reus. ¶ Sed quis ex iudicibus
14 teneatur,an qui primò tulit sententiã,† an qui eam confirmauit? Bald.in dict.§.iudices. nu.8. tenet,cp si primus iudex tulit sententiam,à qua fuit appellatũ,& sententia confirmata,& abiista secunda sentẽtia non fuit appellatum, secũdus iudex facit litem suam,quia ista secunda transit in rem iudicatã:prima enim fuit nouata per secundam,& in ipsam trãsfusa.& idẽ tenet Alex. in additio.ad Bart.vbi suprà.Et idẽ tenet Amodeus iusti.vbi suprà.col.3.versi.tenetur etiã.vbi vult sentire,quòd si est appellatum ab ista secũda confirmatoria,& fuit reuocata, cp primus iudex teneatur:quia fuit principium iniquitatis, & totius mali,secundùm Innocẽ.in capit.sæpe. de appella.& sic ad sumptus litis, vt dictum est ¶ Sed quando sunt plures sentẽtiæ conformes, tunc præsumũtur omnes iustæ,& querelãs cõtra iudicem præsumitur calumniari.vt in cle.vt calumnijs.de re iudica.& Bald. in rubri. C. de poena iudi.qui malè iudic. & tenet Amodeus iusti.vbi supra.col.3.versicu.Item non tenetur.
15 ¶ Quid autem si sententia est nulla,† an iudex teneatur in syndicatu? Dic quòd non. vt tenet glos.in dict.l.fi.ff.de varijs & extraord. cogni. in glossa.1.& Bald.cõmendat eam in.l. si vt proponis.la primera.C.quomodo & quando iud. nume.17.Et tenet Montaluus.in.l.23. titul.22. partita tertia.vbi ait,cp si sententia nõ valet,nullam poenã iudex sustinebit.per dictã.l.2.titul. 2.foro legum.lib.2. ¶ Quod Bald.vbi suprà dicit verum,nisi aduersario interfit.& idem Bald in dicto.§.iudices.nume.3.& idem tenet Paul. de Castro.in.l.1.§.hæc autem verba.ff. cp quis iuri.in fine.Et ibi Angel. in princip. dicit, cp licet non faciat litẽ suam,tenetur tamen ad damna,& expensas litis.per dict. glo.in. d.l. fina. & per.l.si veritur.C.de excusa.tuto.Et idem tenet Paul.de Castro in dicta.l.filius familias.ff. de iudi.nume.3.vbi quoque dicit, cp non tenetur,nisi ad dictas expensas litis,vel sumptus,in quibus potest lædi:vel quando sententia nulla fuit executioni mandata de facto.& idem tenet Hippol.de Marsi.in.l.fin.ff.de quæstio.nu.19. & Feli.in.c.tua nos.de iureiura. nu.6. & Bald. in.l.obseruare.§.proficisci.q.21.ff.de offi.procõsu.& Amode.iusti.in tracta.syndi.nu.242.& suprà nu.7.Quod intellige verum,nisi executio posit retractari per grauatum:quia grauatus retractare eam debet,secundùm Alex.in.d.§.hęc autem verba.nu.3. ¶ Quoq;vltra Paul.intellige
16 rẽ,nisi exceptio nullitatis sit præscripta,† quia tũc iudex tenetur:nam in causis,in quibus sententia est nulla,requiritur cp talis exceptio nullitatis infra.60.dies à die pronuntiationis sententiæ numerandos opponatur, alias transit in rem iudicatam talis sententia.vt in.l.2.titul.15. lib.3.in ordina.regali.& sequitur Montalbus in l.2.titul.2.foro.legum.lib.2.in glos. quæ incipit,sin derecho.Et per istam.l. Regiam hodie non habet locum illud,quod tenet Paul.de Castro in.l.nec quis messium.§.sed si prætor.nu. 9.ff. de ferijs. vbi dicit, quòd vsque ad triginta annos potest principaliter petiagendo,vt sententia declaretur nulla.& idem tenet ab Abb.latè in consilio.97. in prima parte. ¶ Tamen te-
17 ne,quòd si admittitur † ad dicendum de nullitate elapsis illis sexaginta diebus contentis in dicta lege Regia,& probauit , debet obtinere: vt tenet singulariter Iaso.in.l.hoc edicto.ff.de noui oper.nuntia.nume.3.vbi dicit,quòd si statutum disponit,cp post duos menses non potest dicere de nullitate sententiæ,vt in.d.lege Regia cauetur:si tamen fuit admissus,& probauit,debet obtinere in causa allegando Abb. in consilio.55.in secũdo volu.incipiente,In causa.Et est magna extensio ad.d.l.ordinamenti,qr etiam si post illum terminum fuit admissus ad allegandum de nullitate,& probauit,obtinebit in causa. ¶ Et facit in simili illud,quod tenet Innocẽ. in cap.cùm dilecta.de rescriptis. vbi ait,cp contra sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam non debet pars aduersa audiri super iniquitate, vel nullitate:tamẽ si de facto fuit admissa,& iniquitatem probauit,est retractanda sentẽtia.& Felin.in cap.quoniam contra.de proba. col.13. versi.fallit quarto.& Sapia.in additio.ad Abb. in capit.2.de purga.vulgari. ¶ Et quoque facit: quia licet à sententia super possessorio de iure ciuili nõ appelletur,vt in.l.vnica. C. si de momen.poste.fuerit appellatum:tamẽ si fit appellatum,& iudex admisit, debet appellãs obtinere.vt Bald. singulariter. in.l. post sententiam. col.2.C.de senten.& interlocu.omn.iudi.& sequitur Alexan.in consilio.2.in tertio volumi. nume.14. ¶ Et quia probatio,quę non debet admitti,facta tamen debet per iudicem obseruari vt Innocen.in capi.cùm Bertoldus. de re iudi. quem refert Bald.in.l.illicitas.§. veritas.ff.de officio præsi.multa enim facta tenẽt, quæ fieri prohibentur.vt in.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui,vel ali.iur.& capit.ad apostolicam. de regula. ¶ Quoque facit: quia licet spoliator nõ debet audiri ante restitutionem,quia spoliatus ante omnia est restituendus. vt in.l.si quis ad

se fun-

se fundum.cum similibus.C.ad.l.Iuliam. de vi. tamen si de facto fuerit admissus à iudice,& probauit de proprietate, debet iudex pro eo ferre sententiam.Itatenet Innocen.in capitulo, constitutus.de filijs presbyter. prout tenet Iaso. in d.l.1.quæ incipit,Hoc edicto.supràallega.& sic quòd si post terminum est admissa, & probata, iudex debet pronuntiare super nullitate, si de ea constat,& non teneretur in syndicatu. vide Bald.in.l.obseruare.§. profisci. ff. de offi. proconsu.& lega. quæstio. 21. & Amode. iulti. in dicto tracta.in dicta glos.colũ.4. verficul. quid autem si tulit sententiam,ipso iure nullam.vbi concludit in eo,quod tenet Paulus de Castroin dicta.l.filius familiàsiudex.licèt eum non alleget.& Bald.in.l.si pignora.ff.de euictio. ¶Vide tamen Bald.in dicto.§. iudices. vbi tenet,
18 †quòd si per dolum iudex tulit sententiam nullam,facit litem suam:quia grauat partem de facto prætextu officij facit.l. per imperitiam. ff. de euictioni.Et idem tenet Alexan. in dicta.l. prima.§.hæc autem verba.ff.quòd quisque iur. nu.4.vbi dicit,quòd tenetur ad interesse, & ad integram litis æstimationem,quando sententia nulla est lata dolo.vt tenet Bald. & Salyce. in l.venales.C.quando prouoca.non est necess.licet Angel.teneat contrarium. ¶Quid autem,si
19 pars consentit sententiam †expresè,an si est in iusta habebit regressum contra iudicem? Dic quòd non. vt tenet Abba. in capit.pastoralis.§. quia verò.tertia col.nume.5. de officio delega. & idem tenet ibi Andre.Siculus Barba.in. 7.column.in fine,cum sequenti.quem vide.Et facit quia ille,qui consentit,iura sua perdit,& aliena fortificat.tex.in.c.1.§.præterea.quib⁹ modi.feu amittitur in vsi.feud.& ibi glo.& Bal.ibi dicit, q̃ hæc regula est infallibilis, de quo ibi per eũ. Et etiam si quando consentit sentẽtiam litincarcere,valet:& tenet prædictus consensus,quãdo carcer est iustus,& subest iusta causa detinendi: quia metus carceris cùm adhibetur secundùm ordinem iuris,nõ est metus.Bald.in.c.si iustus. de appella.in fine.& facit.cap.dilectis.eod.titu. &.l.qui in carcerem.ff.quod metus caus.& qnia detentus licitè in carceribus,potest consentire, & contrahere etiam cum eo, ad cuius instantiã detinetur,nec dicitur contractus factus per metum:tenet Pau.de Castro in.l. qui à latronibus ff.de testamen.& Bald.in.l. nam & seruus.ff.de negotijs gestis.Et vid.de materia per Hippolyt de Marsi.in suapracti.crimi.§.attingam.nume. 22.cũ sequentibus.* Et tenet pragmatic. 42. in pragmatic.de madrid anno.1557. vbi si pars cõsentit sententiã nõ habet recursum cõtra iudicẽ

20 *¶Quid si iudex credat bene †iudicare, tamen male iudicat,ductus errore iuris, an in foro conscientiæ teneatur parti, quam læsit? Petrus & Cy.in authen.hodie.C.de iudi.dicunt,quod si ex necessitate assumpsit sibi officium iudicandi,vel ex voluntate de consensu partium, non tenetur nisi de dolo.vt in.l.1.ff.si messor fal.modixe.Quod est notandum pro arbitris, & arbitratoribus,qui assumuntur de consensu partiũ, vt non faciant litem suam si malè iudicant,nisi cùm dolo hoc faciant.& ita intelligitur.l.siquis in conscribendo. C. de pactis.secus si est iudex non de voluntate partium, quia tunc tenetur, nec excusatur per ignorantiam iuris:quia asseruit se peritum,acceptando officium iudicandi: nam medicus non excusatur propter ignorantiam.ita Paulus de Castro in dicta authenti.hodie.numero.2.Et ita videtur tenere Cardinalis Caietanus optimus theologus temporibus nostris,in sua summa,in parte, iustitia. loquendo de iudice proijciente aliquem de possessione iuris errore,& de iudice malè iudicante, & negligente, & de procrastinante iustitiam. & quoque dictum Caietan.in dict.summa,in parte,iudicis peccata. vbivide quando peccant, & sic
21 quòd teneatur in foro conscientiæ. ¶Et an †teneatur,si de consilio sapientis iudicauit.Angel. in dict.l.filius familiàs.in fine.tenet quòd tenetur,& non excusatur, quia non tenetur ipsum sequi,quia iudex asserit se peritum.vt in.l.2.ff. quod quisq; iuri.imputet enim sibi,qui tale cõsilium sequitur.& dicit hoc sequi Iacobus Butri. quod sequitur ibi in dicta.l.filius familiàs. Paul.de Castro. ¶Sed contrarium tenet textus. & ibi Bartolus in.dict.l.2.ff.quòd quisque iur. vbi tenet,quòd imperitia assessoris excusat magistratum, non autem ipsum assessorem. sed Bart.ibi,quem sequitur Iaso.& omnes. numer. 4.dicit quòd est verum, si magistratus imperitus iuris tulit sententiam iniquam de consilio sui assessoris,quòd tunc excusatur à pœna illius edicti,non tamen excusatur, quin faciat litem suam, & teneatur parti ad totale interesse.per text.& glo.ibi. Quam glo. dicunt ibi Alex.& Iaso.quòd communiter sequũtur doctores,& cõmendant eam,quia multotiens accidit in facto. & pro ea est tex.secũdùm omnes scribentes in authen.de iudi.§.necessitatem.cum glo.in verbo,periculi,quanuis teneat contrarium glosin c.hoc etiam.2.quæsti.6.in glos.fi.quam allegat Imol.in.l.4.§.in eum.ff.de damno infecto.secũdùm Iaso.vbi suprà.Et Alexan.ibi.num.8.dicit quòd pro glo.in.d.l.2.est communis opinio,& est tenenda,& sic quòd ad interesse teneatur.

¶Sed

¶Sed contra istam cõmunem opi.videtur tex. in contrariũ in.l.cum bonorũ.ff.de bono. poss. & ibi Bartol.& docto.vbi habetur,quòd iudex propter consilium excusetur.Sed pro solutiõe dicit Hippoly.de Marsi.in sua practi. crimina. §.supereſt.nu.18.quòd Bald.dicit in rub. C. de pœna iudic.qui mal.iudi.*Et Montal.in.l.2.titul.2.lib.2.fori in glos. *por no lo entender*. & in.l. 10.tit.5.part.5.& Bal.in.l.obseruare.§.proficisci ff.de officio proconsul.quæst.31.nu.14. & Paris de Puteo, in tracta. syndica.in part. assessor in princi.fol.58.*Quòd si iudex sibi eligit assessorem,non excusatur.vt in.l.si procurator.§. si tutores.ff.mandati.si verò respublica eum elegerit,vel deputauerit,tunc excusatur tanquam astrictus cuidam formæ.argumẽ. notatorũ. in.l. polla.C.de his qui. vt indig. vbi quoque tenet dicta glos.in.dic.l.2.Et pro ea, & sic pro primo membro facit illud,quòd tenet Angel.in.§.omnem.in authen.de litigiosis. dicens, quòd licet potestas ferat sententiam, & dicat latam sub examine iudicis maleficiorum, tunc dicitur ab ipso potestate prolata,& ipse tenetur.vt ibi per Angel.& per Cepol.in cautel.258.& Alexand. & Iaso.in dict.l.2.nume.4.&.8. ponunt hoc pro limitatione ad dict.l.2.vt procedat, quando sibi eligit magistratum, secus si respublica. ¶Et facit illud,quod tenet Barto.in.l.si conuenerit. ff.de re iudica.volens quòd assessor,qui tulit in iustam sententiam de consilio iurisperiti,& electus de voluntate partium,q̃ tenetur:quia non debet stare dicto iniquo consilio.vt in.l. quidã decedens.& in.l.Titium & Meuium.in principi.ff.de administratio.tuto.& facit.l. nemo.C. de sentent.interlocu.omni.iudi. Quia licet partes consenserint vt causa committatur, non tamen consentiunt,q̃ sententia sic feratur,si malè consuluit,& ideo tenetur, & facit litem suam: nisi consensus partium,vel statutum arctaret iudicem ad sequẽdum dictum consilium.Et ideo Bart.ibi in.d.l.si conuenerit.dat cõsilium assessoribus,q̃ in tali cõmissione faciat poni, quòd partes ex nunc consentiunt,vt secundùm consilium talis feratur sententia,tunc iudex nõ poterit conueniri. ¶Tamen Guido de Suza.in.l. humanum.C.de legi.& Imol.& Paul. de Cast. in dict.l.si conuenerit.tenẽt cõtra Bartol. Quia si partibus consentientibus iudex eligit consul torem,tenetur sequi cõsilium:quia licet à principio habuerunt potestatem consilium non habere,ita habito consilio, videtur astrictus illud sequi.allegat in argum.l.3.§.tametsi.ff. de arbitris.maximè cum iusta causa cõsueuit quem excusari.vt in.l.qui solidum.§.etiam. cum similibus.ff.de legat.2. & Paul.de Castro in.l. sed & si lege.§.q̃ autem.in fine. ff. de peti. hæred. & Iaſ.in.l.iustè possidet.ff.de acquired.possessio. num.35.cum sequentibus.& Hippoly. de Marsil.in repetitio.l.de vno quoque.ff. de re iudic. nume.193. ¶Et idem contra Bartol. tenet Bald. in.d.l.obseruare.§.proficisci.ff.de offic. procon suli.& lega.quæst.13.& in.l.mancipia.C. de seruis fugiti.nisi consilium sit contra legem, quia illud non tenetur sequi.argum.l.rescripta. C.si contra ius,vel vtili. publi. ¶Attamen opinio. Barto.tenet Specula.in titu.de requisi.consilij. §.1.verficul.quid si iudex.& ibi per Ioann. Andre.in addition.& in regula.nullus ex consilio. ff.de regu.iur.in.6.in mercuri.& Barto. in repetitio.l.1.§.si plures.1.quæstio.ff. de exercito.& Abb.& ibi Canoni.in.c.si pro debilitate.de officio deleg.& in.c.nec episcopi. de tẽpor. ordi. ¶Et ista opi.Bart.& sequacium est verior secundũ Alexã.in.d.l.si conuenerit.nu.11.& sequitur quoq; ibi Iaſ.nu.16.pro qua Alexan.dicit,q̃ est text.optimus.in.c.cùm olim. de arbitris. & ibi docto. ¶Quod dicit facere ad limitationẽ statuti disponentis,vel partibus disponẽtibus,q̃ iudex teneatur cõmittere causam cõsilio sapiẽtis, nõ dicitur arctare iudicẽ adsequendũ cõsilium.
22 ¶Quod dicit fallere, † nisi ex toto iudex esset ignarus.per cap.cùm venerabilẽ.de offi. delegati.& ibi glos.& in.l. impuberibus.ff.de suspect. tuto.Quod est verũ secũdùm Ioan. de Imol. in d.c.cùm olim.de arbi.quãdo ex consuedine patriæ viri imperiti cõmuniter creãtur in iudices, quia tũc intẽtio dicti statuti videtur fuisse,q̃ deberent sequi cõsilia peritorũ,alias secus. vt tenet Alexã.vbi suprà.vt Bald. in.l. certi iuris. C. de iudic.& Cataldi.in tracta.syndica.nu.157.tomo 14.tracta.Et Angel.de Perusio.in tract. syndic. nu.8.tomo.18.tracta.foli.41.dicit,q̃ potestates terrarũ facilius excusantur,quàm eorum assessores:quia cum ignaro lex mitius agit, quàm cum iure peritis.vt Bald.in.l.penulti. C. de legat. in fine.debẽt enim tales potestates consilio sapientis omnia deliberare,& non ex suo capite.vt dicit notare Bart.in.l.legati. C.de offi. proconsu. & lega.Quod facit pro istis iudicibus villarum, qui *Alcaldes ordinarios* vocantur, qui continuò eliguntur in iudices, maximè in locis, & villis dominorum,licet non sint periti,quia iudicant consilio literatorum:quia si isti iudices aliquid iubent,vel faciunt de consilio iurisperiti, excusantur.vt tenet dict.Alexan. quia de consuetudine patriæ est,q̃ tales iudices iudicent de consilio iurisperitorum.* Sed hoc intelligo si eligũt prudentes consiliarios excusantur:quia non est

verisimile eos errare debere, secus si eligunt imperitos: quia non excusantur vt declarat Albe. in.l.illicitas.§.sicuti medico.ff. de officio. præsid.numero.6.* ¶ Quinimo expensis partium
23 † possunt assumere assessorem.vt in capitu. statutum.§.assessorem.de rescrip.in.6.& Paul. de Castro in.l.fina.ff.de assesso.& Abb.in capitu. sciscitatus.de rescrip.fina.column. numero. 15. & vide Alexan.in addition.ad Bartol. in.l. postulauerit.ff.de adulter.& Cardina.in Clemen prima, de ætate & qualita. Et vide quæ dicã in capi.2.infrà eodem, in glo. *yguálmente su justicia.* versicul. & ego idem dicerem.& Bald. in.l.2. C. de sentent. ex pericul. recit. & Lahfran. de Oria.in repetitio.cap.quoniam contra. de probatio.in parte, interlocutorię & appellationes. num.25. vbi intelligit hoc verum in iudicibus, qui de se non sunt periti, nec est electus ratione scientiæ, vt dicunt esse potestates, & arbitratores, qui sunt idiotæ. Secus autem si esset electus propter peritiã scientiæ, vt sunt vicarij potestatum, qui in nostra Hispania vocantur, *Tenientes*, quia tunc non possunt compellere partes eligere consultorem: quia si ipse nesciat, de se conquęrat: nec facere expensis ipsorum. vt tenet ad literam beatus Archiepiscopus Florent. in tertia parte.titu.9.cap.2.§. 9. vbi dicit, quòd cùm ordinarius secularis non teneatur scire, sed sufficit quòd habeat experientiam de causis, prout habetur in.l.certi. C.de iudic. poterit salarium pro assessore petere. Et dicit, quòd notatur in authenti.de iudi. circa principium secundùm Ioann.de Imol. qui dicit, quòd supra hoc est consuetudo attendẽda, prout dictus Archiepisco. Florenti. tenet, vbi per eum de materia. ¶ Vbi quoque dicit, quòd hoc est verum, si non habet salarium de publico. Et idem cauetur de lege Regia, vt infrà dicetur, vel si nõ egebat, quia est peritus, & per se potest causam determinare, & finire, quia in hoc vult grauare partes, secus si sit idiota, prout tenet Paul. de Cast. in.l.consilium.ff.de offi. assesso. vbi ait, quòd si iudex, vel arbiter sit idiota super puncto iuris, bene potest mandare partibus, quòd dent ei salarium pro consultore habendo. vt in.l.4.§.2. ff.finium regundo. & glossa in.l.2. titul.2. foro legum.libro.2. in glossa, quæ incipit, *que no lo entiende.* ¶ Et quando quæstio committatur cõsulenda, cuius expensis debet fieri. vide Barto. singulariter in.l. si postulauerit. in fine. ff. ad legem Iulian. de adulter. Et Baldus in.l.2. prima column. versicul. sed nunquid. C. de senten. ex peri. recitan. dicit, quòd tale salarium debet præstari consultori ab vtraq; parte, nisi altera pars petat consilium. vt Bartolus in dicta.l. si postulauerit. & Lanfranc. de Oria. in dicto capitulo. quoniam contra. de probatio. versicul. sententia. 9. column. & si præstatur ab vna parte tantùm casu, quo iudex suo motu, vel ad instantiam vtriusque partis consilium habuerit, datur regressus contra alteram partem. vt Floria. in.l.sed & loci.§.primo.ff.finium regun. & Speculato. in titulo de assessori.§.salarium. versicu. penultim. & Bartol. in.l. in sacris. C. de proximi. sacro. lib.12.* Idem tenet Peregrina. in parte consilium. quæstione.5. in gloss. partes: & idem die si iudex recusatur, quòd illa pars quæ recusat iudicem debet soluere expensas, seu assessoriam: si verò ab vtraque parte recusatur, tunc ab vtraque parte soluitur per supradicta: ad quod facit quod tenet Bald. in.l. prætor.§. si de vi.ff. de edendo: vbi tenet quòd qui petit consilium sapientis debet petere suis expensis, & si mittit notarium ad aliquem locum pro examinandis testibus debet mittere expensis petentis, si autem mittitur ex mero officio iudicis: tunc expensis vtriusque partis secundũ Bald. ibi. * ¶ Et quòd dicti iudices, qui de consuetudi
24 ne creantur † imperiti, si de consilio iurisperiti iudicauerunt, non teneantur. prout tenet Alexan. allegando Anton. in dict. l. si conuenerit. Facit quod dicit Iaso. ibi numer.16. vbi dicit, q̃ Barto. ibi loquitur in iudice, qui debet esse peritus iuris, & qui videtur asserere esse peritum. vt in dicta.l.2.ff. quòd quisque iuri. vnde nõ debet credere consultori imperito. & dicit ita tenere Bald. in dicta.l. obseruare. in dict. §. proficisci. quæstione.13. & quòd ille allegat Bart. ita tenere in dict.l. in bonorum. in fine. ff. de bono. possessio. & Bald. & Salycet. in.l. iuris ignorantia. C. qui admitti. Et vide Bartol. in dicta.l. in bonorum. numero.4. vbi expressè tenet, quòd credens consilio alterius, si per se scire non debet, excusatur: quod dicit esse menti tenẽdum. & idem tenet Alexand. in additio. ad Barto. in.l.1.§. si plures. ff. de exercito. in additione, quæ est in numero.12. & idem tenet Alexan. in dict.l.2.ff. quòd quisque iur. in fine. ¶ Sed Paulus de Castro ibi, in numero.7. tenet contrarium, dicens, quòd magistratus quantuncunque imperitus literarum facit litem suam, si faciat iniustitiam, etiam si non tenebatur tenere assessorem: licet videbatur contrarium, quia non esset in lui culpa, quia nunquam asseruit se peritum, & tale officium consueuit dari imperitis, vnde videbatur, quòd non teneatur. ¶ Sed istud dictũ Paul. non obstat: quia talis tenetur, quando nõ iudicauit de consilio sapientis: secus quando de consilio

consilio sapientis iudicauit, quia tunc non tenetur, vt dictum est. Et Cataldi. in dicto suo tract. syndica. quæstione. 41. tenet in expresso, quòd potestas, qui est iuris ignarus, si sentẽtiam iniustam tulit de consilio suorum iudicum, talis potestas non tenetur, sed iudex, sub cuius examine & consilio sententia lata fuit. vt in dicta.l.2. pro quo dicit, quòd facit bonus text. in. l. prima. C. de his qui latro. ibi, sub examine iudicis. & Angel. idem tenet in.l.si illi. C. de decurio. libro.10. & in authentic. de litigio. §. omnẽ nota. & Bald. in.l. obseruare. C. eo. titul. de decurio. ¶ Et vbi suprà dicunt, quòd licet partes consentiant, quòd iudex ferat sententiam de consilio sapientis, etiam apertum & cognitum parti-
25 bus, quòd à tali sententia possunt † appellare, & ex nouis actis & probationibus possunt impugnare sententiam. vt in.l. eos. C. de appella. quia non tollit remedium appellatio, nisi per expressam renuntiationem. vt in.l. fina. C. de tempo. appella. Et cum Bart. in. dict.l. si conuenerit. tenet Alexan. nume.13. vbi dicit, quòd ita communiter tenetur, licet Bald. teneat contrarium in quodam suo repertorio. per text. meliorem de iure in.l. generaliter.§.1. ibi, quis eũ ferendum est. C. de rebus credi. tamen dicit, q̃ communis opin. est in contrarium, & temerarium esset ab ea recedere, & pro vera est tenenda, & sic, quòd si iudex imperitus de consilio iurisperiti iudicauit, excusatur. ¶ Imò dicit ibi Iaso. in dicta.l. si conuenerit. numero. 20. quòd non solùm à tali sententia potest appellari: imo for-
26 tius † talis sententia lata prætextu consilij sapientis, nunquam trãsit in rem iudicatam, quin possit semper retractari peritioribus iustius consulentibus. ita singulariter Anto. de Butri. in.c. proposuisti. de probatio. & Iaso. vbi suprà. ¶ Sed
27 dict. gloss. in dict.l.2.ff. quòd quisq; iuris † limita per. d. Salycet. in.l. fina. C. de pœna iudi. qui malè iudi. nisi talis assessor haberet instrumentum suæ probationis factæ à doctoribus in studijs generalibus & publicis: quia tunc magistratus habuit iustam causam credendi, & excusatur. argument. in.l. agrum. & in.l. qui non tam idoneum. ff. commoda. vel etiam dato quòd nõ sit doctoratus, licentiatus, vel Bachalarius, erat tamen publicè exercitatus assessor in officijs similibus, in quibus peritũ se docuit, secundùm Alexan. ibi in dic.l.2. num.9. quod dicit esse notãdum, & nũquam eijci debet à memoria, quia poterit plurimos ex hoc euadere prætores à periculo syndicatus. quod sequitur ibi Iaso. nu. 4. Et idem tenet Alex. in consili. 19. volu. 7. num. 13. vbi ait, quòd licet communis opin. sit, quòd imperitia consultoris, vel assessoris electi à magistratu non excusẽt magistratum, fallit quando eligit virum approbatum, & exercitatum in similibus, ad quem communiter habetur recursus, quia tunc excusatur. vt Angel. in.l. termino. C. de fruct. & litis expen. & isto casu accessor tenetur. vt glossi. in capitu. hoc etiam. 2. quæstione. 6. & infrà dicetur. numer. 30. Quod facit pro dictis iudicibus, qui quotidie creantur indocti: quia si isti de consilio sapientis approbati, vel exercitati, vel de illo, ad quẽ recurritur pro dubijs decidendis, aliquid faciunt, licet sit iniustum, excusantur. ¶ Nec obstat limitatio Alexand. in quantum intelligit, quòd excusantur, quando est iustum consilium, secus si iniustum quia intelligitur in iudicibus habentibus scientiam, & sapiẽtiam, quia isti non tenẽtur ipsum sequi, cùm asseruit se peritum, secus in alijs. tenet Cataldi. in dict. tracta. syndica. quæstio. 70. ¶ Et faciunt omnia, quæ tradit Alexan. in consilio. 64. in primo volu. numer. 5. vsque in fine. & in consilio. 15. eod. volu. numer. 16. & 17. vbi
28 ait quòd regula, in † qua habetur, quòd dicto medicorum sit standum, an vulnus sit mortale, & in similibus. vt in.l. semel. & ibi Barto. & Angelus. C. de re mil. libr.12. & Innocen. in capit. si significasti. el.2. de homic. & Specula. in titul. de probatio. §.1. versicul. hoc quoque. & Bartol. in proœmi. ff. orum. pe. column. & ibi Bald. & Angel. & Bar. in.l. quotiens. C. de põderi. lib.10. & Abb. & docto. in. d. capi. proposuisti. de probatio. ¶ Satis est, quòd medici sint in similibus experti, vt dicit text. in capit. fi. de frigi. & text. & ibi Bart. in.l. prima. ff. de vari. & extraor. cognit. vbi declarat Barto. qui dicãtur medici. ¶ Et procedit quoque, etiam si talis medicus non esset doctoratus. per tex. in.l. prima. §. nec autem. C. de communi seruo manumis. vbi serui possunt esse medici, qui esse nõ possent, si ad hoc vt quis dicatur medicus, requireret doctoratus. nam cũ doctoratus sit dignitas, vt notat Bart. in.l. ex eo. ff. de testam. mili. & in ca. quanto. de magistris. & dixi in.1. gloss. supra proœmi. istorum capitum: seruus ad illam dignitatem nõ potest aspirare, vt in.l. prima, &.2. C. si seruus, aut lib. libr. 12. & Bald. in.l. sciẽndum. §. demum. ff. de ædilitio edicto. per text. ibi. versi. dictum. ¶ Et per illum text. dicit ibi, quòd cùm in quadam ecclesia esset cõstitutio, prout est in monasterijs monialium, quòd nemo possit eorum claustrum intrare sub pœna excommunicationis, nisi sit
29 medicus, † prout in Hispania habetur in monasterijs monialium, q̃ si medicus, qui non est doctor, nec graduatus, si est expertus in medicina,

vel in chirurgia intrauit clauſtrum, non incidit in excõmunicationem, dummodo ſit talis, quẽ vulgus medicũ, vel chirurgũ appellet: quia licet nõ ſint literati, intrãt i. d. clauſtrũ. ¶ Et quoq; per illũ tex. tenet ibi An. q ſi officialis, pmittat ducere ſecũ duos iuriſtas, ſufficit ducere tales, qui vulgo iuriſtæ appellãtur, licet non ſint doctores. notat An. de Aretio. in. §. cũq;. in primo notabili. in prooemi. Inſti. num. 2. & Iaſ. vbi
30 ſuprà. ¶ Sed an conſultor † teneatur iudici ex malo conſilio quod dedit. Angelus & Paul. de Caſtr. in dict. l. ſi filius familias. ff. de iudi. nume. 11. tenent quòd non, allegando Bar. in dicta l. bonorum. ff. de bono. poſſe. Sed Amodeus Iuſti. in dict. tracta. ſyndi. in gloſ. Item in eo quòd plures. 1. colũ. verſi. ſi poteſtas. nu. 124. intelligit hoc, ſi fuit electus à iudice, quia tunc non tenetur iudici cõſultor. & ſic intellige. d. An. & Pau. in dict. l. ſi filius familias: ſecus ſi fuit electus à partibus, quia tenetur parti læſæ de malo conſilio, allegando Angel. & Bal. in l. certis annis. C. de pactis. & in dict. §. proficiſci. quæſt. 4. Tu vide melius dictum Amode. Iuſti. in dicto tracta. num. 203. an ſi poteſtas, ſeu iudex ſoluit in ſyndicatu, quia in plus, vel minus cõdemnauit iuxta ſui aſſeſſoris conſilium, an contra ipſum conſultorem poſſit habere regreſſum. Vbi dicit, q ſi poteſtas per dolum tulit ſententiã iniquã, & ſoluit, licet etiã collateralis fuerit in dolo conſulẽdo, nõ habebit regreſſum contra collateralem quia punitur ex dolo ſuo, quia fortè erat legum doctor, & cognouit q faciebat iniuſtitiã. Secus ſi poteſtas erat iuris ignarus: quia tunc licet poteſtas teneatur tanquam caput vt in. l. 1. ff. fur adu er. nau. quia tulit ſententiam nomine ſuo, habet regreſſum contra collateralem. per. l. 2. ff. q quiſq; iur. & ibi Bar. & Bal. * Vbi in fine dicit q durius agitur cum aſſeſſore quàm cum poteſtate ſcilicet, in dolo præſumẽdo: quia facilius præſumitur in eo dolus qui eſt iuris peritus. * Et not. in authentica. vt iudi. ſine. §. neceſsitatem. & ibi bona glo. colla. 2. ¶ Specula. in titu. de requiſi. conſi. §. 1. verſicu. conſiliarij. numer. 5. indiſtinctè tenet, q ſi talis, qui præſtat conſiliũ, conuincatur de dolo, & iniquè conſuluiſſe, tenetur parti, & aliàs punitur. vt in. l. conſilij non fraudulenti. ff. de regul. iuris. & in. l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. & contra iniquè conſulentem poteſt agi quanti intereſt alicuius conſilium datũ non fuiſſe. vt in. l. arbitro. §. dolo. ff. de dolo. & ſi non ſit ſoluendo, videtur quòd debet reſtitui litigator ad priſtinum ius. vt. ff. eod. l. eleganter. §. pe. & quãdoq; falſus cõſiliarius excõmunicatur. vt ca. nouerit. &. c. grauem. de ſent. excõ. & quandoq; ſuſpenditur, & infamis efficitur. vt in. c. ſi aduerſus. de hæreticis. ¶ Licet ſit in cõtrarium: quia nemo ex cõſilio obligatur. vt in. l. 2. in fin. ff. manda. & in. §. ex diuerſo. aliàs. §. tua gratia. Inſti. eod. vbi de hoc. ¶ Sed illud procedit in cõſilio non fraudulento, ex quo nemo obligatur. Sed ſi per imprudentiã falſum dedit conſiliũ, non videtur excuſari, imò debet puniri. vt in. l. fi. ff. de varijs extraord. cogni. quia imprudẽtia culpæ cõnumeratur. vt in. §. imperitia quoque. inſtitu. ad. l. Aquili. & ſic q tenetur. & in hoc reſidet Specula. vbi ſuprà. ¶ Et Ange. de Areti. in dict. §. tua gratia. inſti. manda. nu. 4. dicit, q credit, q facit litem ſuam, quando ex forma ſtatuti iudex debet ſtare dicto conſilio, & ferre ſentẽtiã ſecundũ eum, aliàs autẽ dictum conſiliũ nõ lædit, quia non cogebatur illud conſilium ſequi. vt in. l. 1. & ibi Bart. in. §. ſi plures. ff. de exercito. Sed non affirmat pro conſtanti, ſed cogitãdum relinquit tamen Alexan. in rub. C. de procura. videtur ſentire idem. ¶ Sed opinio Specula. quòd puniatur indiſtinctè, tenet Montalu. in l. 2. titu. 2. lib. 2. for. ll. in gloſ. *porque no lo entiende.* vbi ait, quòd ſi per imperitiam aſſeſſoris iudex malè iudicauit, tunc aſſeſſor punitur. vt in dict. l. 2. & Ioan. Fab. in princ. inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi deli. naſ. idem tenet, q aſſeſſor, ſeu cõſiliarius tenetur ſicut iudex. Et eſt tex. expreſſus q talis conſultor tenetur. in. l. 3. titu. 21. part. 3. & ibi Montal. ſingulariter. & idem videtur tenere Paul. de Caſtro. in. l. ſi quis fundum. §. celſus. ff. locati. vbi tenet, quòd aſſeſſor tenetur de imperitia, quia cẽſetur aſſerere ſe peritũ, & ſic quòd talis conſultor teneatur, & non poteſtas, nec iudex. idem tenet Iaſ. in. l. omnem. ff. de officio aſſeſſo. nu. 17. & idem tenet Bal. in cap. intimaſti. de appella. nu. 3. ¶ Sed hoc intelligeverum in iudice vel poteſtate imperito, qui non eſt doctor, nec literatus, quia tũc talis iudex excuſatur propter tale conſilium, & conſultor tenetur. Secus eſt in iudice, vel poteſtate, qui eſt doctor vel iuris peritus, quia tũc non excuſatur, ſed tenetur vt ſuprà dictum eſt. Et Bar. in. d. l. bonorum. in fine. & Bal. & Saly. in. l. iuris ignorantia. C. qui admitti. & Sali. in. l. fi. C. de pœna iudi. qui mal. iudi. dum ponit. q. de poteſtate idiota. & ita intelligit Philipp. Decius ſingulariter in conſilio 8. colum. 4. nu. 5. quem ſingulariter vide. ¶ Et dicit, quòd facit in ſimili, quod tenet Anto. de Butrio in cap. cùm olim. de arbitris. col. fina. verſi. & puto. vbi tenet, quòd quando iudex eſt ignarus, tenetur ſequi conſilium ſapientis, & ideo meritò excuſatur. ¶ Sed alius non cogitur ſequi conſilium, & ideo ſi ſequatur malum cõſilium:

facit

facit litem ſuam, & in ſyndicatũ non excuſatur. Quod intellectum credo q ſit ipſamet veritas: quod facit, vt ſuprà dixi, pro iudicibus, qui communiter eliguntur imperiti, vt ſi aliquid faciant de conſilio iuris periti, excuſentur, & non teneãtur, ſed ipſe peritus. ¶ Quod extende, quòd nõ ſolùm tenetur de malo conſilio expreſſo, verũ
31 etiam de tacito: † quia omne, quod factum eſt à poteſtate, videtur fieri de conſilio aſſeſſoris. vt in. l. quoniam iudices. C. de appellat. vbi Bal. dicit, quod poteſtas facit iniuſtitiam, aſſeſſor debet puniri, niſi proteſtetur, & ei contradicat apud acta. Et Pau. de Caſtr. in. l. diẽ functo. num. 8. ff. de offi. aſſeſſo. & Iaſ. in. l. omnem. eo. tit. nu. 17. idẽ tenet. ſ. quòd cauti aſſeſſores quãdo poteſtas facit aliquod in uſtũ expreſſe proteſtent. & non conſentiant, aliàs ipſi tenẽtur. Et ideo dicit Cataldi in. d. tracta. ſyndi. q. 41. in fine, q ſi vicarius erat ad bãnum dũ poteſtas ſententiã proferebat, & non contradixit, præſumũtur ei conſuluiſſe, & ex hoc punitur, ſicut ſi in ſententia contineretur, q eſſet lata de ſuo conſilio. per. d. l. quoniã. vnde dicit, q cauti faciẽt iudices, qui non aſſentiant poteſtates ad tribunalia, quãdo ſentiunt, vel putant, q ſententia, quã vult proferre poteſtas, eſt contra ius: quod ſæpe videtur de facto. & idẽ tenet Ang. in auth. vt nulli iudicũ. §. omnem. vltim. notabil. &. in. l. omnes iudices. C. de decurio. lib. 10. & Bartol. in tracta. repreſali. in. 2. q. 6. q. principalis. & Bar. in auth. omnino. C. nec vxor pro mari. in. 6. col. & Cepo. in cautela. 61. ¶ Et in iſtis locis reperies, q non ſufficit ad releuandũ aſſeſſorem, q in actis nõ reperiatur quòd ſententia iniqua ſit lata ex ſuo cõſilio, & deliberatione. & Iaſ. in. d. l. omnẽ. & Philippus Decius in. d. conſilio. nu. 2. Et ideo dicit Montal. in. dic. l. 2. fori. in gloſſ. *porque no lo entiende.* quòd aſſeſſores imperiti ſunt in magno periculo conſtituti: quia tenentur de imperitia, & conſilio, quod dant poteſtati, licet ſententia non formetur in perſonam aſſeſſoris, ſed poteſtatis. ¶ Quod facit contra iſtos locum tenentes Correctorũ: quia iſti Correctores ſemper volũt
32 facere aliquid iniuſtum, quia ſunt imperiti, q aduertant tales † ſua locatenẽtes, q contradicat eis apud acta, & proteſtẽtur. q nõ faciant quod eſt iniuſtũ, aliàs tenerentur. vt Io. de Pla. in. d. l. omnes iudices. & in. l. prohibitũ. C. de iure fiſci li. 10. vbi Plat. in. d. l. omnẽ. dicit in fine, q debẽt reſiſtere facto: & ſi nõ valent facto, reſiſtat verbo. ſ. cũ proteſtatione. Quod dicit eſſe verũ, quãdo certũ eſt eũ facere cõtra leges: ſi autẽ faciat ſe cũdũ leges, omnes obedire debẽt, aliàs puniuntur. vt in. d. l. ff. ſi quis ius dicẽ. nõ obtẽpe. Et idẽ tenet Ioan. de Pla. in. l. prædia. C. de locatione prædiorũ fiſcali. & ciuilũ. lib. 11. n. 5. dicendo, q ex delicto iudicis, ſeu magiſtratus puniũtur omnes ſui officiales eadẽ pœna. qua & ipſe ſolus. vt ibi. & in auth. generaliter. C. de epiſ. & cleri. & hoc ideo: quia totũ officiũ debet reſiſtere iudici iniquè & pertinaciter prohibita facienti. vt in. l. quoniã. C. de appell. Et ibi Bald. & Peregrina in parte iudex. q. 9. in glo. male in fi. & Alberi. in. l. hoc edicto. ff. q quiſque iur. numero. 4. inquiens, q quando rector aliquid contra ius facere velit, quod nõ permittatur fieri de eius conſilio, & debet denuntiare, q non eſt de eius conſilio, aliàs teneretur. vt hoc ſuis iudices. C. de decurio. lib. 10. & ibi Plat. nã tutor tenetur accuſare contutorem de ſuſpecto, cũ videt eum malè adminiſtrare, alio qrin ei imputatur. vt in. l. emilius. in fine. ff. de tute. & in. l. tres tutores. circa finẽ.
33 ¶ In dubio verò parẽdum † eſt iudici: quia præſumptio eſt, q iuſtè agat. argu. in. l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. eſt gl. magis in. l. non videtur. ff. de re. iuri. ¶ Sed ego quoq; intelligerem q debet talẽ proteſtationẽ, vel reſiſtẽtiã facere, quãdo poteſtas nõ eſt peritus. Secus ſi eſt iuris peritus, quia tũc nõ tenetur: qa imputet poteſtati, ſi facit cõtra legẽ, quia aſſerit ſe peritũ. per. d. Sal. in. d. l. fi. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & Philip. Decius in. d. cõſilio. 8. qui ita tanet, q nota,
34 & tene mẽti. ¶ Caſus † autẽ, in quibus iudex tenẽtur, ne ſim tranſcriptor, vide per Pari. de Put. in. dic. tract. ſyn. & per Amo. Iuſt. & Cataldi. & Bal. in. d. ſuis tractatibus. & per Bar. in. d. l. fi. ff. de varijs & extraor. co. & aliquid per Mõtal. in. d. l. 23. & 24. titu. 22. par. 3. * Sed nota vnum mihi ſingulare, q ſi iudex facit, ſeu dicit ſubdito iniuriam non in forma iuditij, nec per ſententiã, ſed ſolo verbo, vel facto: q talis iudex debet leuiter parci: quia vix ſeu difficulter eſt iudex qui habet curam regere ſeu gubernare, ciuitatem, turbam ſeu vniuerſitatem, q non faciat ſeu dicat aliquid ſuperfluè, & vltra quod debet, prout tenet ſingula. l. 49. tit. 5. par. 1. & ita q iudex in tali cauſa debet parci, & leuiter puniri, & tenet ſingulariter. Paris de Put. in. d. tracta. ſyndica. in verbo. ſyndicantur etiam officiales. nu. 3. & 7. & Pla. in. l. ſi deſertores. C. de deſerto. milit. li. 12. *
¶ Tamen iudex in ſyndi. poteſt ex nouis allegationibus defendere ſententiam, & oſtendere condemnatum ius non fouere. Bald. per illum text. in repeti. l. emilius. ff. de minor. in fine. & aliquid per Bald. in. l. iudices. titu. de pace iura. fir. & Paris de Puteo in tracta. ſyndica. in parte, an niſi poteſtas. folio. 21. Et hoc vidi præticari, licet idem Bald. in capitul. quoniam contra. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

probatio.8.colum.versi.notà.nu.50.tenet contrariũ,dicẽdo,q cũ acta iudicijsi nt stricti iuris, & omissũ habetur pro omisso,non creditur iudici volenti iustificare sententiam suã aliunde, quam ex actis & hoc dicit, q determinat ille tex.solẽn.sed primũ tene.* Tamen querelans in syndicatu contra iudicem seu officialẽ debet iustificare grauamen ex eisdem actis & processu,nec potest nouas probationes inducere contra iudicem seu officialem : tenet singulariter Thom.Gramma.in consil.54.nu.16. q est notandum per.d.Par.de Puteo in.d.parte an si potestas condemnatur.nu.22.versic.adde q iudex non facit litem suam.& Amode.Iusti.in eo.tracta.syndica.versi.item in eo q plures innocentes colum.6.versi.sed idem Bal.nu.137. & idem Thom.Gram.consil.49.nu.20.*¶Quod credo q fallit in tortura,in qua iudicia debent præcedere,& non sequi.vt tex.&glo.in.l.maritus.ff. de quæsti.& Bal.in.ca.ad nostram.de probatio. nu.3.& hac causa in tali tortura post latam sententiam,& executioni mandatam iudex ex nouis indicijs non potest suam sententiam iustificare,& eum defendere , & ostendere rectè esse condemnatum.cogita.*Et vi.Roma.singul.131. dicens q licet inditia superueniant post quæstionem habitam non confirmant confessionẽ antea factam per.d.glos.in. d.l. maritus:de qua multum gaudet.Bald.in.l.fi.C.de accusation.* Sed quid si iudex absoluit ad obseruationẽ iudicij,licet per hoc nõ sit perempta actio,vel ius partis:an faciat litem suam?Bar.tenet q sic.in.l. siquis in conscribendo.C.de pacti. q dicit notãdũ.Tamẽ cõtrariũ tenẽt ibi Bal.Sal.Alex.n.4. & Ias.nu.10.dicẽtes,q non teneatur.s.ad totale interesse,prout Barto.dicit,nisi dolo fecerit,vel quando parti non esset facile reinchoare litem de nouo,aliàs non teneretur nisi in quantum lædit.vt per Alexan.ibi, & in numero.5.

SVMMARIVM.

1 *Mandatũ principis,est cõstitutio de prouincia gubernanda.*
2 *Mandatum regis est adimplendum,aliàs inobedientes puniuntur.Fallit vt in.nu.13.cum sequentibus.*
3 *Inobedientia,est crimen grauissimum.*
4 *Mandatum regis est lex generalis,quando est clausum in corpore iuris,& specialis in re,super qua emanatur,& post præsentationem debet restitui præsentanti.*
5 *Violator legis,qua pœna puniatur.*
6 *Mandatum regis non adimplens , qua pœna puniatur.*
7 *Rogationes principum,vel regum sunt adimplendæ,quia mandata intelliguntur.*
8 *Iudices ecclesiastici debent obedire rogaminibus principum,aliàs puniuntur.*
9 *Episcopi,& iudices ecclesiastici,sunt subrege.*
10 *Episcopus magis parere debet regi,quàm Archiepiscopo.*
Rex de cõsuetudine antiqua & approbata se intromittit de violentijs illatis personis ecclesiasticis.
11 *Iudex temporalis,& sic iudex laicus, est competens iudex super possessorio, vel quasi in spiritualibus,vel beneficialibus causis.*
6 *Munera excecant lumina sapientium, & mutãt verba iustorum. num. 11.*
7 *Iudex magis æstimabitur, si dona non recipit, licet de iure recipere possit.*
8 *Officiali, qui mundas habuit manus, multùm fauet imperator.*
9 *Inquisitio scrupulosa nõ debet fieri cõtra iudicem, qui habuit manus mundas, & de barate ria non diffamatur.*
10 *Munus paruum, an possit iudex recipere.*
12 *Munus paruum, vel magnum, attenditur secundùm qualitatem & conditionem dantis.*
13 *Munera magna, vel minima quæ dicantur, arbitrio iudicis relinquitur.*
14 *Officialis recipiens mutuò pecuniam, an committat barateriam.*
15 *Dona an possit iudex recipere finito officio.*
16 *Probatio sufficiens contra iudicem recipientem munera, quæ sit.*
17 *Fuga iudicis tẽpore syndicatus, facit semiplenã probationẽ, adeo quòd de furtis, & barate rijs, & extorsionibus probãtur per iuramẽtũ eorum, qui de eis conqueruntur.*
18 *Talis fuga reddit suspectũ iudicẽ, adeò, quòd possit cõtra eum perueniri ad torturam.*
19 *Fuga officialis, facit eũ haberi pro cõfesso, & conuicto in omnibus his, in quibus erat inculpatus. num. 21.*
20 *Fugere faciens quem de carceribus, tenetur integrè soluere omne debitum creditoribus, etiã si talis debitor denuò apprehendatur, & ad carcerem reducatur.*
21 *Officialis ex fuga põt cõdẽnari sine alia probatione.*
22 *Contra officialẽ fugientẽ ratione nõ reddita, creditur sacramẽto agẽtis, nisi fuisset reductus etiam inuitus ad locum vnde fugit. num. 23.*
24 *Casus, in quibus licet officiali fugere tempore syndicatus.*
25 *Fugere nõ debet officialis tẽpore syndicatus, etiam ad ecclesiam.*
26 *Successor in officio si viderit vel sciuerit officialem depositum recedere, & non prouidit eum tenere, in syndicatu ipse tenetur.*
27 *Probationes contra officialẽ debẽt esse claræ, & euidẽtes, si à syndicatu non fugit: ideo sacramentum in supplemẽtum probationis deferri non potest.*
28 *Testes plures singulares deponẽtes per se de furtis, & barateriis, & extorsionibus, an probẽt contra iudicẽ.*
Quid sit furtum, & barateria in casu isto.

V
1 **Dadiuas.** V Similis textus in. l. 7. titu. 15. lib. 2. in ordina. regali. vbi habetur, q̃ iudex† curiæ Regis, seu quiuis alius ordinarius, vel etiã delegatus ciuitatũ, vel locorũ, vel iudex appellationis, seu supplicationis dona aliq̃, aurũ, argẽtũ, pecunias, pãnos, bestias, comestibilia, seu alia quæcũque à litigãtibus, vel eorũ nie nullatenus exigant, seu accipiant: iudex verò contrarium faciens, officiũ perdat, & alius, vel alterius officij penitus fiat indignus:

&

& quod accepit, cum duplo restituat regis cameræ: in super arbitrariè, aliàs per regem punia tur secundum doni, quod recepit, quantitatem qui text. est singula. Concordat cum eo text. in l. omnes cognitores. C. ad. l. Iuli. repet. & in authen. de mãda. princi. §. oportet. coll. 3. l. ple biscitum. ff. de offi. præsi. * Et Peregrina in parte iudex. q. 5. in. glo. recipiet. * & cap. statutum. de rescrip. in. 6. §. in super. vbi glossa dicit, quòd

recibiran dadiuas[v],

2 triplex est munus, † a manu, à lingua, & ab obsequio: & ab istis debet iudex se abstinere. vt glossa & docto. in capi. cùm ab homi. de vita & honesta. clericorum. & in. c. & si quæstiones. de simo. & Speculato. in titu. de legato. §. 1. versic. sed quid si. & Barto. in. l. lex Iulia. §. 1. ff. ad. l. Iuliam repet. & notatur in authenti. de iureiuran. quod præsta. ab his. in gl. ¶ Tamen Rex potest dare licentiam iudicibus, vt ista dona recipere possint. tenet Restau Castel. in tracta. de imperatore. quæstio. 11. versi. 198. foli. 74. tomo. 5. tra

3 cta. ¶ Quod extende, quòd etiam † à sponte dantibus ista dona nõ tenetur recipere. vt tenet Paris de Pute. in tractatu syndicat. in parte, consiliarij. folio. 194. in princip. vbi latè de ista materia. ¶ Quia oportet iudicem sine omni † suffragio præ alijs omnibus mundas seruare manus

4 Deo, Regi, & legi, & nullum contingere lucrũ, & cætera. vt in authenti. de mandatis princip. §.

5 oportet. colla. 3. ¶ Aliàs iudex, † qui dona recipit, tanquam infamis, & periurus ejiciatur à curia, & amplius non sit prætor, nec habeat officium, nec honorem in domo Regis. vt Montaluus in. l. 2. titul. septimo. libro. 1. foro legum. in glos. fina. & legitur. Iob. capitul. 8. Ignis deuorauit tabernacula eorum, qui libenter munera recipiunt. vt refert Archi. in. capitul. quis rectè. 11. q. 3. & tenet Lucas de Pen. in. l. ad splendidioris. C. de diuersis offi. lib. 12. allegando Iob. cap. 15. ¶ Et vide Paridem de Pute. in suo tracta. syndi. in parte, consiliarij officiales. folio. 194. in libro portat. numero. 2. vbi quoque ait, quòd periculosum est illa à litigantibus recipere: quia non dant cum charitate, sed per corruptionem: & qui dant iudici vnam gallinam, dant cum intentione, vt habeant ab eo bouem: & dicunt rustici, quòd encænium intrat per portam iudicis, & diabolus exit per feneſtram. Et satis lege antiqua prohibentur munera, vbi dicitur, quòd

6 munera † excæcant lumina sapientium, & mutant verba iustorum. Et licet modica sint, rustici solent dicere, Ego portaui ei vnam gallinam, & feci quicquid volui: & ideo incurritur infamia, & non sunt recipienda. Quia qui dat, putat polluere mentem iudicis, qui mundas debet habere manus. vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. necessitatẽ. &. §. illud. colla. 2. & ma

7 gis iudex † æstimabitur, si nõ recipiet dona, licet de iure recipere possit. Ergo, dicit dict. Par. de Put. à muneribus cauete, & præcauete, & esto te contenti stipendijs vestris: quia virtus augebitur, & iustitia munda erit. Nam imperator

8 † multùm fauet officiali, qui manus mundas habuit. vt in. d. §. necessitatem. &. §. illud. vbi pollicetur præmium alterius officij. ¶ Quod habet locum in consiliarijs alicuius principis capitanei, vel iudicis, vel Admirãti. vt singular. Bald. latè in consilio. 503. in. 4. volumi. ¶ Et vide tu quoque dictum Pari. de Pute. in. d. tracta. in parte, syndicatur iudex. foli. 35. vbi etiam dicit allegando Ambro. quòd munera à iudicibus affectari, insidere miserrimus animus consueuit. Et facit text. in. l. properandum. §. sint autem vrraque. C. de iudic. & qui aurũ diligit, nõ iustificabitur. Ecclesiastes. 31. per totũ. Hodie verò secũdùm dictũ Pari. de Pute. vbi suprà in regno cupiditas satis abundat: ibi quidem imperat aurũ, iudicat argẽtum, remouet passio, promouet affectio, silent Leges & Canones, ratio & æquitas proscribuntur: & ibi nullus quantum mereatur sed omnis quãtum dare sufficiat æstimatur: ibi omne tribunal principis expugnatur: ibi nulla integritas, nulla fides: ibi ad iustitiã reddendam

9 non iustus Deo queritur, sed magis contra Deũ pecunię venerantur: vnde iudices magis potentibus, quàm iustitiam postulãtibus deferũt. vt in dict. authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. si verò. ¶ Et cõtra iudicem, qui in officio † habuit manus mundas, & non diffamatur de corruptione, vel barateria, nõ debet fieri scrupulosa inquisitio. vt tenet Ange. in. d. authẽ. vt iudi. sine quo quo suffragio. §. oportet. col. 3. & Paris de Put. in dicto tract. in parte, per syndicatores. in principi. folio. 18. ¶ Sed quid si munus est paruum?

10 † Domi. in dict. cap. statutum. §. insuper. 1. col. dicit, quòd ex paruo munere, quod consistit in comestibilibus, non præsumitur iudex corrumpi in iustitia administranda. vt in. d. cap. si quæstiones. de simoni. & sic videtur, quòd possit recipere poculẽtum, & esculentũ, quod est illud, quod est potabile, & comestibile, & quòd possit cõsumi paucis diebus. vt dicit ibi tex. & Ioa. Andre. & Domi. & talia minima potest recipere, vt vnum par gallinarum, vt glo. in. l. 9. tit. 7. lib. 1. foro legum. * Et tenet Curse. in tractatu ẽ minimis. in fine. 1. tomo tracta. & est. l. singul. in l. 5. tit. 17. par. 1. quã vi. * Sed hoc intelligit hodie

&

& declaratur per text. in. l. 30. eod. titul. 15. lib. 2. in dict. ordi. regali. post latam sententiam: quia tũc põt iudex recipere minima comestibilia, & potabilia in parua quãtitate à sponte dantibus: quia nõ gratis accipitur munus, qđ petenti donatur: qui enim donat, aliũ sibi naturaliter obligat. vt glo. in. d. c. & si quæstiones. aliàs si post latã sentẽtiã petit ea, vel ante recipit per se, vel per alios, directè, vel indirectè, incidit in illam poenam, licèt recipiat minima. Secus post sentẽtiã ex mera liberalitate, quæ liberalitas offerẽtis omnẽ suspicionẽ tollit. vt in. cap. de eulogijs. 18. dist. & c. placuit. prima. q. 1. cũ similibus. Et per. d. l. Regiã corrigitur illud, qđ tenet Hippoly. de Mar. referẽdo plures docto. in. l. lege Cornelia. ff. ad. l. Corne. đ Sica. n. 4. vbi ait, ꝙ si post latã sentẽtiã iudici sit data pecunia, tũc valet sẽtẽtia, nec dicitur venalis, nec iudex potest cõuiniri de barateria. vt Feli. in. c. tuanos. de simoni. & corrigitur in quãtũ tenet, ꝙ iudex nõ potest

11 puniri, quia punitur: quia talia encænia † & dona, excæcãt oculos iudicũ, maximè cardinaliũ. vt Host. in. d. ca. & si quæstiones. ¶ Sed ad hoc, vt. d. l. ordinamẽti habeat locũ, credo, ꝙ debeãt cõsiderari circustantiæ, & qualitates personarũ dãtiũ, & recipientiũ. Nã à diuite locupleti facilius præsumitur libera donatio, quàm si fit diuiti à paupere. Itẽ cõsideratur quãtitas muneris: nam de facili quis non præsumitur cõferre libere ea, quæ sunt maximi pretij: quia nemo præsumitur iactare suũ. vt in. c. super hoc. de renũtia. l. cùm de in debito. ff. de proba. & Abb. in dict. cap. & si quæstiones. nu. 3. ¶ Et sic ꝙ. d. l. Regia. intelligatur in diuite dãte, non autẽ in paupere

12 Et sic, ꝙ quando dicatur munus paruũ † vel modicũ, seu magnum, est attendẽda qualitas, & cõditio personæ dantis. vt est glossa in. l. illicitas. §. nec potentiores. ff. de offi. præsi. vt tenet Antoni. Fran. in additio. ad Alexand. in rubri. ff. sõlut. matrimo. allegãdo Roma. in. l. si constante. ff. eodẽ. ¶ Sed contra dict. l. Regiam est tex. in. l. prima. C. ad. l. Iuli. repet. & in. l. 3. C. de assesso. & in dicta authenti. vt iudi. sine quoquo suffra. §. si quis. & tex. in. cap. exigit. de censi. lib. 6. vbi nil debet capi ab administratore, seu à iudice quantũcunque modicũ. ¶ Sed solue secundùm Abb. ibi, in dicto ca. & si quæstiones. n. 8. quòd contraria procedunt in exigente. &. d. l. Regia in sponte dante. vbi quoque tenet Abba. quòd

13 ista minima † comestibilia, & potabilia, quando dicantur magna, vel parua, non potest dari certa doctrina, sed arbitrio iudicis relinquuntur.

14 ¶ Sed quid si officialis † recepit pecuniam mutuò? Dic quòd punitur, quia in eo præsumitur barateria. vt tenet Bald. in. l. 1. C. de calumnia. dicens idem esse in alijs rebus: quia appellatione pecuniæ, continetur vtilitas. & idem esse, si à foeneratore gratis recipit. vt tenet Pari. de Pute. in dict. tracta. syndica. in parte, an si tempore sententiæ foli. 93. nume. 3. * Et Peregrina. in parte solutio. 66. in. gl. iudici: vbi tenet ꝙ in officia li recipienti licèt adijciatur titulus mutui præsumitur barateria inquit esse casum, & ibi Bal. in-

15 quis. C. si cert. peta. * ¶ Omnia supradicta intellige, dum iudex est in officio. Sed an finito † officio posit iudex recipere aliquid sibi sponte oblatũ, mera liberalitate partis, pro qua fuit lata sententia? Domi. de sancto gemi. in dict. ca. statutum. §. insuper. col. 2. dicit quòd putat, quòd cessante fraude licitè recipiat, quia causa prohibitionis huius iuris tunc cessat, quæ fuit, vt iudicium purè & sine corruptione iudicis procedat vnde cessante causa corruptionis, ex quo pronũtiatum est, debet cessare dispositio istius. l. vt in c. cùm cessante. de appella. & dicit, quòd innuit dict. §. in super. qui dicit, qualitercunque, ad excludẽdum quẽcunque modum munerum: sed non dixit, quomodocunque, & sic videtur voluisse includere solùm tempus, quo durat iudiciũ. Et pro hoc dicit quòd facit quod notat glo. in verbo, remissione. in. §. si quid illius. c. statutum. & idem tenet iste tex. infra in quantum dicit, *durante el tiempo de su officio*. & ibi dicã. ¶ Sed

16 vtile est scire, quæ est probatio sufficiens † contra dictos iudices dicta munera recipientes. glo. in authen. vt iudices sine quoquo suffragi. §. necessitatem. colla. 2. tenet, quòd furtum, & barateria contra officialem probatur per iuramentum aduersarij. eam commendat Bald. in sua margarita. in verbo, officialis. & probat tex. singula. in authen. de collato. §. super hoc. versicu-

li vero. collatio. 9. & ibi Angel. ¶ Sed ille text. non obstat: quia loquitur in iudice, qui aufugit tempore syndicatus anteaquam adimpleat

17 tempus residentiæ: quia talis fuga † adeò facit semiplenam probationem, seu præsumptionem, quòd de furtis, & barateriis, seu exrorsionibus per eum factis, probatur per iuramentum eorum, qui conqueruntur de eis, qui aliàs si non fugissent deberent plenè probari per testes. vt tenet Iaſ. in repeti. l. admonẽdi. ff. de iureiura. column. 69. numero. 145. eo quia

18 officialis per talem fugam redditur † suspectus, adeò quòd possit ad torturam perueniri. quod Iaſ. dicit diligenter notandum. Et eum vide in. l. vnica. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quàm

19 crimin. numer. 3. vbi dicit, quòd officialis † tempore syndicatus fugiens habetur pro conuicto

Universidad de Deusto
Biblioteca

cto,& pro confesso in omnibus his, in quibus erat inculpatus. vt est text. & ibi Bartol. qui dicit esse singulari. in l. consil. C. de assesso, & domestico. & in l. lege Cornelia. & Bartol. ibi. ff. ad Sillania. * Et tenet AEneas de Falcõ. in additio ad Abba. in capitulo. licet. de for. comp. suprà. numer. 19. in parte fuga. * ¶ Sed Iaso. vbi suprà dicit aduertendum: quia Bart. non bene aduertit ad illum text. qui reuera non loquitur quantum ad ipsum officialem fugientem, sed loquitur de subtrahente, & faciente fugere ipsũ officialem. prout etiam loquitur text. in l. tertia. C. de exactori. tribu. lib. 10. & ita dicit, & melius Salyce. in l. bonæ fidei. tolum. 10. de iur. iur. C. prout eum refert & sequitur Ludo. Roma. & dicit Iaso. esse valde notandum. text. in dicta l. 3. suprà allega. secundùm secundam expositionem glos. quòd si facit quis aliquem fu
20 gere † de carceribus, tenetur integrè soluere omne debitum creditoribus, qui fecerant illum incarcerari. prout concordat. d. l. consiliariorũ. C. de assesso. & Bald. in l. aditos. C. de episco. audi. & Angel. de Aretio in. §. pœnales. Institu. de actio. & docto. in. l. 1. & in. l. sed exigendi. ff. ne quis eum qui in ius voc. ¶ Et dicta. l. tertia est fortior in hoc, quòd etiam si talis debitor denuo apprehendatur, & reducatur ad carceres, per hoc adhuc nũ liberatur ille, qui semel eum fecit fugere, quin teneatur pro eo totũ debitum soluere. & ita illum text. pro singul. commen. Salyce. in dict. l. bonæ fidei. col. 10. & Roma. in. d. l. admonendi. colu. 25. in fine. dicens, quòd ille text. est mirabilis. De hoc, quia non est præsentis materiæ, dicam in cap. 3. infra eo. in glossa, *en fauor de su iurisdicion*. ¶ Vide tu
21 Abba. † in capi. veritatis. de dolo & contuma. col. 7. nume. 30. vbi dicit, quòd ex tali fuga potest officialis condẽnari sine alia probatione. & idem tenet Antoni. Fran. in additio. ad Abb. in cap. aduersus. de immunita. eccle. in additione, quæ est in numer. 14. Et Angel. in. l. quæsitum. ff. de pigno. tenet, quòd officialis fugiens tempore syndicatus, habetur pro confesso, & talis fuga facit semiplenam probationẽ. Et idẽ tenet Paris de Put. vbi quoque dicit, quòd perdit salarium. in. d. tracta. syndi. versi. dicitur. fol. 27. nu. 5. & latius in parte, an officialis aufugit. fol. 123. vbi facit distinctionẽ, aut fugit ante finitã administrationem, aut post, & si fuit captus aut nõ. vbi in fine tenet vnum singula. allegando Lucam de Pen. in. l. ordinariorum. C. de cohar. lib
22 12. quòd si officialis † fugerat, non reddita ratione, quòd creditur contra eum sacramento agẽtis, quia fuga eo casu violentiæ comparatur. Et facit text. & ibi Bart. & Plate. in. l. si apparitor. C. de cohartali. lib. 12. vbi si officialis criminosus fugit, & se absentauit, est citãdus, adiecta cõditione, quòd nisi infrà talem diem venerit, cõtra eum feretur sententia: quo non veniente, cõdẽnari potest, quantuncunq; etiam lis non fuerit contestata, & sic absens, potest condẽnari ad mortem, attenta qualitate delicti. vt notat Bar. in. l. pe. §. ad crimen. ff. de publicis iudic. quia vt dictum est, habetur pro confesso de delicto, de quo impetitur, tam ipse, quàm eum subtrahẽs, & occultans. vt in dicta. l. consiliariorum. dummodo in tali edicto, vel citatione dicatur, quòd nisi venerit infrà talem terminum in citatione appositum, contra eum feretur sententia: nam tunc eo non veniente, condemnari poterit. Et non sufficit, si dicatur in citatione, aliàs procedemus cõtra te quantum de iure poterimus, vel prout iuris fuerit, vel iustitia mediãte: quia tũc non poterit fieri sententia cõtra eum: quia ista verba non habent vim perẽptorij termini secũdùm Ioann. de Platea, ibi. ¶ Quod limita, nisi
23 officialis postquam aufugit, etiam † inuitus fuisset reductus ad locum vnde fugit, quia tunc sua fuga non facit amplius plenam probationem, sed debet plenè probari. vt tenet Iaso. in dicta. l. admonendi. in dicta colum. 69. nume. 145. & idem tenet Hippolytus de Marsil. in sua practica crimina. §. diligenter. nume. 45. & idem in repeti. C. de probatio. nume. 260. ¶ Est tamen ad
24 uertendũ, † qđ in vno casu est officiali licitum fugere dum est in syndicatu, & talis fuga non facit probationem contra eum, putà, quando ipse officialis fugit aliqua ex causa, putà timore partialitatis contrariæ, vel capitalis inimicitiæ, vt quia minati fuerant officiali, q̃ deposito officio ipsum malè tractarent, quia tunc fuga nullam contra eum probationem faceret. vt in. l. quid si fugitiuus. §. apud Iabeonem. ff. de ædilitio edicto. & tenet Amodeus Iusti. in tractatu syndicatus. in parte, Item in eo quòd dictus potestas. versiculo tertio. * Vel si recesit. post triginta dies: nam tunc licitum est sibi. l. 6. titul. 16. lib. 2. ordi. & Pragmatic. facta per nostrũ regẽ Philippũ en Madrid. anni 1564: adeo q̃ tenet Iaso. in repe. l. admonẽdi. ff. de iur. iur. nu. 177. q̃ si detinerẽt post finitũ tempus licitũ est sibi aufugere, quod intelligo vt vadat ad superiorẽ: vt infrà. * ¶ Vel etiã q̃n recesit animo reuertẽdi, & reuersus fuisset. arg. in. l. 3. cũ gl. §. emãsor. ff. de re militari. & tenet Baldus in. l. prima. C. de seruis fugitiuis. & tenet Andreas de Isernia. in constitutior.

tution. regni humanitatis. Et hac de causa consulit Paris de Puteo in dicto tractatu, in parte, an iudex vel officialis. fol. 124. in libro portat. numer. 3. & 4. officialibus, qui suspicantur de grauaminibus in eorum syndicatu, & videt electos syndicatores eorum æmulos, & timent opprimi iniustè, vt constituto procuratore, recedant, appellantes, vel se grauantes, & de iniusta electione syndicatorum, vel de loco non tuto, vel alio grauamine inferendo, accedant ad magnam curiã, idest, ad cõsilium regis, & ibi se præsentent, offerendo velle stare ad syndicatum coram ipsis, & recesit propter locum non tutum allegãdo iustas suspiciones, quia excusatur à fuga, & recessu: quia qui vadit ad superiorem, non dicitur fugere. & Speculator. in titul. de compe. iud. adi. §. effectus. in princip. & quia itineris arreptio ad superiorẽ loco appellationis habetur secundùm Hosti. vt in cap. vt debitus. de appella. de quo Bald. dicit esse text. in. l. sed si per prętorem. §. fina. ff. qui. ex caus. maior. secundùm eum ibi. & Bartolus vbi de arreptione itineris ad superiorem, per quam quis videtur se submittere protectioni ipsius. ¶ Et ideo illi officiales, qui in ciuitatibus officia exercuerunt, vbi dominatur aliquis potens Ciuis, vel Baro, qui vult iustitiam ministrari ad suum velle, qui fecerunt iustitiam rectam, & noluerunt applaudere voluntati tyranni, & suos sequaces poenis afflixerunt, si iuste timeant de posito officio per sonaliter offendi, possunt impunè recedere: &
etiam qui delinquentes suspenderũt, & timent iram consanguineorum potentum, si de ciuitate recesserunt, sunt de iustitia ministrata collaudandi, & non puniendi ratione recessus, per iura supradicta secundùm Paridem de Puteo, vbi supra, quod nota. Vel si fugit timore iudicis
25 syndicatus, quia pluries dixit, quòd volebat eũ † suspendere, vel verberare. vt dicam in capitulo quarto, infrà eodem, in gloss. *entreguen*. numero decimoseptimo, cum sequentibus. ¶ Quia officialis nihil in supradictis casibus non tenetur fugere tempore syndicatus: & etiam si aufugiat
26 † dicto tempore ad ecclesiam, non gaudet immunitate. vt tenet dictus Paris de Puteo, in dicto tractatu in parte. viso. folio trigesimo secundo, numero sexto, & septimo. ¶ Et idem Paris de Puteo, in dicto tracta. in parte, probatio in syndicatu. folio. 216. in fin. Quoque tenet vnum
27 singula. scilicet, quòd si successor † in officio videret officialem depositum recedere, vel sciuerit, & non prouidit eum tenere in syndicatu, q̃ ipse de proprio tenetur pro eo, & sim. li poena punitur, qua ipse veniebat puniendus. vt in. d. l. vnica. §. similique. C. vt omnes iudi. tam ciuiquam crimina. & si aufugit, ad literas præsidis: vnde aufugit, debet remitti, vt primi officij patstum digerat, & sic rationem reddat. vt tenet text. & ibi Plate. in. l. 1. C. de diuersis offic. appa
llib. 12. ¶ Si tempore syndicatus non fugit prõ-
27 bationes † contra iudicem debent esse claræ, & euidentes, quia multùm pro eis præsumitur. text. est multùm notabil. in. l. si quis. C. de officio ciuil. iudi. Ita in specie tenet Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. q. 10. ff. de offici. proconsul. & leg. & ideo sacramentum in supplementũ probationis in isto casu deferri non potest, nec debet. vt tenet Iaso. in dicta. l. vnica. C. vt omnes iudi. numero. 7. * Et Angel. in. l. nemo. C. vbi de ratio. agi. oport. & per hoc dicit quòd ita potest limitari. l. in bonę fidei. C. de iur. iur. quia pro officialibus multum in præsumitur vt dictũ est: & idem tenet Iaso. in. lec. l. ad monendi. ff. de iur. iur. nu. 93. & Paris de Put. in tract. syndicat. in part. contra officiales. num. 1. & 4. & in verbo. probatio. num. 1. fol. parte. 215. cum seq. * & idem tenet Amode. Iusti. in tracta. syndica. in parte, Item in eo quod dictus. columna secunda versicul. qualiter. vbi tenet quod si de barate fiat agatur criminaliter ad pœnam triplici, vel exilij, probationes debent esse luce meridiana clariores. vt in. l. fina. C. de probatio. & in capitul. per tuas. & in. capitul. ad aures. de simoni. & text. in. §. hæc quidem. in authenti. vt liti. iudi. vbi tenet, quòd requiruntur probationes idoneæ. Sed si agitur ciuiliter, potest probari per eum, qui fuit mediator, sicut est in simonia. & idem tenet Cataldi. in tracta. syndica. quæstio. 64. Et idem tenet Amodeus Iusti. in parte, supradictus dominus potestas. versicu. negata dicta in quistione. vbi latè. Sed contrarium tenet Bald. in consilio. 479. in quarto volu. vbi ait, quòd ille, qui dedit iudici aliquid, vel promisit, non potest testificari contra ipsum: quia vni testi in criminali non creditur. ff. de quæstio. l. maritus. ¶ Tamen gloss. in. d. §. necessitatem. in. d. authen. vt iudi. sine quo quo suffrag. colla. 2. in verbo, ostenditur. tenet, quòd
28 plures † testes singulares deponentes de per se de furtis, barateriis, & extorsionibus probant contra iudicem. & ad hoc commen. illam gloss. Angel. in additio. ad Bald. in dicta. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsu. Et cum ista gloss. concordat textus. in. l. 8. titul. 15. lib. 2. in ordina. regali. loquendo quomodo fit probatio contra iudicem, qui munera recepit. & ibi tenet, quòd per testes singulares cum alijs adminiculis & circunstantijs probatur

batur contra iudicem dicta munera recepisse. Quam.l.vide, & nota, quia sic vt in ea cauetur & practicatur.* Tamẽ tales testes debẽt esse noti, quia testes ignoti contra officialem non producuntur tempore syndicatus: quod dicit mẽti tenendum. Angel.in.d.l.nemo.C.vbi de crimi agi oport.* Sed Ioann.de Platea in.l.iudices.C. de dignita.libro.12. intelligit dictam glo.in dict. authen.vt iudi.sine quoquo suffragi.hoc modo scilicet, quòd officialis dicitur conuictus de delicto, vt possit puniri, & priuari dignitate, & officio, quando per testes, vel alio modo legitimo delinquit extra officium. vt in.d.l.sciant cũcti. C. de probatio. Si autẽ delinquit in officio, tũc sufficit quandoque iuramẽtu partis cum semiplena probatione. per.d.glo.in verbo, ostenditur. Quoque vide tu eundem Plate.vbi aliter dicit in.l.si aliquid. C. de suscep. & archa.lib.10.vbi cõtra officialem probatur per testes, vel per solum sacramentũ agentis, est verum, quando delinquens in officio aufugit, quia tunc habetur pro confesso, & ideo sufficit sacramentum. per dict.l.3. C. de assesso. vel etiam quando est præsens, & certum est de delicto, sed dubiũ est de summa, vel quãtitate, vel qualitate rei, aliàs autem requiritur plena probatio. & vi. Hippo. de Marsi. in consi.61.nu.33.vbi aliquid. Sed practica est, vt dixi, quod per testes singulares probatur. Quinimo voluit Angel.de Perusi. in tracta.syndi.nume.3.&.4.tomo.18.tracta. foli.41. quòd quando obijcitur iudici de furto, & barateria, probatur, vt dictum est per iuramentum actoris, per dict.gl.in.d.§.necessitatem. Et quia verbum, furtum, in ista materia intelligitur pro extorsione violẽta. vt in.d.§.necessitatem. Item pro pecunia clam in nomine barateriæ accepta. ¶ Quia barateria secũdùm eundẽ Angel. est distrahere per pecuniã iustitiam, seu officiũ suum cũ pecunia permutare, vt in.l.omnes. & ibi Bar. ff.ad.l.Iuli.repe. ¶ Et baratus seu barateria quo que dicitur, quãdo partim emitur, & partim vẽditur, idest, quãdo datur res pro re, sed pro æquiualentia additur pretiũ. Ita tenet Ioann. And. in c.ad nostram.de empti. & vendi. in nouella. & Fabianus de mõte in tract.de empti. & vẽdi. q. 2.nu.30.tomo.8.tracta.fol.25.

SVMMARIVM.

1 *Donum, & promissio, æquiparantur.*
2 *Iudex debet executere manũ ab omni munere & sic à promissione.*
3 *Lex si quis argentum. C. de dona. quæ loquitur in donatione, non debet extendi ad pactũ de donando.*
4 *Aliud est donare, aliud est dicere donabo.*
5 *An ex promissione de vendendo compellatur quis vendere.*
6 *Gabella an debeatur de promissione de vendendo.*
7 *Promissio de non donando, vel meliorando valet.*
8 *Promissio, & solutio, æquiparantur.*
9 *Promissio sola sufficit in causa barateriæ, sicut in crimine assassinatus.*
10 *Conseruationem indẽnitatis iudex potest licitè recipere in his, quæ facit licitè pro cõseruatione sui officij. nu.13.*
11 *Si quis dederit aliquid iudici, vel promiserit vt habeat sententiam, incidit in pœnam falsi.*
12 *Iudex, qui declarat votum suum parti faciẽti indẽnitatem anteaquam sententiã proferat, pœna falsi tenetur.*
14 *Promissio iudici facta, vt proferat pro mea sententia, non valet.*
15 *Iudicium iustum non licet vendere.*
16 *Promissio indẽnitatis syndici vniuersitatis facta, vt nõ denũtiet maleficia, quæ secũdùm statutum debet denuntiare, non valet.*

dere, & aliud facere promissionem de vendendo. vt in.l. bonæ fidei. cum ibi nota. ff. de eo quod cert. loco. & l. titius cum glos. in verbo, distrahere. ff. de pignora. actione. & in.c. penulti. cum glossa. ibi de electio. in.6. ¶ Et ideo Alex. vbi suprà dicit, q lex. si qs ni acetarã x promes-
3 † argẽtum. C. de donat. quæ est correctoria, cùm loquatur in donatione, non debet extendi ad pactum de donando: quia in correctorijs non fit extensio ex indemnitate rationis. Iuxta notata in authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. & ideo dixit Imol. in.l. in ædibus. ff. de donatio. q si dixi donabo tibi decem, ex istis verbis non oritur actio, seu conditio. d.l. si quis argentum. quia illa lex non loquitur in hoc casu. Et pro hoc dicit q facit, q aliud est † donare, aliud est dicere,
4 donabo. nam dicendo donabo, videtur dicere promitto donare. vt per glo. in.c. in noua. 21. distin. quicquid dixerit glos. in. §. perficiuntur. in verbo, manifestauit. institu. de donatio. quã ex prædictis reprehendit Imol. in. dic. l. in ædibus. Et Salyc. in.l.2.C. de conditio. ob causam: tenet esse verum, q. d.l. si quis argentum. non habet locum in pacto de donando. & ibi latius per eũ & ita etiã tenet ipse in. d. l. si quis argentum. §. fi. & Ioan. de Imol. in. c. qualiter. de pactis. licet Bart. in. l. fina. ff. de condi. ob causam. & Angel. in. dict. l. si quis argentum. §. fi. videantur sentire contrarium. & supradicta est veritas in pũcto iuris secũdùm Alexan. vbi suprà: quãuis magna sit authoritas Barto. quod videtur esse cõtra dispositionẽ istius tex. ¶ Sed adducta per Alexã. nõ obstãt: quia in isto tex. expresse prohibetur ne promissionem recipiat de donãdo, & sic lex prohibet expresse, & vetat: & contrariũ de isto iure regio reperitur, & est seruandum. vt Bald. in.l. conuenticulam. C. de episco. & cler. & in.c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. sine consen. capit. & docto. in cap. publicatio. de electio. nu.6. ¶ Prout quoque dicimus de prouisione de vendendo: quia licet nõ sit venditio, nec
5 ex tali † promissione cõpellitur vendere, vt tenet Ias. in. §. supereſt. Institut. de actio. 1. colũ. & Bald. singulariter in.l. penulti. C. cõmunia. de lega. & Philipp. Decius consilio. 502. num. 8. & additio. Bart. in. l. lecta. ff. si cert. peta. in additione, quæ est in nume. 11. de quo per Montal. in. l. 2. tit. 10. foro legũ. lib. 3. in glo. fina. & Franciscus de Aret. in consi. 262. incipiente, Facio pactum. ¶ Tamen in casu, in quo talis promittens compellatur vẽdere, vt doctor vbi suprà, ex tali pro
6 missione † de vendendo debet solui gabella, non tamen venditione postea sequente, cùm semel tantùm solui debeat. secundum Bart. & Angel. in.l. si pupillus. in prin. ff. ad.l. falcidi. & Bart. & doct. in.l. fi. §. quot. in fine. ff. de publica. Paul. de Castro in consil. 185. Alex. de Imo. in cõsili. 89. in. 4. volum. & Bertachi. de Firmi. in tractatu gabellarum. in. 8. par. in. 3. par. qõ. 13. ¶ Idẽ dicim⁹,
7 q valet promissio de non donando, † vel melio rando. vt in.l. 22. de Toro. & ibi doctor del Castillo, in glossa fina. tenet, q promissio donandi operatur donationẽ, sequuta morte promittentis. Et an si valet pactum de non auantagiando filios, vi. singulariter Philip. Decium cõsil. 184. ¶ Adde in simili, quod tenet Bart. in.l. quod nomine. ff. de conditio. indebiti. vbi tenet, q pro-
8 missio, † & solutio æquiparantur. Et rectè igitur in nostro text. cauetur, q promissionem nõ recipiat, quia solutio videtur, & ex tali promissione potest iudex partem grauare. ¶ Et vide glo. & Bal. in. l. 1. ff. quod quisque iuri. vbi dicit,
9 q in causa barateriæ † sufficit sola promissio, sicut in crimine. assassinatus.* Et tex. & generali ter. §. iugiter. ff. de calumniato. vi. in glossa. sequ. nu. 43.* Et tenet Par. de Pute. in dict. tract. syndica. in prin. parte, multa de barateria. foli. 64. nu. 4. vide quæ dicam infrà, in glos. donacion. nu. 43. ¶ Tamen iudex potest recipere conseruationẽ
10 † indẽnitatis in his, quæ iudex facit licitè pro executione, & conseruatione sui officij, nec propter hoc iudex facit litem suam: neque qui conseruat iudicem, intelligitur iudicem corrumpere. tenet Bald. per text. ibi, in. l. 1. C. de magistris conueni. Et ibi Alberic. de Rosa. & text. in. l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. & idem tenet Bald. in auth. generaliter. C. de episcop. & cleric. & Petrus de Ancharra. in. c. quanuis. de vsu ris. lib. 6. & idẽ tenet Bal. & ibi Alex. in additio. ad Bar. in authen. nouo iure. C. de pœna iudicis, qui malè iudi. & tex. & ibi Bart. in. l. si quis vxo
11 ri. §. si fugitiu ũ. ff. de furtis. nu. 2. vbi tenet. † q si quis iudici dederit aliquid, vel promiserit sibi, ad hoc, vt habeat sententiam, incidit in pœnam falsi. vt in. l. 1. §. 2. ff. ad. l. Corne. de falsi. ¶ Quod debet intelligi secundùm eum, quãdo promitti tur aliquid, per quod sibi acquiratur: sed si promittitur tantùm defensio de conseruando eum indẽnem, tunc non incidit in crimen falsi. quod sequitur Paris de Pute. in dict. tract. syndica. in parte, an si tempore sententiæ. foli. 93. ¶ Tamen intelligit hoc, quòd conseruans iudicem indemnem, nõ intelligere eum corrumpere, si habeat bonam causam, & nisi dedisset ei pignus. arg. in l. litigatores. ff. de arbitris. Et idem tenet Bald. in cap. cùm ab omni. de vita & honesta. clerico.

x Promessa. x Similis tex. in. l. 2. tit. 2. foro legum. lib. 1. in parte, o que le prometan. & ibi glo. tenet, quòd do
1 nũ, † & promissio æquiparẽtur, cùm spe futuri doni promissione præcedẽte, iudex grauet partem. vt in authenti. nouo iure. C. de poena iudi. qui malè iudi. & in cap. cùm essent. de simoni. licet dicatur, quòd si detur iudici aliquid occultum minimi valoris considerata persona dantis & recipientis, etiam si grauet partem, non præsumitur propter hoc grauare. Quod intelligo per dict. l. Regiam post latam sententiam, vt dixi in glos. suprà proxima. ¶ Tamen tutius est
2 secundùm eundem Montal. vt iudex † excutiat manus suas ab omni munere, & sic à tali promissione, quia dono æquiparatur. ¶ Sed contra istũ text. tenet Alexand. in. l. iuris gentium. ff. de pactis. col. 2. nume. 10. cum sequentibus. vbi tenet, quòd quando aliquis promittit donare, istud nõ dicitur donatio, sed pactum, siue promissio de donando, quæ sunt diuersa: sicut aliud est vẽdere,

nume.3.intelligendo Bart.in.d.l. si quis vxori. §.si fugitiuum.q̃ licet ille qui promittit iudici indemnitatem non videtur committere barateriam, intelligit Bart.si promissor foueat ius,alioquin debet puniri de barateria. ¶Et quoq; Ludou.Roma.in.l.1.ff.de condi. ob turp. caus. dicit,quòd dict.§.si fugitiuũ.loquitur in cautionibus legalibus de præstando eum, qui liberatur à carceribus,in quo est licita cautio indemnitatis:quia est iudicialis respectu eorum, quæ iudex causa sui officij facit.Secus si ei faciant cautiones turpes,vel insuetas,quia litem perderet. vt in.l.generaliter.ff.de calumniato.¶Sed videtur distinguendum secundùm Pari. de Puteo. vbi suprà. Aut iudex recipit talem indemnitatem anteaquam sententiam proferat,& declarat votum suum parti dictam indẽnitatem faciẽ
12 ti,quòd iudex punitur:qui si iudex† anteaquã sententiam proferat,declarat illam parti, tenetur pœna falsi.vt in.l.prima. ff.de falsis.& Innocen.in capitulo.refragabili.de officio ordin.dicit,quòd efficitur suspectus,quãdo declarat votum suum parti ante pronuntiationem.¶Si autem recipit talem indẽnitatem,non declarando sententiam,quam vult proferre,vel recipit post prolationem sententiæ,nõ tenetur. Et ita dicit q̃ Barto.loquatur vbi suprà. Et ex ista cautela dicit Paris de Puteo vbi suprà,quòd vtuntur iudices ignorantes,& executores,quando timent exequi,quia solent recipere cautionem indẽnitatis,quando pars aduersa minatur iudici, vel executori ne quid innouet, vel non procedat imponendo defensam,vel inhibendo ex parte superioris.¶Sed Ias.in.l.1.ff. de condi. ob turp. caus.numer.4.tenet contrariũ,prout tenet Bal. ibi.& in dict.cap.ab omni.de vita & honestate clerico.quia præsumitur hanc indẽnitatem promittere animo iudicem corrũpendi.¶Sed credo dictum Ias.intelligi, quando recepit cautionem indẽnitatis pro malè sententiando,vel sic sententiando, quia tunc non potest:secus si pro iustè sentẽtiãdo. vt colligit ex dict.Par.de Put. vbi suprà.Et ita tenet Montal.in.d.l.2.tit.2.foro legũ.li.2.in gl.*que le den.*vbi tenet,q̃ nõ intelligitur iudicẽ corrũpere,qui cauet de cõseruãdo iudicẽ indemnẽ,si cõstet q̃ habet bonã causam. per dictũ Bart.in.d.§.si fugitiuũ.& Bald.in.d.e.
13 cùm ab oĩ.n.3.Nã iudex† quæ facit licitè,p| executione sui officij,potest recipere cõseruationẽ suæ indẽnitatis.vt dicit esse casus vnicus in. d.l. 1.C.de magis. conue. Sed non põt accipere pignus propter hoc,vt dixi, quia tũc res interuenit. arg.l. litigatore.§.1.&.2. ff. de arbi. & vide Hippolyt.de Marsilijs in repetitio.rubri. ff. de fideiusso.numer.316.&.31.*Et Peregrina in parte.solutio.66.in glos.iudici column.2.idem tenet scilicet quòd qui conseruat iudicem indemnem,intelligitur eum corrumpere si non constat quòd habet bonam causam,nisi forte dedisset pignus:quia tunc res interuenit,quia iudex in his quæ facit licitè:pro executione officij potest recipere indemnitatis conseruationẽ. per dict.l.1.C.de magistra.conue.*¶Et Ange.in.d. l.1.quæ incipit.vt putà.ff.de cõdi.ob turp.caus. vbi tenet idem, scilicet, q̃ si promissum fuerit iudici eum seruare indẽnem tempore syndicatus vt sententiam ferat,vel vt excarcerari faciat carceratum ad sui instantiam,& nil recipit, sed solùm seruatur indemnis,non incurrit pœnam, & contra suum promissorem habet actionem, quam cedere tenetur ei, in cuius præiudicium relaxatio facta fuit per dict.§.si fugitiuum.quia quæcunque permittuntur licitè de iure, illa eadem licitè deducuntur in pactum,nec contrahitur simonia.vt per Innocen.in capitul.ad audiẽtiam.de rescrip. Vide tu tamen pragmaticam in ordinationibus Cancellariæ Vallisoleti,vbi tenet,quòd nullus iudex dictæ curiæ,& Cancellariæ,recipiat cautionem indemnitatis ex parte, in cuius fauorem sententia debet proferri sub pœna centum regalium.¶Et quòd non va-
14 leat promissio† facta iudici,vt pro me ferat sententiam.tenet dictus Paris de Puteo in dict.tracta.in parte, an si tempore sententiæ.folio.193.
15 nume.4.quia non licet vendere † iustum iudicium.vt in capitul.cùm ab omni. de vita & honesta.cleri.& capitul.non licet.11.quæ.3.tamen valet promissio de indemnitate. vt ibi per eum & Bald.in margarita,versic.iudex. versicul.78. Quod est verum,vt dixi, quando aliquid iustè facit,quia tunc non dicitur corruptus.vt Bal.& docto.in dicta.l.1.C.de pœna iudi. qui mal. iudi.&.C.de conueni.fisci debito.lib.10. & Bart. in.l.1.§.fina.ff.de calumniato.¶Quod secus est
16 in syndico:† quia si syndicus communitatis,qui ex forma statuti tenetur sub pœna denuntiare omnia maleficia,& ad preces alicuius noluit denuntiare,& ille promisit syndico eum indemnem seruare,quòd talis promissio non valet,& tenetur ad pœnam statuti,non obstante tali promissione inualida. tenet singulariter Alexand. in dicta.l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de pactis.numero.5.post Bartol.in.l.à reo.§. fina.ff.de fideiusso.Quod facit contra istos promotores fiscales:quia ex forma Pragmaticæ tenentur denuntiare omnia maleficia, quòd tenentur,si non denuntiat,licèt accipiant conseruationem indemnitatis:quod nota.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudex,qui donationem recepit in syndicatu,tenetur,quia dicitur corruptus,sicut si pecuniã recepisset.*
2 *Donatio est lucri datio.*
3 *Iudex dicitur commodum bursale recipisse, si donationem,vel pecuniam recepit.*
4 *Pecuniæ appellatione continetur omne quod sit,vel esse potest in patrimonio.*
5 *Donationem remuneratoriam ex gestis ante officium,licitè recepit iudex.*
6 *Sententia lata donatione,vel pretio, est nulla ipso iure.& numer.10.*
7 *Pecunia data iudici,vt iudicet, an repetatur.*
8 *Iudex indebitè aliquid recipiẽs à subditis, conuentus ciuiliter,an teneatur ad quadruplum.*
9 *Quilibet de populo an potest agere contra iudicem.*
10 *Dans iudici pecuniam,vt secundùm iustitiã sententiam proferat,an causam perdat.*
11 *Venalis non dicitur sententia,si post eam latam iudici fuit data pecunia,tamen iudex punitur.*
12 *Sententia an valeat,si pecunia non est data, sed promissa.*
13 *Sententia an valeat,si vnus ex iudicibus fuit corruptus.*
14 *Qui corrumpit iudicem,pecuniam ei dando, an puniatur.*
15 *Lex imponens pœnam recipienti aliquid per barateriam, habet locum in dante.*
16 *Accusator,seu accusatus dans aliquid iudici, an puniatur.*
17 *Correlatiuorum natura est communis vtriq; extremo: & vno contrahentium prohibito, vel permisso,alter cõsetur prohibitus,vel promissus.*
18 *Actor obtinens specialem cõmissionem.vt in causa ciuili reus debeat personaliter comparere in iudicio,ipsemet actor tenetur quoque cõparere.*
19 *Prohibita emptione, videtur prohibita venditio.*
20 *Officialis præsidis,qui accepit pecuniã, & poiicetur præsidem certam sententiam laturum super crimine,punitur sicut corruptor.*
21 *Iudex,qui malà iudicauit, ex eodem processu potest ciuiliter & criminaliter puniri, & an debeat iudex citari.*
22 *Iudices propter quæstum pecuniæ non debent innoxios condemnare, & noxios ad præstationem adiuuare.*
23 *Paria sunt iustitiam vendere, & simoniam committere.*
24 *Grauius est vendere iustitiam,quàm præbendam.*
25 *Iudex,an videatur corruptus,si à fœneratore gratis pecuniam recepit.*
26 *An valeat sententia arbitrorum,si sint corrupti.*
27 *Corrumpens notarium actorum,punitur, & causam perdit.*
28 *Falsans acta,an causam perdat.*
29 *Quid in corrumpente procuratorem partis aduersæ.*
30 *Quid in desigillante acta trãsmissa cõsultori.*
31 *Omnia iura statuta in fisco habent locũ in priuato, nisi lege dicatur, quòd sit speciale in fisco.*
32 *An qui fuit conatus subtrahere aduersario probationes,perdat causam.*
33 *Cancellans nomen procuratoris, quod est in mandato,committit falsum, & punitur.*
34 *Occultans acta iudiciij, vt veritas occultetur, punitur.*
35 *Desigillans acta probatoria,an puniatur.*
36 *Barateria generaliter committitur ab officiali,cùm aliquid recipit à priuato vt faciat non facienda, vel omittat ea, quæ sunt facienda.*
37 *Barateria vnde dicatur.*
38 *Iudices,qui furtis,& sceleribus cõuincuntur perdunt priuilegium,& dignitatem acquisitam,& tanquã plebei & pessimi condemnantur,& quoque pœna periurij puniuntur.*
39 *Libellus contra iudicẽ,qui barateriã cõmisit.*
40 *Responsio iudicis ad dictum libellum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

41 *Querelans de iudice iniuſte, patitur talem pœnam, qualem iudex ſi verum eſſet.*

42 *Officialis, qui abſolutus fuit in ſyndicatu, an poteſt agere actione iniuriarum contra eum qui non probauit, & egit contra eum.*

43 *An officialis, qui barateriã tentauit, & non perfecit, puniatur.*

44 *Barateria quomodo probatur.*

45 *Officialis, qui in ſyndicatu timet condemnari ex aliqua barateria, an poteſt offerre ſolutionem ante cõdemnationem, vt eam euitet.*

46 *Condẽnatus de barateria in ſyndicatu, nõ poteſt amplius ad ſimilem officium aſpirare.*

y Donacion.

y Similis text.in.§.ſcriptum.in authẽ.vt iudi. ſine quoquo ſuffragio.coll.2.ibi, acciperet à noſtris ſubiectis, alias teneturin ſyndicatu † iudex,
1 qui iſtam donationẽ recipit: quia dicitur corruptus, ſicut ſi recepiſſet pecuniam. vt text. & ibi Bald.in.d.l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de officio. proconſul.& lega.&in.l.1.ff.de ambitu.& tenetur fiſco.l.in hæredem.ff.de calumnia. quia do-
2 natio, † eſt lucri datio. vt tenet Cynus in.l. cùm ſponſæ.C.de donatio.antę nupti. ¶Et dicitur
3 donationem, † vel pecuniam recepiſſe, quocunq; modo burſale ſenſerit. vt in.l.prima.§.ſi pe-
4 cuniam.ff.de calumnia. vbi appellatione † pecuniæ continetur omne, quod ſit, vel eſſe poteſt in patrimonio. vt in.l.4.ff.de verbo.ſignificati. & tenetur de calumnia, etiam ſi recipit pecuniam, vel aliquid loco eius extra iudicium. vt in.l.ſi quis publicanus.& ibi Bart.ff.eo. ¶Quod intellige in donatione pura. ſecus in donatione
5 remuneratoria † ex geſtis ante officiũ, quia tũc licitè recepit.l.Aquili⁹ Regulus. ff. de donatio. tenet Paris de Puteo.in dicto tractat.ſyndica.in parte.officiales.folio.87.in fine. & tenet Alex. in.l.principalibus.ff.ſi certum petatur.n.4.verſicul.ſecundo limita. ¶Intantum, quòd ſententia † lata pretio, vel donatione, eſt ipſo iure nul-
6 la. vt in.l.venales.& ibi doct.C.quando prouo. non eſt neceſ.& Archi.in.c.qui rectè.11.q.3. vbi tenet, quòd ſicut in mutuo non debet expectari pecunia ex pacto, ita nec in ſententia. Et ſicut qui in mutuo ex pacto accepit pecuniã, poteſt inde condẽnari ab eccleſia: ſic & ſententia data per pecuniam promiſſam irritatur. §. venales. 2.q.6. Et ſicut vſurarius, qui præter pactũ pecuniã accepit, peccat, & nõ põt exinde ab eccleſia condẽnari: ſic & iudex, qui præter pactũ pecuniã accepit, peccat, tamẽ ſententia nõ irritatur. ¶Ex quo dicto Archi. notatur, q̃ ad hoc, vt ſententia ex pretio lata irritetur, requiritur, q̃ tale pretiũ ſic datum ex pacto inito inter iudicẽ, & dãtem, aliàs ſecus: quia vt ibi dicit Archi. licitè poteſt daripublicè pro iuſta ſententia

ſa, ni donaciõ ỹ ellos,

obtinẽda, & pro vero teſtimonio, & leges ſupra dictæ habent locum, cùm eſt dubiũ quo animo detur pecunia ſecũdum Lanf. quia eſt intelligẽdũ de tali munere & pecunia ratione cuius deuiet à iuſtitia. argumento.in.capitul. & ſi quæſtiones de ſimonia.&.l.ſolent.ff.de offi. procõſu. Et glo.in.d.c.qui rectè tenet, q̃ licèt ſimpliciter quis det iudici vt iudicet, vel teſti vt iuſtè teſtetur, licet non peccet in dando, tamen repetit
7 quod dedit.14.q.5.c.nõ ſanè.& gl.ibi tenet, q̃ talis † repetit pecuniam, ſi non eo animo dat, vt iudicem corrumpat: nam ſi dat eo animo vt ius, & quietem ſibi conſeruet, tunc poteſt repetere. vt probatur in.c.dilectus.de ſimo. Et idẽ tenet tex.ſingula.in.l.27.tit.22.par.3.vbi ait, q̃ ſi litigans donet aliquid iudici ſimpliciter, vel vt iniuſtè iudicet, aut differat litẽ, non poterit repetere, ſed fiſco applicatur, cui turpia ex officio lucra adquiſita accreſcunt. Illud verò quod dedit, vt iuſtitiam faciat, licitè põt repetere: quia tunc turpitudo repetendi fuit ex parte iudicis cauſata. & cum ea.l.cõcordat tex.in.l.1.ff.de cõd. ob turp.cauſ. & tenet Specula.in titulo de ſenten. §.quæ ſit pœna.verſi.ſed nũquid ille qui dedit. & cõcordat tex.in.l.luci⁹.ff.de iure fiſci. Et idẽ tenet Archie. Florenti.in.3.parte.titul.9. c.2. in princip. quẽ vide. & dicit, q̃ cùm ex officio ſuo teneatur gratis iudicare, & bene, turpiter accepit, & crimen concuſsionis commiſit: quia non licet vendere iuſtum iudicium. * Et ſic dicit, q̃ iudex tenetur reſtituere ei qui dedit per.d.glo. in.d.c.non ſane.14.q.5. & idem inquit ipſe Floren. eſſe ſi ex aliqua cauſa opportebat eum nõ iudicare: & nihilominus vt non iudicaret accepit: nam tenetur reſtituere parti qui dedit. 1. q. 1.c.iubemus. & ca.nemo de ſimonia. * ¶Et Pari. de Puteo.in dict.tracta.ſyndicat.in parte, an ſi
8 tempore ſententiæ.fol.93.nu.2.tenet, † quòd ſi iudex indebitè aliquid accepit à ſubditis, conuentus ciuiliter, in quadruplũ tenetur. vt in.l.1. C.ad.l.Iuli.repet. vbi dicit, q̃ gl.ibi tenet, q̃ to-
9 tũ illud applicatur fiſco. ¶Ad quam pœnam † quilibet de populo põt agere, quia actio eſt popularis: tũ ſi parti acquireretur ſoluẽti, tũc pro parte ſibi cõpeteret actio, & eius hæredi. glo. in l.2.ff.eod.ad.l.Iul.repe. Et etiã vbi criminaliter agere-

ageretur, cuilibet daretur potentia accuſandi. vt in.l.ſi.eo.tit. quia crimen eſt publicum, ſecũdùm Ange.in.d.l.1. & Par.de Puteo. vbi ſuprà. ¶Quinimo dicit dict. Pute.in parte, corruptio. fol.92.nu.10. q̃ non licet dare pecuniam iudici: vt etiã ferat ſententiam ſecundùm iuſtitiam, nec iudici eſt licitum recipere. vt in.l. penultima. ff.de condition. ob turpem cauſ. ſicut non licet teſti recipere, vt teſtimonium deferat ſecũdùm veritatem, quia falſi tenetur. vt Bart.in.l.1.§.pri
10 mo.ff.de falſi. ¶Et ſi dat iudici pecuniam † vt ſecundùm iuſtitiam ſententiam proferat, perdit cauſam, & non poteſt ab eo repeti. vt gloſſ.in dicta.l.1.de condi.ob tur. cauſ. Et idem tenet Iaſ. ibi, numer.3. vbi ait, quòd quando datur iudici pecunia ſolùm ad finẽ, vt cauſam expediat, perdit cauſam, tamen datũ poteſt repetere. & ita dicit tenere ibi Alexã. & docto. Et de iſta materia corruptionis vide latè ibi per dict. Pari. de Pute. cum verſi. ſequentibus. & vi. text. ſingula. in l.52.titu.14.parti.5. vbi latè de hoc. * Et in.dict.l. 27.tit.22.part.3. & vi. Peregrin.in parte. falſitas. q.2, in glo. recipienti, vbi iudex qui accepit pecuniam vt veram ſententiam det punitur. * ¶Vide tu Bal.in.c.ſi iuſtus.de appella. nu.11. vbi tenet, q̃ licet ſententia non valeat, ſi fuit aliquid datum iudici pro ea ferenda. vt in.d.l. venales. tamen licitũ eſt iudici dare pecuniã pro vera ſententia, & teſti pro vero teſtimonio, dummodo detur publicè, & nõ ſecretò: neciſta dicitur corruptela, ſed cautela, & redimere vexationẽ ſuã, & ſententia eſt valida. Et ideo dicit idem Bald. quod ſi iudex non vult facere tibi iuſtitiã ſine ſimonia, ex parte tua ſis cautus: ſi potes des ei pecuniam coram duobus teſtibus, & tabellione, alioquin omnino abſtineas: tamen licet ſententia ſit valida, iudex punitur, per ſupradicta. ¶Sed vnum ſcias, & menti tene, quòd ſi pecu-
11 nia ſit data † iudici poſt latam ſententiam, tunc ſententia valet, nec dicitur venalis, nec poterit iudex puniri de barateria. tenet Felin. in capit. tua nos.de ſimoni. & Hippolytus de Marſil. in ſingula.190. & in.d.lege Cornelia. ff. ad. l. Corneli.de ſicarijs.nu.4. Sed ego credo, q̃ licet valeat ſententia, tamen iudex punitur, quia etiam poſt ſententiã nil poteſt recipere. vt in.l.30. tit. 15.lib.2.in ex.ii.regal. vt dixi ſuprà in glo. *ne recibira.*1.colũ. Et pro iſta mea opinione eſt dictum expreſſum Pari.de Pute.in.d.tract.in parte, cõ ſiliarij officiales.nu.2.foli.194. vbi ait, quòd intantum iudex prohibetur præmium accipere, q̃ ſi poſt ſententiam accepit, in ſyndicatu cõuenitur. Quia qui recepit pretium poſt factũ, punitur ac ſi recepiſſet ante factum allegãdo Bal.
12 ¶Quid ſi pecunia † non ſit data, ſed tantùm eſt promiſſa: Dicit Bald.in conſilio.490.incipiente, Proponitur.4.volu. q̃ ſit nulla: ſi eſt lata in fauorẽ promittẽtis. De quo dubitat dictus Hippolyt.de Marſi.in.d.ſingula.190. quia communiter ante ſententiam partes promittunt iudici
13 bus maria, & montes, ſed poſt prolationẽ ipſius nec dum non obſeruãt promiſſa, & nec partem promiſſorum, imo ſæpe fingunt eum non cognoſcere: & qui viderunt, teſtimonium perhibuerunt ſecũdùm eum. ¶Sed quid ſi plures † iudices ſimul iudicauerunt, & vnus eorum ſit corruptus, alijs ignorantibus, an teneat ſententia? Vide ſingular. Ioan, And. in additio. ad Specu. in titu. de ſenten. §. iuxta. in additione, quæ eſt in verſi. ratione. num. 2. in part. c. cùm ab omni. ¶Et tene, quòd non ſolùm iudex corruptus punitur, verum etiam punitur qui eum corrũpit,
14 † dando ei pecuniam, vt pro ſe ferat ſententiã: quia diffidere videtur de iuſtitia, qui corrumpit miniſtrum iuſtitiæ, & commodum victoriæ perditur ipſo iure. vt Baldus in.l.prima. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & tenet Montaluus. in.l.2.titu.2.lib.2.foro legum. in gloſſ. *que le den.* & vltra eum per Bart. text. & ibi gloſ. in.l. Item apud labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniurijs. in glo. in parte, vendidit. * Quinimo vbi corrũpẽs & corruptus ſunt ambo ſeculares debet corrumpens maiori pœna puniri quàm iudex accipiens ſecundum Iacob. de Bello Viſo in. §. ſiquis autẽ. in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragi. & Thom. Gramma. in conſil. 35. nu. 15. * ¶Ad quod facit, quod tenet dict. Hippoly. de Marſi. in.l.circuncidere. §. ſeruo. nu. 6. & 7. ff. ad. l. Cornelia. de ſicarijs. allegãdo Bald. in. l. 1. ff. de calumnia. vbi tenet, quod lex imponens † pœnam re-
15 cipienti aliquid per barateriam, habet locum etiam in dante. & idem tenet Paris de Put. licet Hippoly. eum non allegetin. d. tracta. in parte, corruptio. folio. 91. nume. 6. per. d. l. 1. de calum. & dicit, quòd facit quoque text. in. l. 1. C. de cupreſsis. libro. 11. ſecundum Bald. ibi. & Amode. Iuſt. in tracta. ſyndicat. in parte. Item in eo. columna. 2. verſicul. aduerte. vbi idem tenet. Et eſt text. in. l. 25. titulo. 22. partit. 3. qui eſt ſingu-
16 la. vbi tenet, quod † accuſator, qui aliquid iudici dedit, vt iniuſtè contra accuſatum iudicaret, perdet cauſam, & patietur alias pœnas, de quibus in.l.24. eodem titulo. ead. partit. ¶Accuſatus vero corrumpens dono vel promiſsione iudicem, pro confeſſo habetur, niſi ſit certum eum fore inſontem, ſed litis formidine hæc conſtet feciſſe. ¶Si autem eſt cauſa ciuilis, quilibet dans, aut promittens, perdit cauſam, & ſoluet regi triplũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

datorum, aut duplum promissorũ. Sed si Corrector se sponte detegat, & probet regi, vel suo maiori, nullam patitur pœnam: si autem non probet, soluet regi litis æstimationem, si causa fuit ciuilis, si criminalis, perdit omnia bona fisco applicanda, & iudex purget se per iuramentum. nam diffidentia iustæ sententiæ spem negotij deposuit in pecuniæ corruptelam. vt ibi per Montaluum in dict. l. par. & tex. & ibi Hippolyt. de Marsil. in l. qui duobus, ff. de falsi. vbi qui iudicem corrumpit, tenetur pœna falsi. ¶ Et
17 facit † quod dicit Bald. in c. 2. vlti. eo. de probatio. vbi ait, q̃ natura correlatiuorũ est cõmunis vtriq; extremo: & vno contrahentium prohibito, vel permisso, alter censetur prohibitus, vel permissus. per ca. 2. de mutuis petitio. ¶ Et ideo dixit domi. in c. vnico. de dolo & contu. libr. 6.
18 q̃ si actor † obtinuit specialem commissionem, q̃ in causa ciuili reus debeat personaliter comparere in iudicio, q̃ tunc tenetur etiã ipse actor comparere personaliter. ¶ Et illud, quod tenet Bar. in l. fin. C. de exacto. tribu. lib. 10. vbi quando lex Imperialis prohibet emere, comprehendit etiam ecclesiam. & ibi Angel. dicit, quòd
19 prohibita emptione, intelligitur esse † prohibita vẽditio. & illam doctrinam sequitur Barb. in capit. primo. col. pe. de testament. & facit quod tenet Barto. in l. fin. C. de indicta viduitate tolle. & Abb. in prœmi. Gregori. 8. colum. num. 20. & ibi Sebast. Sapi. in additio. licet cõtrarium teneat dictus Abb. in ca. primo. col. 3. de locato. quia ibi additio tenet contra Abb. de quo ibi per eum. & per dictum Hippoly. in dict. l. circũcidere. §. seruo. vbi latè. vbi quoque ait, q̃ stante statuto quòd nullus possit emere sine licẽtia alicuius officialis, includitur etiã venditor. per Barto. in l. fi. C de accepti. per text. & ibi Bart. in dict. l. 2. C. de cupresi. lib. 11. ¶ Ex ista connexione potest esse illud, quod tenet tex. in l. qui explicandi. C. de accusa. & Angel. & Bal. ibi. vbi
20 tenent, quòd officialis † præsidis, qui acceptat pecuniam, & pollicetur præsidem certam sentẽtiam laturum super crimine, punitur quemadmodum & corruptor, non tamen eadem pœna. Quod dicit Angel. ibi, quòd facit contra barattarios, qui accipiunt promissionem pecuniæ, pollicendo iudicem condemnaturum, vel absolutum ad suam instantiam, q̃ extenditur secundũ Angel. ibi, & habeat locum in causa criminali, in qua licitum est pro sanguine suo redimendo corrũpere hominẽ: quia licet promittẽs, vel soluẽs vt absoluatur nõ puniatur, tñ qui pollicetur pro pecunia iudicẽ laturũ sententiã absolutoriã, iniuriã facit iudici, cuius animi motũ detegit, &
reuelat, & ideo sibi iniuriarũ tenetur. text. dicit Ang. esse in l. item apud labeonẽ. §. idẽ ergo. ff. de iniur. & ideo secũdũ eũ poterit in insulã relegari. vt in l. fi. ff. de iniurijs. & cum hoc transit, licet dicat, q̃ Bar. relinquit cogitãdũ. quod sequitur dictus Paris de Pu. in. d. tract. in. d. parte, corruptio. n. 11. Quod est notandũ cõtra illos sequaces, & amicos iudicũ: quia multoties talem promissionẽ faciunt donis, vel pecunijs iudicibus ignorãtibus, qui possunt condẽnari vt corrupto
21 res iudicũ. ¶ Quoq; dic, q̃ talis iudex, † qui sic iudicauit ex eodem processu, potest puniri ciuiliter, & criminaliter. Et est speciale in iudicibus delinquentibus in officio suo, q̃ simul, & semel puniantur. ita tenet Bal. in. dil. venales. per tex. quẽ dicit esse notabi. in. §. oportet. el. 1. vt in authen. vt iudic. sine quoq; suffragi. suprà allega. * Et an debeat citari, dic q̃ sic, vt Abb. & melius Feli. in c. sacro. de sent. excom. mu. num. 9. & est tex. singul. in. c. venerabilibus. §. 1. de sent. excõmu. libr. 6. & vi. Angel. in tracta. maleficiorũ in parte Gaio appellante: & ibi Augusti. num. 27. & Abb. in. c. cũ speciali. §. porrò. de appellatio. nu. 8. & ibi vi. quid quando agitur causa in gradu appellationis: & vi. Peregri. in parte iudex. q. 5. in glo. aduocatus & vi. glo. infrà, in. cap. 3. in glo. *abogados*. nu. 6. versi. sed quando. * Tamen iudex in syndicatu potest ex nouis allegationib⁹ defendere suam sententiã, & ostendere cõdemnatũ ius nõ fouere, vt dixi suprà in isto. c. in gl.
22 *el derecho a las partes*. in fine. ¶ Et quia iudices † propter quæstũ pecuniæ non debẽt innoxios condẽnare, & noxios verò ad præstationẽ adiuuare. vt in. d. auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. quapropter. ibi, administratiões nũquam: quia iudices auari nesciũt quantũ delinquũt. nã cùm vẽdũt aliena crimina, sua faciũt esse peccata: vn
23 de paria sunt iustitiã vẽdere, † & simoniã cõmittere. vt in. c. accepimus. de purga. cano. imò gra
24 uius est vẽdere iustitiã, quã præbendã, † quia legimus Christũ esse iustitiã. c. existimat. n. qõ. 3. nõ autẽ legitur esse præbẽda. Sed culpa tãto est grauior, quãto res, in qua culpatur, & sanctior. vt ait Bernardus. cũ vẽdere ergo præbendã inter cætera crimina grauius reputetur. c. fi. 1. q. 7. vendere iustitiã, quæ est Christus, grauissimũ est cẽsendũ. ita tenet Luc. de Pen. in. l. 1. C. de deser. li. 11. co. 16. Et vi. Bal. in. d. l. venales. vbi ait, q̃ nõvi
25 detur iudex corruptus † pecunia, quia fœneratore gratis recepit. vt per Specul. in ti. de vsu. licet dicat q̃ facit in cõtrariũ. l. quin etiã. ff. de ca
26 lũ. ¶ Quid si arbitri sunt corrupti, † an eius sententia valeat, vi. ibi glo. & docto. in. d. l. venales. ¶ Et nõ solũ corrũpẽs iudicẽ punitur, sed etiam

ille,

27 ille, qui corrũpit notariũ † actorum, perdit causam. l. qui in fraudẽ. §. quotiens. ff. de iure fisci. & l. si quis obtexerit. ff. de falsi. & l. si quis aliquid. §. instrumẽta. ff. de pœnis. & not. Bal. in. l. de eo. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & Mõtal. in. d. gl. *que le den*. & c. d. Pari. de Pute. vbi supra in parte, corruptio. nu. 7. Et ista est cõmunis opin. secundũ Feli. in cap. venerabilis. de excep. 5. co.
28 versi. vtrum si falsans. vbi quoque tenet, q̃ † falsans acta causæ, perdit causam. vt Barto. in dict. §. quotiens. & Bal. in. l. qui testamen. ff. de excusa. tuto. & in. l. 1. §. 2. in fine. ff. de calũnia. Quòd est secus in corrumpente aduocatum secũdùm
29 eum ibi. ¶ Quod extendit † Feli. in corrumpente procuratorem partis aduersę, vel ipsam partẽ, si causa respicit interesse etiã alterius, quàm partis. vt in. d. §. 2. & ibi pulchrè Bart. & in. l. qui falsam. C. de falsis instru. & Ang. dicit cõmunẽ opi. esse in. l. prima in fine. ff. de his qui testa. de
30 len. ¶ Dicens † idem esse in desigillante acta trãsmissa consultori. per. d. §. quotiẽs. Sed in hoc dicit Feli. vbi suprà, q̃ Ang. non bene loquitur, qa iure non cauetur secundùm Imo. in. d. l. prima. ff. de his, qui test. delen. per. c. cùm olim. lo. 2. de offic. delega. Iunctis verbis Bart. in. l. qui testamentũ. ff. de falsis. & vi. Imo. in. l. diuus. ff. de re iudica. Et licet Feli. non dicat, dic q̃ talis desigillans, & subtrahens præsumitur fouere malã causam, sicut ille, qui alteri parti aduocatos subtrahit. vt tenet Romanus in consil. 346. col. 3. Et licet Abb. ibi in. d. c. cùm venerabilis. post multa
teneat, q̃ falsans acta, non perdat causam, quia cautũ non reperitur: & q̃ tex. in. d. §. quotiens. loquatur in causa fiscali, quia imò est cautum illud, quod tenet opi. cõmunis: ne cibi in. dict. §. quotiens. sit speciale in fisco, secũdùm Cardi. in dict. c. cùm venerabilis. prout refert & sequitur Andre. Sicul. in. d. cap. cùm olim. & quia omnia
31 † iura statuta in fisco, habent locum in priuato, nisi in lege dicatur, q̃ sit speciale in fisco. vt tenet Iaſ. in. §. in bonę fidei. Insti. de actio. colũ. 11. & glo. in. l. prima. C. de peti. hæredi. & glo. in. l. prima. ff. quod cuiusc. vniuersi. nomi. & Iaſ. in. l. nec quicquã. ff. de edendo. in principio. & Paul. de Caſt. in. l. rescriptũ. ff. de pactis. nu. 4. & in. l. itẽ veniunt. §. ad aptanda. versi. in priuatorũ. ff. de peti. hęredi. ¶ Sed dic melius secundùm Fel. vbi supra, q̃ text. in. d. §. quotiens. dicit, q̃ quotiens apud fiscũ causa agitur, gl. exponit. 1. apud procuratorẽ fisci, & tu scis, q̃ procurator fisci cognoscere põt inter duos priuatos consentiẽtes. vt in. l. cum vendente. ibi, si volueris. C. vbi si caus. fisca. & l. cùm eorũ. C. de senten. ergo tex. in. d. §. quotiens. loquitur generaliter. ¶ Fortius
32 dicit Innoc. in. c. intimauit. de testi. q̃ qui † conatus fuit aduersario subtrahere probationes, debet perdere causam. & sequitur Ang. in. l. 1. §. si reus. ff. de eo per quẽ factũ est. Sed hoc non est tenendum secundùm Feli. vbi suprà secundùm Bal. in. d. c. intimauit, quia si esset, nõ oportebat ibi examinare testes super causa. idem Bal. in. l. prouidendum. C. de postula. & Abb. in. c. cùm causam. de testi. vlti. col. ibi, ego dicerẽ, vbi ait, q̃ licet talis probatio per partem subtractã habeatur pro facta odio illius. l. si de possessioẽ. C. de proba. non tamen perdit ille ex hoc causam. patet per. c. peruenit. lo. 1. de testi. cogen. & c. cõstitutus. de testi. vbi aliter punitur. ex quibus reprobatur glo. fi. in. c. venerabilis. in fine. de religios. domi. Et prædictis adde Petrũ de Anchar. in consi. 381. vbi tenet dictam cõmunem opinionẽ, de qua suprà, quam etiam sentit Bart. in. l. si
33 quis obrepserit. quæ omnia dicit Feli. vbi suprà notãda vt noua. ¶ Ad idem facit, quod † tenet Ioan. de Ana. in consi. 12. vbi tenet: q̃ qui cancellat nomen procuratoris, qui est in mandato, cõmittit falsum, & debet puniri, etiã si officiũ procuratoris sit finitũ: quia negari non põt, quin scriptura dicatur mutata siue sublata, ergo falsa.
34 iuxta notata in. c. in memoria. 19. distin. & in ca. licet. de crimi. falsi. quia talis cancellatio nõ spectabat ad ipsum. argumen. in. l. 1. per totũ. C. nec quis in sua cauſ. & sic q̃ commisit falsitatem pu nibilẽ. Pro quo dicit Ana. q̃ est dictum Angeli in. l. prima. ff. de publicis iudi. vbi ait, q̃ ille, qui
35 occultat † acta iudicij, vt veritas occultetur, incidit in pœnam falsi, ergo ipse qui cãcellat. ¶ Quinimo dicit ibi Ludoui. Boguli. in additio, q̃ tale crimẽ est publicũ, & quilibet de populo admittitur ad accusandum. vt Institu. de publicis iud. in principio. & qui sic cancellauit, debet puniri. per. l. corneliam. de fal. vt voluit in terminis Angel. in. l. 2. ff. de publicis iudi. vbi dicit se vidisse de facto seruatũ in ciuitate Perusij in quodam qui vocabatur Ang. & sic quòd quilibet admittatur ad accusandum eum, qui subtraxit acta iudicij, vt veritas occultet: sed ille plus fecit, quia cancellauit acta iudicij: & sic verificatur doctrina glossæ. in. l. Paulus. ff. de falsi. ¶ Quoque facit quod tenet Ludo. Roma. in consili. 346. col.
3. versi. cæterum. vbi tenet, † quod si alter ex litigantibus desigillat, aperit, & legit acta probatoria penes alterum, sic secreſtata per iudicem, dupliciter punitur, primò arbitrio iudicis, secundò, quia nõ auditur si quid postea allegare velit ad infringenda ipsa acta probatoria, quæ faciũt pro aduersario. vt in. d. c. olim magister. de offi. delega. Et in tantum faciunt fidem, quòd etiã si

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliqua rasura quanuis in loco suspecto reperiatur pro altero litigante, non derogatur eorum fidei in his, quæ ex eisdem concipi possunt: quia tunc rasura ipsa non præsumitur facta ab eo, in cuius fauorẽ acta cantant, nec eius mãdato, hoc est, quòd notanter notat Hosti. & Ioan. Andre. in.c. accepimus de fide instr. qđ verbũ dicit Bal. in.l.1.C.eo.ti. de fide inst. nõ reperiri alibi, put tenet dictus Ludo. Roma. in.d. consilio. ¶ Ad supradicta redeundo dic, q' generaliter barateria
36 † cõmittitur ab officiali, vbicũque aliquid recepit à priuato, vt faciat non facienda, vel omittat ea, quæ sunt facienda. vt in.l.1. & ibi gl. in versi. accepit. ff. ad.l. iuli. repet. & in.l. eadem. §. fi. eo.
37 ti. ¶ Et barateria † dicitur à barato, baratas: quia iudex recipiẽdo aliquid, dicitur baratare, & permutare iustitiã cum eo quod recepit: sicut recipiẽs aliquid pro dãdo beneficiũ, dicitur vẽdere beneficium. vt Amodeus Iustinus in.d.tra. syndi. in prin. versi. 5. & vide suprà in glos. *no recibira dadiua.* in fine. vbi quid sit furtum, & barateria.
38 ¶ Et isti iudices, qui conuicti sunt † sceleribus & furtis in officio maculasse, perdũt priuilegiũ ex dignitate acquisitum, & tanquam plebei, & pessimi condẽnantur. vt tenet tex. in.l. iudices. C. de dignit. lib. 12. Et ibi Luc. de Pen. colũ. fi. dicit, quòd quoq; tenetur pœna periurij, cùm iurent nil recipere à subjectis, sed contentos esse his annonis, quæ sibi à fisco dantur. Et vltra iuramẽtum etiã amplius quàm latrones excedũt, cùm legis quodammodo vigore id facere videãtur. Totius enim iustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui cùm maximè faciũt, id agũt, vt boni viri esse videantur. Et maius malum est, cùm iudex non tenetur furare, imò aliena furta punire, si calcato iuramento spoliet ipse subiectos, quos vendicare tenetur: & qui legis authoritate, seu fauore furatur, immanissimè plusquã latro peccare censendus est, secũdũ Lucã de Pe. vbi suprà. quod nota. & vide. ¶ Optimũ est sci-
39 re quomodo intentetur libellus † cõtra iudicẽ, qui dictam barateriam fecit. Et dic quòd conceptio est talis. ¶ Coram domino potestate. &c. Compareo omni modo, & meliori quo possum cõtra talẽ: & dico, q̃ cùm ipse in ista ciuitate officium iudic. exerceret, tempore sui officij, hoc anno, & mense tali, in domo talis, in tali camara regnante tali, pecuniam accepit à Titio aduersario meo, ob iudicandum, vel non iudicandum, ob interponendum decretum, vel non interponendum, & ipse iudicauit, vel interposuit decretum, vel non iudicauit, per hoc enim coram vobis accuso: quare peto ex vestro arbitrio eum punire, & puniendum fore sententialiter declarari. Et hoc cùm criminaliter agatur. ¶ Si verò ciuiliter, sic concipe. iunge quare peto ipsum in quadruplum condemnari. prima. quæst. 1. capi. cum qui. & in.l. finali, in fine. C. ad.l. Iuli. repe. Tamen in hoc libello non est necesse ponere aliquid de anno, vel mense, vel domo, vel nomine principis, nisi velis. Istas formas ponit Specula. in titulo de accusatio. & inquisitio. §. nunc formæ. versiculo secundo. numero tertio.
¶ Attamen quando contra iudicem, vel contra
40 aliquem de † sua familia libellus suprà barateriam, vel furtum porrigitur, seu datur simplex petitio, quòd sæpe fit maliciose, ipse iudex neget contenta in dicto libello, seu petitione, & faciat reconuẽtionem de iniuria, & de infamia, & protestetur in dicta reconuentione in casu in quo ille non probet, & alleget se nobilem, & probum virum, iuris peritum, & optimæ famæ: quibus attentis reconueniendo ipsum, dictus iudex æstemet infamiam, & suam iniuriam centum librarum, vel mille ducatorum, attenta eius qualitate: & offerat se probaturum, quòd pro dicta quantitate noluisset, recipere vel sufferre tantam iniuriam, seu infamiam: & protestetur de damnis, & expensis, & interesse ipsius. vt tenet omnia suprà dicta singulariter Cataldi. in tracta. syndicat. in quæstione. 281. quæ est finalis. ¶ Vbi quoque dicit, quòd ille, qui porrigit petitionem cõtra officialem, non potest retrahere ab ea absque eius licẽtia. Quæ dicta Cautela de reconuentione (iudicio meo) est optima: quia facit ad.l. 2. titulo. 2. lib. secũdo. foro. ll. in fine, iam allega. vbi tenet, *que si alguno se querellare del Alcalde a tuerto, en esta razon aya la pena sobre dicha, que el Alcalde auria, si tuerto fuz gasse.* & tenet Montalu. in.l. 23. titulo.
41 22. partit. tertia: vbi tenet, quòd † querelans de iudice iniustè, patietur talem pœnam, qualem iudex, si verum esset. allegat Bartol. in. l. seruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Trebellian. Et licet Bartol. ibi non dicat, tenet Paris de Puteo in dict. tracta. in parte, Syndicatorum. folio. 25. vbi tenet, quòd in syndicatu non debent calumniari, & vexari contra honorem, & dignitatem suã, & prouidere, quòd quis non frustretur friuolis, petitionibus, vel ineptis, & calumniosis, & quòd debent reijci tales conuitiantes officialibus in fine sui officij, & eos puniri. quod nota.
¶ Tu quoque vide singulariter Pari. de Puteo in dicto tracta. syndicatus. in parte, iniuria offi-
42 cialis. folio. 131. vbi † tenet, quòd officialis, qui fuit absolutus in syndicatu, potest contra quem non probauit, & egit contra eum, agere actione iniuriarum. per. l. item apud labeonem. §. si quis libellos. ff. de iniurijs. & Bartol. in.l. fin. ff. ad senat. consul. turpilia. vbi si quis agit contra aliquem calumniosè, quòd potest actione iniuria rum conueniri. per tex. in.l. eadem. §. si quis nõ debitorem. per eũ allega. & etiam si actor iurasset de calumnia, & quod querelãs de iudice indebitè in syndicatu puniatur, dicit q̃ est text. in constitu. regni prout in dict. l. fori. cauetur. & in dict. authentica. vt iudices sine quoque suffragio. §. ex aduerso. ¶ Tamen dicit, quod licet dicta cautela Catald. sit vtilis, & bona: tamẽ quia syndicatores, qui syndicant, quærunt aliquando gratificare, dicit quòd pluries cõsuluit, quòd expectetur finis primi iudicij: quia si contingat absolutio, tunc poterit agi actione iniuriarum. per. l. si tibi. C. de liberali caus. & consulit, quòd agat actione iniuriarum in magna curia, vel coram iustitiario regionis, quo casu potest pro parte protestante de calumnia punire iniustè querelantes contra ipsum officialem. vt ibi per eũ. vbi quoque tenet, quòd debet puniri eadẽ pœna. per. l. fina. C. de accusatio. Sed tu tene dictã cautelam Cataldi. & facias dictam reconuentionem: & si non facis, potes postquam absolutus fueris intentare actionem iniuriarum principaliter contra querelantem: quia vtroque modo iudex tenetur condemnare querelantem indebitè, modo reconueniatur, vel postea principaliter accusetur per suprà dicta. ¶ Et vide Guido. Pap. in singula. 358. §. iudex à quo. vbi in alio casu tenet, quòd iudex à quo non debet reputare ad iniuriam, si appellans dicat in appellatione sententiam iniquam: quia illa verba de consuetudine non important iniuriam. Secus si diceret sententiam latam fuisse per pecuniam, & sic de similib. iniurijs: quia tunc si illud non probetur in causa appellationis, scilicet, corruptio prædicta, forte iudex posset agere actione iniuriarũ: non tamen aget ante sententiam in causa appellationis latam, vel appella. desertam. ¶ An au-
43 tem officialis, qui attentauit barateriam † committere, & non perfecit, puniatur? Bald. in authentica. Sed nouo iure. C. de pœna iudic. qui mal. iudi. dicit, quòd sic. putà quia accepit pecuniam, & nondum tulit sententiã. vt in.l. generaliter. §. 1. ff. de calumnia. sicut in simili dicimus in crimine assassinatus. vt in.l. prima, in fine. ff. qđ quisq; iuri. * Et ibi Bal. in. §. hęc autẽ versi. in ea. glo. ibi prouenit. * Et est speciale, quia æquiparatur crimini læsæ maiestatis. vt dixit glo. in. d. authen. sed nouo iure. ideo punitur attẽtans. Ita tenet Amode. Iusti. in dict. tract. syndi. in parte. Item in eo an autem officialis. Et ideo dicit loã. de Ana. in rub. de simonia. numero. 6. allegãdo Bald. Perusin. in regula Contractus. de regulis iur. in. 6. in additionibus, quas fecit Ioann. Andre. in mercuria. & vidisse de facto Florentiæ ipse ibi ordinariè legente, videlicet, an ille qui cõmisit barateriam in officio recipiẽdo solam promissionẽ, an possit pœnitendo remanere in officio? Et dicit, quod fuit consultum, q̃ non, quia turpiter fuit pactus. vt in.l. 3. ff. de calumnia. & ita dicit q̃ remansit desolatus, & præ dolore & verecundia mortuus est: & licet videatur, q̃ nõ poterat puniri, nisi opere subsecuto. Tamẽ opi. Bal. est de iure vera, faciendo dictam æquiparationem de barateria ad simoniam, & ad crimen læsæ maiestatis per notata in ca. 1. de homic. lib. 6. stante potissimè, q̃ in parificatis seu æquiparatis de facile fit extensio. vt per gloss. in capit. si postquã. de ele. in. 6. §. 1. & fi. vi per Ana. ibi, quæ
44 vide. ¶ Quomodo autẽ probetur barateria, † dixi suprà in glo. no recibira dadiuas. fi. column. versi. quia si nõ fugit tempore syndicatus. ¶ Ali quando dubitatur tempore syndicatus, & sæpe
45 occurrit in practica, vtrum † officialis, qui timet in syndicatu condemnari pro aliqua barateria, vel furto, seu debito, possit offerri solutionem ante condemnationem vt euitet condemnationem, & infamiam iuris, & facti. vid. Bal. in.l. generaliter. §. si igitur. ff. de calumnia. & Paris de Put. in dict. tracta. in parte, multa de barateria. fo. 62. nu. 4. vbi tenet, q̃ in crimine baraterię nõ habet locum pœnitentia, & in vno nũmo committitur, quæ est inter maximas causas capitales. vt in.l. furti. §. pactum. ff. de infamibus. ¶ Tamen tu dic, quòd per istam oblationẽ debet absolui, & talis oblatio debet admitti per syndicatorem, aliàs faceret sibi iniustitiã, & teneretur ipsi, nihilominus condemnaret, vt tenet Paul. de Castro in.l. si reus paratus. ff. de procura. numer. 10. per tex. notabil. ibi. Et idem tenet Bart. in.l. iusiurãdum. §. cùm res. ff. de iureiuran. vbi dicit, q̃ iam persuasit cuidam potestati, qui tempore syndicatus debebat condemnari in parua quantitate: cùm ibi esset statutum, q̃ quicunque condemnatus fuerit in officio, quod is gesserit, non possit ibi iterum esse rector ipse, nec aliquis de eius domo: vt effugeret istam pœnã, persuasit q̃ solueret ante sentẽtiam, & ita factũ est per tex. in. §. fin. Institu. de perpetuis & tempo. actio. Quod dictum Bart. sequitur ibi Iaſ. in dict. §. cùm res. nume. 3. & Bal. in.l. prima. C. de dolo. & in.l. ea quæ in fine. C. de conditione in debi. & in.l. quoniam de infamibus. & Matheſi la. in notabil. 84. vbi dicit, q̃ debet soluere totũ vt euitet pœnam, & condemnationem. Sed quãdo non offert totum, sed partẽ, tunc hoc sibi nõ

prodeſt.vt in.l.tutor.§.lucius.ff.de vſuris.& Cepol.in cautel.27.& Bart.& Bal.in.l.furti.§.qui alieno.ff.de infa.&vi.latè Bal.in.l.ſi traditio.C. de actio.empti.col.2.n.6.¶Et facit quod tenet idem Paul.de Caſtro.in.l.1.ff.de actio.empt.n. 9.vbi ait,quòd quandocunque lite pẽdente res quæ petitur offertur, debet ſequi abſolutio ab obſeruatione iudicij.& idem quod Paul.in.d.l. ſi reus paratus.tenet additio.Abb.in.c. cùm te. de re iudi.in additione,quæ eſt in.n.5.& Ange. in.l.ſi.ff.de rebus credi.& Ioan.Andr.in additi. ad Specul.in ti.de cenſi.§.1.in additione ſecũda. ¶Vbi dicit,quòd publicanus euadit pœnam,reſtituendo ſurreptum ante ſententiam.quod nota.& Abb.in cap.at ſi clerici.de iudi.n.27.& idẽ tenent Paul.& Angel.in.d.l.ſi reus paratus. de quo tex.vi.Barb.in cap.licet Hely.de ſimoni.& eſt tex.expreſſus in.l.ſi cum exceptione.§.hæc autem actio.ff.quod metus cauſ.& idẽ tenet Angel.in dict.§.ſi.Inſtit.de perpet.& tempo.actio. ¶Sed contra ſuprà dicta videtur tex.contrarius in.l.ſi pignore.§.cùm furti actio.ff.de furtis. vbi recepta re,nihilominꝰ eſt ſalua furti actio:& ecõtra,ſoluta pœna duplici,vel quadruplici, eſt ſalua vendicatio.& idem tenet Abb.in.ca.1.de dolo & cont.col.2.nu.6.vbi tenet,ꝙ ad pœnã euitandam non prodeſt reſtituere rem ratam, ſeu aliter pœnitere de peccato.per tex.in.l.nõ prodeſt.ff.vi bono.rapto. ¶Quæ contraria non obſtant, quia loquũtur in raptore,& fure:& dictũ Pau.& aliorum loquitur in dante, & recipiẽte, & ſic habet locum pœnitentia: & reſtitutio ante ſententiam,facit ceſſare pœnam. Vel poteſt intelligi,quando ex tali barateria nõ fuit ſequutum damnum parti:quia ſi eſt ſequutum, pœnitentia,nec ſolutio, non releuat iudicem, & ſic poteſt intelligi.d.Bald.vbi ſuprà,inquantum tenet, ꝙ in barateria non eſt locus pœnitentiæ. *Vel aliter ꝙ loquantur contraria in oblatione verbali:quia talis oblatio verbalis pœnam conuentionalem tollit, ſecus in pœna legali: quia tunc non ſufficit oblatio verbalis, niſi etiam cõſignatio interueniat.tenet Anto.Franc.in additio.ad Abb.in.c.ſuper eo de officio.deleg.ſuprà nu.6.In tantum iudex liberatur offerendo, vel conſignando,ꝙ ſi iſte à quo iudex extorſit aliquod plus confiteatur ſe illud à iudice recepiſſe,& ſatisfactum eſſe,liberatur:tenet Ancharra. in capitulo.ſtatutum. §. ſiquidam. de reſcripti. in.6.per.l. ſi debitorem. ff. de nouatio. ſed hoc credo ſi dicat cum iuramento:argumen. eorum quæ affert laſ.in.l.apertiſſimi. C. de iudit. numero.27. & Bald.in. capitulo. tuis quæſtionibus.de teſti.numero.3.*¶Et opin.Paul. & Angel.& aliorum tenet Paris de Puteo in dict. tracta.ſyndica.in parte,oblatio.folio.190.& ſic, ꝙ facientes ante condemnationem compoſitionẽ ſeu ſoluentes,& proteſtantes, quòd propter dubium litis euentum hoc faciunt,& ne vexentur litibus,& expenſis,abſolui debent ab inſtantia iudicij ſimpliciter,nec habet locum.l. quoniã. C.de infami.nec videntur delictum confiteri: quia faciunt cauſa redimẽdi vexationes. per nota.per moder.in.l.interdum.§.Michi.ff. de verborum obligation. & ita dicit Paris de Puteo vbi ſupra,quod faciunt officiales, quia ante ſententiam conantur partem concordare, vt euitent condemnationem, per quam eis paratur maximum præiudicium, quod nota, quia ita obſeruatur. Quia ſi condemnaretur,etiam de iu
46 re communi condemnatus in ſyndicatu † non poteſt amplius ad ſimilem officium aſpirare.vt in.l.iudices qui.& ibi notat Bartol.C. de dignita.libro.12.& in.l. ſi quis aliquid. C. de ſuſcepto. & arca. libro. 12. vbi gloſſ. allegat plures concordantias.& tenet Laſ.in dict.§. cùm res. in fine.l. iuſiurandum.

SVMMARIVM.

1 *Iudices ſeu rectores terrarum,non debent ſecum ducere vxores:& ſi dicunt, tenẽtur pro eis.*
2 *Poteſtas tenetur pro omnibus,quos ſecum duxit, etiam ſi non ſint præpoſiti alicui officio, ſi prætextu officij domini delinquant.*
3 *Iuriſdictionem non habentes,licet vxores eorum in officio delinquant, non tenentur pro eis.*
4 *Iudex tenetur pro matre,quæ promiſit victoriam cauſæ,vel remiſſionem & veniam delictorum pro pecunia, vel ſerico, aut lino ſibi donato.*
5 *Iudex tenetur pro vxore,matre, & officialibus,quãdo agit ciuiliter:ſecus ſi criminaliter.*
6 *Vxor dicitur de familia.*
7 *Vxor dicitur domeſtica perſona.*
8 *Vxor eſt ſocia diuinæ & humanæ domus.*
9 *Vxor,& vir ſunt eadẽ caro, & vnũ corpus.*
10 *Sponſa de præſenti,dicitur vxor.*
11 *Mulier nupta,non dicitur concubina clerici, vel vxorati.*

Leges

12 *Leges loquentes contra concubinam,non habent locum contra mulierem nuptam,licet ſit concubina.*
13 *Deſponſata per verba de præſenti,licet ſit cõcubina clerici,vel vxorati,non punitur.*
14 *Matrimonium dicitur & maritus & vxor contractis duntaxat ſponſalibus per verba de præſenti.*
15 *Contra vxorem,vel ſponſam alicuius nõ proceditur,licet ſit concubina, niſi maritus, vel ſponſus eam accuſet.*
16 *Pœna legis ordina.diſponentis contra illum, qui vocauerit mulierem nuptam meretricẽ, habet locum in illo, qui mulierem deſponſatam meretricem vocauerit.*
17 *An conſanguinei, vel amici rectoris ciuitatis,qui in officio non adminiſtrant,ſed tãtum ſunt in domo, contineantur appellatione familiæ,pro qua rector tenetur.*
18 *Agens contra poteſtatem pro delicto ſuæ familiæ,quid debet probare.*

Mugeres. z Habuit ortũ à dicto Bal. in.l. obſeruare. §. ꝓficiſci.
1 ff.de offi.procon.& lega.in prin.vbi tenet, † ꝙ rectores terrarum non debent ſecum ducere vxores:& ſi ducant,tenentur pro eis:quia ibi magis puniuntur ſui culpa,quam incurrunt ducentes ſecum vxores.vt gloſ.in.l.ſi quis in ſuo.§. legis.C.de inofficio.teſta.& Plat.in.l.apud eum.C. de cenſi.& cenſitori.lib.11.nu.2. Et ibi quoq; tenet Bal.in.d.§.proficiſci.ꝙ etiã tenetur† poteſtas pro omnibus,quos ſecũ duxit,etiam ſi non ſint præpoſiti alicui officio, ſi prætextu officij domini delinquant.vt in authentica,de iudicijs §.nec autẽ.colla.6.& tenet Pari.de Put.in.d.tracta.ſyndi.in parte.an in eo quod fecerunt. foli. 114.nu.22.& Montal.in.l.2.tit.2.for.ll.li.2.in gl. *porque no lo entiende*.ver.& quia.& idẽ tenet Amo de.Iuſti.in.d.tract.ſyndi.in parte,qui dominus, poteſtas,& officiales.verſic.ſed pone.vbi tenet, ꝙ ſi duxit vxorẽ,& delinquit in officio,tenetur pro ea adintereſſe partis. Quod tamen dicit nõ
3 habere† locũ in alijs officialibus non habẽtibus iuriſdictionẽ:quia licet vxores eorũ delinquant in officio,non tenentur pro eis.per.l.1. §. familiæ.ff.de publica.& Bal.in.l.nulli.C.quorũ appell. non reſci.& in.l.2.C.vbi de ratio.agi opor. & in.dic.l. obſeruare.& idem tenet & intelligit Paris de Puteo in dict. tracta.ſyndicat. in parte, poteſtas tenetur.nume.2.folio.207.vbi quoque dicit quòd non ſolùm poteſtas tenetur pro vxore,quam ſecum duxit,ſed etiam ſi duxerit ma-
4 trem,† quæ promiſit victoriam cauſę,vel remiſſionem,& veniam delictorum pro pecunia,vel

ni ſus mugeres z, ni pro ſerico, aut lino ſibi donato, quia tenebitur poteſtas,licet mater non videatur eſſe de familia filij.vt in.l.qui adoptio.ver.ita.ff. de adoptioni. ¶Quoq; intelligit Amode.Iuſti.vbi ſuprà,ꝙ tenetur pro vxore,& familia, quando agitur ciuiliter,ſecus ſi criminaliter ſecundùm glo.& docto.in.dict.§.proficiſci. Et magis dicit Amodeus vbi ſuprà,ꝙ ſi ſtatutum dicat,ꝙ poteſtas teneatur de delicto officialium,& familiæ, debet intelligi,ſi agatur ciuiliter,non criminaliter,& operatur vltra ius commune,quod tenea
5 tur etiam de delicto commiſſo extra officiũ: & ſi in electione obligauit ſe ad omnem pœnam pro ſua familia ciuiliter & criminaliter,debet in
11 telligi† de pœna pecuniaria,non de corporali:à qua pœna pecuniaria liberatur exhibẽdo reum principalem,ſecundùm Bartol.in.l. ſi cùm exhibuiſſent.ff.de publica.& in.l.1. §. familiæ. ff. eod.& in.§.quod nouiſſimè.& eſt tex.in.c.4.in fra eodem in fine.vbi latius dicam.& idem eſt
21 ſi non ſtat per eum quominus exhibeat.ſecundùm dict.Amod.vbi ſuprà.¶Ratio noſtri text.
6 poteſt eſſe.quia vxor† dicitur de familia viri.vt in.l.quicunque.C.de re mili.lib.12.& in ca.hęc imago.30.quæſtio.5.& ideo corrigi poteſt & ex cauſa verberari.vt notatur in.l.cõſenſu.& in authentica ibi poſita.C.de repud.glo.in.ca.quem admodum.de iureiur.& in capi.literas.de reſtiſpolia.glo.in capit.ſicut vlterius.7.quæſt.1.Bal. in.l.ſi filius.C.de pactis. ¶Prædicta vera ſunt cum cauſa legitima, aliàs modicè permittitur. vt in.d.capi.ſicut vlterius.& in authẽtica de nupti.§.ſi igitur.Alex.in cõſilio.96.in.4.volu.per Feli.in capi.cùm contingat.de foro cõpet.& aliquid in cap.illud.de præſumptio. ¶Et quoque
7 dicitur vxor† domeſtica perſona.vt Bald. in.l. etiã.& ibi glo.C.de teſti.& quoque dicitur quaſi vſum viri.vt Paul.de Caſtro in conſil.124.Saly.in.l.cum te.C.de dona.ante nupt. quę vnica vnico viro debet eſſe.Cardi.in cle.prima.de renuntiati.5.oppo. ¶Et eſt ſocia domus viri.† vt
8 in.l.aduerſus.C.de crimi.expila.hæredi.videlicet tam diuinę,quam humanæ.vt in.l.1.ff.rerũ amota.& Specu.in tit.de feudis.§.quoniam.ver
9 ſi.20. ¶Et ſunt vir & vxor† eadem caro, & vnũ corpus.vt in ca.debitum.de biga.& in.l.ſi cùm dotes.§.ſi maritus.ff.ſolut.mat.& in capit.idonei.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nei.4.quęst.1.& Ioann.Andr.in additio.ad Specul.in titu.de teste.§.primo.versic.quid vxore. ¶Istum tex.extende,quod non solùm iudex tenetur pro vxore, verum etiam quoque tenetur
10 pro spõsa,†si ducit eam in officio,& aliquid cõmisit:quia sponsa de præsenti, dicitur vxor. vt est gl.in.c.iuuenis.de sponsa.verbo.cõiug.idest sponsa.alia in capit.canonica.de sent.excom.in verbo,duximus in fine.de quo per Bal. & Paul. de Castro.& docto.in.l.nõ sine.C.de bonisque libe.& per doctorẽ del Cast.il.in.l.49.de Toro. in gloss.matrimonio.¶Et in tantũ dicitur vxor, quòd etiam si nõ sit traducta ad domũ viri.Bartholo.Cepol.in.l.Marcellus.ff. de verborum signifi.12.colum.& Bal.in dic.l.nõ sine. dicit hoc verum esse,nisi exprimatur de carnali copula. Et vi.Abb.in capi.ex publico.de conuers. conjug.& latissimè per Angel.de Aret.in.§.fuerat. Institu.de actio.nume.24.¶Quod facit ad pragmaticam.95.in libro pragmaticarum, vbi caue
11 tur,ꝙ mulier nupta†non dicatur cõcubina clerici,vel vxorati.Quod sequitur Pala.Ruui.in repeti.ca.per vestras. de dona.§.21.fol.95.vbi dicit
12 †ꝙ leges loquentes contra concubinam, nõ habent locum contra mulierem nuptam,quanuis esset publica concubina clerici,monachi,& religiosi.Quod nota,quia dicta Pragmatica quoq;
13 extenditur ad mulierem†desponsatam:quia talis desponsata de præsenti,licet sit cõcubina clerici,vel vxorati,non potest puniri: quia dispositum in vxore,habet locum in sponsa de præsenti,vt dictum est:& quia statutum in vxore, habet locum in sponsa, & econtra. Tenet Palati. Ruui.in repetitio.rubric.de donationibus.§.55. numero.5.folio.33. per gloss. singula.in.§. pen. Institu.de excusation.tutorum.in verbo , maritum.in fin.& ibi notat in prin.& est text.iuncta gloss.in ver.concubinę.est in.l.3.ff.de dona. inter virum & vxo.vbi ait,quòd matrimonium
14 †dicitur,& maritus & vxor dicuntur cõtractis duntaxat sponsalibus per verba de præsenti, licet non interueniat carnalis copula.de quo ibi per Pala.Ruui.nu.3.&.4.cum sequẽti.& quę dicam in cap.47.infrà eodem.in gloss.*manceba publica*.& in glo. *casada*. Et sic seruatur: quia quã-
15 do sponsa alicuius†est concubina alicuius clerici,vel vxorati,non proceditur contra eam , nisi maritus accuset.per.l.2.titu.15.lib.8.in ord.regali.& per.l.3.titulo.7.lib.4.foro.ll.Et per istas leges cõrriguntur leges , quæ tenent, quòd marito negligente alij poterãt vxorem suam de adulterio accusare.vt per Montal.ibi. vbi in fine tenet,quòd ex illa lege eliciturpriuilegium,quod habet vir.s.quòd eo nolẽte,alius non admittitur ad vxorem suam adulteram accusandam. ¶Per supradicta quoque extenditur.l.2.titul.9. *de las injurias*.lib.8.in ordi.regali.inquantum tenet,ꝙ
16 si aliquis vocauerit†meretricem vxori habenti virum , quod incidat in pœnam illius. l.ꝙ pœna dicta illius.l.habeat locum,quãdo vocauerit meretricem mulierem desponsatã per verba de præsenti.& tenet text.in.l.82.in.ll.*del stylo*.vbi habetur,ꝙ quãdo lex ponit pœnã ratione calũniæ vxoris,ipsamet pœna intelligitur posita ratione spõsę de præsenti.quòd tene menti.¶Ad
17 supradicta de familia adde,quod tenet Ang.in. l.2.§.familiæ.ff.vi bono.rapto.vbi tenet,†ꝙ cõsanguinei,vel amici rectores ciuitatis,qui in officio non administrant,sed tantummodo stant in palatio,nõ continentur appellatione familiæ, pro qua rectores tenẽtur secundùm formã statuti dicentis,quòd mali rectores illos tenent,vt per eos cõmittant multas barateriας, & deinde faciunt eos recedere,& dicunt se non teneri pro illis,quia non sunt in numero familiæ,nec inter eos descripti. Tamen dicit Angelus ibi , ꝙ boni syndicatores debent contra talem fraudem occurrere,sicut occurritur contra dominos expellentes famulos suos,vt possint in testes producere.¶Et in eadem.l.in.§. hæc actio. tenet quo que Angelus,quòd quando agitur contra potestatem, quod eius familia dammum dederit, quod petitio procedit , licet non exprimatur sigillatim nomina familiarum,tamen vt malefi cium melius liquidetur, tota familia erit exhibenda cum eisdem vestibus per dicta. l.cùm exhibuissem.quod sequitur Paris de Puteo in dict.tract.in parte familiaris,siue familia potestatis. folio.111.numero.5.¶Quando agitur contra of-
18 ficialem de delicto familiæ,agens†debet probare duo.s.ipsum de familia esse , & positum tali officio:& probatur esse de familia eo ipso,quod cum alijs famulis est associatus,licet alia scriptura non appareat per tex.in.l.finali.C.de proxi. sacro. scrini. & esse positum alicui officio probatur eo ipso, quod probatur illud officium exercuisse sciente domino.vt in.l.prima.§. magistratum.ff.de exercito.& tenet Cataldi. in tracta.syndicatus.quæstio.264.

SVMMARIVM.

1 *Pater & filius pro vna persona reputantur.limita,vt nume.6.cum sequentibus.*
2 *Causa filij,causa patris esse videtur.*
3 *Pater & filius vna caro censentur.*

Filios

4 *Filios habens in ciuitate,proinde habetur , ac si sit præsens.*
5 *AEstimum patris,censetur esse æstimumfilij.*
7 *An pater teneatur ad filij obligationem.*
8 *Si statuto prohibetur contrahi cum exbannito sub pœna,an poterit contrahi cum filio,vel seruo dato,quòd ipso bannito acquiratur.*
9 *Pater, an teneatur ex contractu, vel delicto filij.*

a **Ni hijos.** a Quia filius accipiẽdo,pater censetur recipere cùm pater
1 & †filius pro vna persona reputẽtur.vt in.l.vlti.in fin.C.de impuberũ,& alijs substitu. &.35. q.3.hac authoritate .&in.§.ei verò.Institut. de
2 inutilibus stipulat.& causa†filij , causa patris esse videtur:quia damnum , & emolumentum ad eum pertinere videtur.argu.2.quæstione.6. §.biduũ.in ver.palàm.tenet gl.in.c.super eo.de testibus.& gloss.in cap.pastoralis.in parte, qua si lucro.circa medium.de decimis.Et alibi dicitur,quòd pater †& filius censentur vna caro.vt
3 in capit.contradicimus.& in dict.§.hac authoritate.35.quæsti.3.& facit tex.in.l.cùm scimus.ad finem.C.de agrico.& censitis.lib.11. Et Bart.ibi signãter decidit per illum tex.de statuto disponente,quòd si quis stet absens à ciuitate , & sic non portet onera ciuium,nõ gaudet priuilegijs,
4 quòd si quis sit absens,& habeat†filios in ciuitate,perinde fit,acsi sit præsens.¶Et per istã regulam vulgatam,quòd pater & filius cẽseantur vna persona,decidit Bal.in.d.l.fi.in fine.allegãs gl.quã semper habet in ore in.l.2.C. qui ætate.
5 lib.10.quod æstimũ†patris,cẽsetur æstimum filij,& ecõtra.de quo plenè per Iaſ.in.l.sciẽdũ.in prin.ff.qui satisdare cogãt.& ibi Alex.in fine tenet,ꝙ si statuto cauetur,ꝙ nullus habeat officiũ in ciuitate,nisi habeat æstimũ centũ librarũ, ꝙ filius possit habere officiũ,licet non habeat tale æstimũ,si pater suus tale æstimũ habet & etiam tale æstimũ patris prodest filio:etiã seorsum habitãti à patre.ita Bal.formaliter in.l. prætor. §. sed si filius.in lectura antiqua.ff. de edendo. vt per Alex.ibi.vbi allegat alios doctores hoc tenẽtes.¶Sed dictã regulam,ꝙ vna persona censean
6 tur,limita quoad ea,quę sunt†iuris,secus ad ea, quæ sunt facti.vt in.l.cùm hæredes.in principi. ff.de acquire.posse.licet contrarium & malè dicat glo.in.l.cùm miles.§.1.ff.ex quibus cauſ.maio.secundũ Iaſ.in.d.l.fi.¶Secundò intellige istã regulam in filijs in potestate,secus inmãcipatis. vt in.l.qui in potestate.ff.de edendo.& in.l. his nulla.ff.de iudi.& gloss.& ibi Ioann.de Plat. in l.cũ filios.C.qui ætate se excusa.lib.10. in fine. ¶Tertiò limita secundũ Iaſ.ibi suprà non procedere quoad ea,quæ sunt iuris publici. vt in.l. nam quòd.in princi.ff.ad trebellii.declarat Bar.

hijos[a] de ninguna p qualiter intelligi debeat in. l.seniũ.C. qui testamen.facer.pos.¶Et si dicatur, ꝙ pater & filius cẽsentur eadẽ persona,quare ergo pater nõ
7 tenetur ad obligationẽ†filij,sicut videmus in hę rede,qui tenetur ad omnia debita defuncti,quia fingitur idẽ cum defuncto.vt in authẽtica,de iureiura.à morien.præsti.in prin.respondet , ꝙ de rigore pater tenetur ad omnia debita filij:tamẽ quia iniquum videtur quem teneri ex contractu vel facto alterius , ideo in quarto libro. C. sunt facti tres tituli,qui cõ:inuatiuè procedunt. Primus est titulus vt actio à hære.vbi statuitur, ꝙ omnes obligationes actiuæ & passiuæ transeunt in hæredẽ.Postea est titulus ne vxor pro marito.& titulus,ne filius pro patre.quibus statuitur, quòd de benignitate vxor non tenetur pro viro,nec econtra.ita nec pater ad onera filij, nec econtra.Et si dicas,quare magis in hæredẽ respondet , quia hæres non repræsentat defunctum, nisi mediante facto suo voluntario, idest nisi volũtariè adeat hæreditatẽ,mediãte qua ad ditione cẽsetur eadẽ persona cũ defuncto , ideo sibi imputet,si adiuit hæreditatẽ,qua mediante fingitur idẽ cũ defuncto. Sed pater & filius ꝙ cẽseantur eadẽ persona,nõ procedit ex facto volũtario:quia etiã si filius nollet,nõ posset desinere esse eadẽ persona cũ patre.ita sentit Bal. in rub. C.ne filius pro patre.& gl.in rub.C.ne vxor pro
ma.,put tenet Iaſ.in.d.l.fi.vbi pro limitatiõe dicit,ꝙ si statutũ†prohibet cõtrahi cũ exbannito
8 sub pœna,ꝙ poterit tñ cõtrahi cũ eius filio, vel seruo,dato ꝙ ipsi bannito acquiratur tenet Bar. in.l.3.§.1.ff.de leg.prestã.Et an hoc sit verũ.vide latè Iaſ.in.l.si mihi & tibi.§.regula.ff.de legat.1.
9 ¶Et an pater† teneatur ex cõtractu vel delicto filij,vi.latissimè p Iaſ.ĩ.§.actiões.Institut.de actio.

SVMMARIVM.

1 *Personæ appellatione, venit masculus,& fœmina.*
2 *Dictio,quicunque,an concipiat fœminam.*
3 *Personæ appellatione, an veniat vniuersitas ecclesiastica,& secularis.*
4 *Verba legis,an comprehẽdant corpus collegij, vel vniuersitatem.*

Fideli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Fidelitatem an si quis iurat contra omnẽ personam mundi, an videatur iurare contra rempublicam: procurator constitutus contra omnem personam mundi, an potest experiri contra rem publicam, & collegia.*

6 *Inquisitio generalis commissa cõtra quoscunque, an intelligatur commissa contra vniuersitatem, vel collegium.*

7 *Excommunicatio aduersus vniuersitatẽ proferri non potest.*

8 *Masculinum, an comprehendat fœmininum.*

9 *Fœmininum, an comprehendat masculinum.*

b De ninguna persona. b

Cuius appellatione masculus, & fœmina venit
1 †in statuto. vt in.l.metum.§.animaduertendũ. ff. quod metus caus. & Bald. in.l. omnes populi. ff. de Iusti. & iure. col. pe. & in.l. quicunq;. 3. col. C. de seruis fugiti. nu. 10. vbi tenet, quòd dictio,
2 quicunq;, † concipit fœminam, hoc non ex vi conceptionis generum, sed vi regulæ. ff. de legi. l. iura. vel vi communis substantiui, homo. l. 1. ff. de regul. iur. vel vi rationis eiusdem. vt in. l. fi. C. de indicta viduit. tolle. Et idem si statutũ diceret quæcunq; persona: nam nomine personę etiam masculi significantur, non ex conceptione generum, sed ex propria natura huius dictionis, persona. per. d. §. animaduertendum. ¶ Persona etiam dicitur vir & mulier. Item vniuersi-
3 tas † masculorum & fœminarum, vel mista. Item nomine vniuersitatis masculi & fœminæ pariter & nomine Aquiliæ, continetur masculus & fœmina: quia ita antiquitus declinabatur fortè: quia in illa specie fœmina dignior erat. ¶ Et cõtra distincta sunt iura: quia nomine maris non significabatur fœmina. vt in. l. quisquis. C. ad. l. Iuli. maiesta. Sed ibi lex & ratio vltra procedit, distinguendo: secus si non procederet vltra. vt in. l. maximum vitium. C. de liber. præte. & l. fina. C. de legiti. hæredi. & l. illam. C. de collation. ¶ Et non solùm appellatione personę venit masculus & fœmina, verumetiam personæ ecclesiasticæ tam religiosæ, quàm seculares cuiuscunq; sint dignitatis, vel qualitatis. vt tex. in cap. cùm personæ. de priuileg. in. 6. & ibi Domi. in. 1. notabil. & sic quòd nostert ex. intelligatur, quòd non recipiat munera à masculo, nec à fœmina, sed etiam nec ab vniuersitate, vel collegio, vel ab alia congregatione, etiam si sit religiosa, aliàs incidit in pœnam. vt tex. in capitul. 8. infra eod. quia nomine personæ, omnia supradicta continentur: quia res publica, & ciuitas, est persona repręsentata. luxta illud, Et erat multi tudo ũ̃si vir vn⁹. l. mortuo. ff. de fideiu. & tenet

sona[b] por si, ni por Bald. in rubrica. C. ad trebellia. & quoque
a appellatione hominis, venit fiscus. vt glos. in. l. eos. C. de vsuris. ¶ Et facit quod tenet Angel. in dic. l. metum. §. animaduertendum. vbi dicit, q̃
4 verba † legis generaliter & in rem scripta, comprehendunt vnumquenq;, tam singularem personam, quàm corpus, collegium, vel vniuersitatem respõsum facientem. vt in. l. in fraudẽ. §. fina. ff. de testa. mili. cum. l. sequenti. &. l. deprecatio. ff. de publica. & Bal. in. d. rubrica tenet, q̃ appellatione personæ, cõtinetur ciuitas, vel res
5 publica. verbi gratia, si iuro † fidelitatem contra omnem personam mundi, videbitur iurare contra rempublicam: & si facio procuratorem contra omnem personam mũdi, talis procurator potest experiri contra collegia. per. d. l. mortuo. cuius contrarium dicit Bald. in. d. rubrica esse verius. per. d. §. animaduertendum. quia stricta fit interpretatio, & absq; fictione iuris, tamen talis procurator potest agere contra tutorem, & procuratorem debitoris, quia ibi præstant nudum ministerium. Et idem tenet Pau. de Castr. in authen. Item quæcũq;. C. de episcopis & clericis. vbi dicit, quòd appellatiõe personę de proprio significato non comprehenditur ciuitas, vel vniuersitas. Et ideò notarij in instrumentis procurationum dicunt contra quamcunque personam, vel vniuersitatem, quia aliàs non veniret. per. l. fi. §. hoc etiam. ibi dum dicit, siue pro nulla persona, siue pro aliquo corpore. ¶ Tamen Alex. in additio. ad Bart. in. d. l. mortuo. tenet q̃ si iurarẽ te defendere cõtra omnẽ personãvel hominem mundi, in isto casu venit collegium, & vniuersitas. secundùm Bal. in cap. 1. de noua forma fideli. vbi tunc omnes comprehẽduntur, excepta persona, quæ est ita prior tempore. ¶ Sed
6 quid si inquisitio † est commissa contra quoscũq;, an intelligatur commissa contra vniuersitatem, vel collegium? Alex. in additio. ad Bart. in d. §. animaduertendum, dicit, quòd sic. De quo dicit quòd dubitat Speculat. in titulo de inquisitio. pe. colum. vers. quid si inquisitio. & hoc tenet Cy. ibi in. d. §. animaduertẽdũ. in additio. & Bal. in. l. sed si hoc. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. In lectura antiqua per Innoc. in capi. graue. de sent. excõ. ¶ Contrarium tamen tenet Bal. in authen. quicunq;. C. de episcopis & cler.

Imò,

Imò, quod tale rescriptum non porrigitur contra vniuersitatem, licet vniuersitas fingatur loco personæ. & idem tenet Andre. Barb. in additio. ad Bal. in. d. cap. 1. §. ad cõueticulas. de pace iur. firm. in additione, quę est in nu. 2. allegãdo Bal. in cap. sedes. de rescrip. vbi ait, quòd si impetraui contra Titium, & quosdam alios tale rescriptum, non extenditur ad collegium. Et ibi quo q; dicit, quòd si est impetratum contra personas, non venit furiosus. & sic Bald. tenet contra rium eius, quod dixit, & sic quòd nomine personæ vniuersitas, & ciuitas non continentur. vt. C. de eroga. milit. anno. l. fin. lib. 12. ¶ Sed tu potes concordare, vt Petrus, in capit. nobis. de his, quæ fiunt à præla. vbi ait, quòd si statutum loquitur per ista verba, siquis non habet locum in vniuersitate. per. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gesti. attamen Ioan. de Imol. ibi limitat, quando esset statutum exorbitans: sed si esset præter ius, seu secundùm ius, tunc credit habere locum & extenditur. allegat. l. primam. §. lex falcidia. ff. ad. l. falci. & quod notatur in dict. §. hæc verba. quod est notan dum secũdùm Andre. Sicul. Barb. in additio. ad Bald. in. d. §. conuenticulas. ¶ Sed sic est, quòd noster tex. inquantum prohibet ista dona recipi, non est exorbitans, nec præter ius, imò secundùm ius debet se extendi, vt ab vniuersitatibus iudices ista dona non recipiant præter suum salariũ, vt dictum est. ¶ Quia contraria loquantur in materia exorbitanti, & correctiua: quia tunc appellatione personę non comprehenditur vniuersitas. vt tenet Lud. Roma. in consilio. 400. versic. his tamen non refragantibus. ¶ Et ideo dicit ipsam vniuersitatem in seipsam consideratam animam nõ habere, & ad
7 uersus eam excommunicationem † non proferi. vt in cap. Romana. §. in vniuersitatẽ. de sentẽ. excom. in. 6. & quod notat Innoc. in capitu. grauem. de sent. excom. ¶ Quoque potest intellige re iura, quæ dicunt appellatione personę conti neri vniuersitas, quòd comprehenditur non ex propria significatione, sed ipsius. l. extẽsione. vt in simili. 1. l. fi. §. sed & si quis sit natura. ff. naut. caup. stabul. & in dicta. l. sed si hac. §. si liberta. & in. §. sed si eiusdem. ff. de in ius vocã. prout cõcludit dictus Ludo. Roma. in di. cõsilio. De qua materia an appellatione personæ ciuitas, vel vniuersitas contineatur. vi. latè Andr. Sicul. in additio. ad Bal. in. d. rub. C. ad trebellia. & in. d. §. cõuenticulas. ¶ Item facit: quia masculinum com-
8 quia cùm ad aliquod honestum fit colligatio, † non est conspiratio, sed pōtius concordia, & vnio. vt in. l. 1. ff. de collegi. illicit. & text. in. §. si quis de prædictis. in authen. vt cùm. de appel la. cognosci. colla. 3. vbi dicitur, quòd beatissimi patriarchæ vna conspiratione & concordia vnam fidem prædicant, & facit. capitul. si quis clericorum. 11. quæstion. 1. ibi, rebellis authorate. vt tenet Domi. in. d. capitu. constitutionem. in princi. versic. quæro an monachi. & Abba. in capit. exhibita. de iudi. 3. col. nu. 6. versi. quæro. ¶ Sed ligæ, & confœderationes, quæ fiunt inter
9 † ciuitates, & inter Principes, & Barones, non valent: ita tenet Innocē. in. c. dilecta. de excessi. prælа. Nec obstat. l. non dubito. ff. de captiuis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi dicitur, quòd ciuitates inuicem fœderãtur, & colligantur: quia istud est verum, quãdo ciuitates aliæ non amicæ, vel liberæ fœderantur populo Romano habenti imperium: sed plures ciuitates, vel plures Barones, qui essent sub vno rege, domino, vel principe, non possunt inuicem facere illam cõfœderationẽ. ista enim sunt sodalicia, & collegia prohibita. vt tenet Bart. in l. sodales. ff. de collegi. illici. col. tertia. nume. 10. ex quo colligitur secundùm Bartol. ibi. quòd ciuitates Tusciæ, quæ non recognoscunt de facto in temporalibus superiorem, possunt inuicem foederari tanquam liberæ. Sed plura castra, & villæ, quæ sunt sub vna ciuitate, vel vno domino, hoc non possent. de quo per. l. 1. &. l. 2. &. l. 6. titu. 11. lib. 8. in ordi. rega. sine principis authoritate. vt ibi tenet etiam Montal. in glo. ordi. regali. in parte, liga. sequendo Bar. vbi suprà. vbi dicit, quòd vnum est notandum, ꝙ ciuitas potest facere colligationes, seu confoederationes principe non existente in partibus ad se defendendum. vt in titu. de pace iura. firman. §. conuẽticulas. in vsi. feudo. & in. l. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nomine. facit. d. l. non dubito. & tenet Petrus de Ancharr. in. d. cle. pastoralis. de re iudi. & ibi Cardi. versi. 7. nu. 2. vbi quoque dicit, quòd in bonum bene procedunt, secus quando confoederationes sunt in malum, & super re illicita, secus si super licita. ¶ Dic tamen, quòd re-
10 gulariter omnis † colligatio, seu confoederatio est illicita, quæ non fit principis authoritate, nisi quæ fit causa, vel religionis. vt plenè notat Bartolu. in. d. l. fina. ff. de collegi. illicitis. & Innoc. eleganter in. d. cap. dilecta. de excessi. prælа. sed hodie per. d. l. 2. ordinamenti licet fiat causa pietatis talis colligatio, collegiũ, seu cõfoederatio, nõ potest fieri sine authoritate principis, vel prælati. Quinimo dicit Bald. in titu. de summa trini. & fide catho. in. §. firmiter. nu. 10. in decreta. ꝙ congregatio dici potest eo ipso, quòd est approbata per dioecesanũ. Et si religio non est approbata per Papã, vita eorũ dicitur superstitiosa, & religio ambitiosa. Et licet sit causa pietatis, requiritur dicta authoritas. vt Inno. vbi suprà, & Bal. in authen. habita. C. ne filius pro parte. nu. 45. & Abb. in. consil. 55. in primo vol. & Mõtal. in gl. ordina. in parte, liga. ¶ Et tali fraternitati potest legari. vt in. l. cum senatus. ff. reb. dub. &. l. quarta. titulo tertio. partita. 6. & Plato. in. l. 3. C. de venden. reb. ciuit. lib. 11. ¶ Et potest sua bona alienare absque alia solennitate quia nõ est collegiũ pium, sed seculare, & omino profanum. vt Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. si. nume. 3. Felin. in. c.

nullum iudicium. de foro cõpe. in fine. & tenet Francis. Balb. in tract. de præscrip. in. 1. parte. 5. part. principa. nu. 6. fol. 91. in libro paruo. quia non gaudet priuilegis tributis ecclesiis. Et sic tenet Bart. & Iatius Paul. de castro. in. d. l. cùm senatus. de rebus dubi. quòd licet istæ fraternitates fustigatorum faciãt collegium licitum, quia ad pium ministerium, cùm sint merè laici, debent conueniri coram iudice seculari. & ita consuluit. & idem tenet Socinus ibi. final. colu. & hoc si conuenitur ipsa fraternitas: nam si singulariter, nõ est dubium. Sed quid si sunt aliqui eorum clerici? Vide Bart. in. l. sodales. ff. de collega. illici. nu. 14. &. 15. & Feli. in. d. c. nullum iudicum. & in. c. ex literis. de constitu. in princip. Additio. Abb. in. c. 1. de electi. in fine. ¶ Nec de istis relictis fraternitati debetur episcopo quarta canonica, quia non sunt personæ ecclesiasticæ. vt Paul. de Cast. in. d. l. senatus. ¶ Confoede-
11 ratio, seu congregatio quoq; permittitur † pro defensione sua, & rerum suarũ: quia potest tunc stipendiarios, & amicos congregare, & propter hoc non dicitur bellum, sed defensio. Item pro recuperatione possessionis, dũmodo fiat in continenti. Et nõ solùm permittitur hoc laicis, sed etiam clericis. Et hac causa licitum est arma mouere, & contra subditos rebelles & inobedientes armari debent iura, & homines, & licitè fit eis bellum, tam à dominis temporalibus, quàm à spiritualibus. Et manu militari vtendum est contra rebelles subditos, vbi alia remedia non sufficiunt. tenet Bald. in margari. Innoc. in parte, congregare, quod nota. ¶ Alias actores taliũ
12 confoederationum † poena legis Iuliæ maiestatis tenentur. vt in. l. quisquis. ff. de collegi. illici. & in. l. 1. ff. ad. l. Iulia. maiesta. ibi, quoue cætus. & tenetur. l. Iulia. de vi publi. vt in. l. denuntiamus. C. qui ad eccle. confuge. vt tenet Montal. in dicta glos. ordina. in parte, liga & dixi suprà in glo. proxima. ¶ Quinimo dicit Montal. ibi,
13 quod iudex superior † potest mandare, vt portentur coram se statuta collegiorum, vel cõfoederatorum: & si quæ sunt in eis quę sapiant monopolium, procedet cõtra eos. vt in. l. vnica. C. de monopolijs. vbi hoc notat Bal. Et idem Bal. in titul. de pace iura. fir. §. conuenticulas. in vsi. feudo. nu. 4. & Alex. in additio. ad Bar. in. l. sub prætextu. ff. de extraor. crimin. * Et vi. infrà. in c. 17. in. glo. *prouocer* in fine in additione. * Quinimo ibi Bar. & Bal. vbi suprà dicũt, ꝙ si potestas reperit in vna societate statutũ inhonestum, potest statim eo ipso cassare societatem. sequitur Roma. singu. 344. ¶ Et propter hæc, quæ dicta sunt, secundùm eundẽ Mõtal. ibi, iudex curare

† debet,

14 † debet, ne in sua prouincia tumultus, aut conuenticula fiant, ne damnum inde sequatur. vt in l. 16. titu. 4. parti. 3. qui tex. est singula. & habuit ortum à. l. congruit. & à. l. 3. ff. de offi. præsid.
15 ¶ Et quoque dicit, ꝙ est casus proditionis, † si quis fraternitates, seu cõiurationes militũ, seu locorũ contra regem facit, ex quibus regi, aut patriæ damna oriãtur. vt in. l. 1. titu. 2. parti. 7. Dic vt suprà. vt in glo. proxima. ¶ Intantũ istæ cõ-
16 fœderationes prohibentur, ꝙ menachi. † vel fabri nõ possunt inter se statuere vel pacifica, ꝙ de labore vnius, nõ se intromittat alter. Et idem in scriptoribus, & similibus, nisi tota ciuitas hoc statuerit. Et specialiter punitur Primas artis illius: qui hoc cõsentit. vt notatur in. d. l. vnica. de monopoli. & Bal. ibi. Tamẽ potest alicui ius cõpetere, vt alibi, quã in locis suis victualia non vendãtur. Et idem dicin furno, & molẽdino, & similibus, vt possit ex consuetudine, seu priuilegio cõpetere hoc ius in illo loco, quod alius nõ exerceat, si inhibitũ acquieuerũt prohibitioni per tempus legitimũ ad præscriptionẽ complẽdam. tenet Abb. in. c. significãte. de appella. nu. 1. & Cepola in tracta. de seruitu. in tit. de furno. 2. q. & Guid. pap. decisi. 298. & Faber in. §. æquè. Institu. de actio. nu. 20. Bertachi. in suo reperto. in parte, coquus. * Et Stephanus Bertrãdus consil. 1. nu. 28. in. 3. par. consi. & vi. singulariter Io. de Neuiza. cõsil. 43. nu. 7. vsque in fine. * ¶ Et vide Montal. vbi suprà, vbi quoque ait. quòd
17 non valet † statutum, quòd non ematur, vel vẽdatur frumentum, nisi certo pretio. & idem in alijs rebus venalibus secundum Bal. vbi suprà. sed lex bene potest facere. vt cauetur in Pragmatica facta per nostrum Carolum regem in villa de Madrid, anno proximo. 1539. Octobris. 10. die. per quam imposuit pretiũ frumẽto. quam per te vide.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, & potestates terrarũ qui sequuntur partiales reformationes, incidunt in pœnam, si ex partialitate sua sequatur dãnũ, vel iniuria alicui.*
2 *Partiales dãna infercẽtes, & iniurias, tenẽtur ad refectionem damnorum, & iniuriæ satisfactionem.*
3 *Partialitas terrarũ dicitur infortunium: & ideo si vir propter partialitatẽ exulatur, mulier potest dotem repetere.*
4 *Iudex non debet esse partialis in arbitrarijs.*
5 *Iudex dum ex officio procedit, an debeat imponere pœnam ordinariam, vel arbitrariam numero. 7.*
6 *Officialis in syndicatu cõdemnatus ex generali inquisitione non efficitur infamis.*
8 *In arbitrarijs arbitriũ debet esse iuri, & æquitati cunsonum, alias non valet.*
9 *Iudex, qui habet potestatem disponendi secundum conscientiam, seu arbitrium, non debet sequi propriam conscientiam, sed publicam.*
10 *In arbitrarijs iudex debet facere suũ arbitriũ cum consilio peritorum.*
11 *Vt partialitatem iudex euitet, non debet habere nimiam familiaritatem cum subditis: quia ex conuersatione æquali nascitur contẽptus dignitatis.*
12 *Si partialitas est in ciuitate inter aliquos, potest iudex ad euitanda scandala, & rixas, iubere, & vetare, quòd vnus non transeat ante portam vel domum alterius.*
13 *Si de possessione alicuius loci est contentio inter duos, & est timor, ne veniant ad arma, potest iudex præcipere vtrique, ne ad illum locũ vadant.*
14 *Hospitiũ potest quis cogi mutare propter partialitatem, causa vitandæ discordiæ.*
15 *Episcopus potest iubere archipresbytero suo, ne transeat per contratum duorum fratrum, quorum patrem interfecerat.*
16 *Inimicitia quando est inter aliquos, potest iudex prouidere futuris scãdalis, præcipiẽdo sub pœna, ne per certos fines incedant.*
17 *Quilibet officialis ex causa potest prohibere, ne quis accedat ad fundum.*
18 *Arbiter potest prohibere duobus inimicis, vt vnus non vadat per portam alterius.*
19 *Potestas potest præcipere subdito, ne discedat de domo sua.*
20 *Scandalis, & rixis iudex occurrere, & prouidere debet.*
21 *Iudex debet prouidere ne partes veniant ad arma.*

Iudex

Universidad de Deusto
Biblioteca

22 *Iudex non debet studere in criminalibus de cõ cordia partium anteaquam puniat.*

An pars potest se componere, seu pacem facere post sententiam.

23 *Ad pacem potest compellere iudex, quãdo inimicitia esset scandalosa, & respublica inquietaretur.*

24 *Ad compromittendum potest cogere iudex, quando videt, quòd via iudicij, vel sententiæ non potest bene sedari discordia.*

25 *Contendentes de possessione, & properantes ad occupandum: si inter eos præsumitur verisimiliter ad arma venire, possessio sequestrabitur.*

c **Parcialidad.** c Hac de causa dicit Bald.in.l.de eo. C. de poena iudi. qui mal iudi.in princip. nu.2. q

1 potestates † terrarum, qui vadunt ad terras, vbi sunt diuisiones in populo, qui non possunt salua conscientia pertrãsire, sed oportet eos sequi partiales reformationes, incidunt in poenam. c. cùm æterni. de re iudi.in.6. ¶ Quod intellige verum, si ex sua partialitate sequatur alicui iniuria vel damnum, aliàs non: vt dixi in gloss. *ne se intaran.* fi.col.versic.secundo fallit. & arg. eorum, quæ tenet Inno.in.c.fi. Quod metus causa.n.3. versi. Item nobis videtur. & Bald.in. c.1.§. iniuria.in titu. de pace iura. firma. nume.5.in vsi. feu

2 do. versi. quæro. vbi tenet, † quòd si partiales inuicem inferunt iniurias & dãna tenentur ad refectionem damnorum, & satisfactionem iniuriæ. Sed hoc Bald.ibi dicit verum, quòd tenentur, scilicet illa pars, quæ iniustè egit. & sequitur Alex.in additio.ad Bar.in.l.iniuriarum. ff. de iniurijs. ¶ Et dic, quòd partialitas terrarũ dicitur infortuniũ: † & ideo si vir efficiatur exul,

3 non solùm propter culpam suam, sed etiam propter partialitatem, mulier poterit dotem repetere: quia exilium paupertatem inducit. vt gl. in authen. de exhiben. & intro. rei in prin. colla. 5. & idem tenet Ioan. And. in additio. ad Specu. in titu. de dona. §. fi. versi. quid si vir est in bãno. Bart. in.l. si constante. in.5.q.1. partit. principal. ff. solu. matri. & idem Bart. in.l.1. C. de decurio. & in.l.2. in princip. ff. solu. matrimo. Angel. in l. cũ acutissimi. §. illud. C. de præscrip. 30. anno. Anto. de Butri. in.c. per vestras. de dona. tenet ad literam Alexan. in.l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. eod. solu. matrimo. nu.3. & Ludo. Roma. consilio. 187. in. fi. vbi dicit, quòd eo ipso, quòd maritus à ciuitate absens est, aut tanquam exbãnitus cum bonorũ publicatione, aut tanquam alio modo exul sine publicatione locus est repetitioni dotis. vt per glos. in. d.l.2. in princi. & per alia iura supra allega. & idem quod Alexã. in. d. §. si marit⁹.

parcialidad c con tenet Ias. in. d.l. si constãte. nu. 145. versi. amplia istud. loquẽdo in dicta partialitate. ¶ Notari potest ex text. ibi. *ni parcialidad.* q etiam in arbitrarijs iudex non debet esse

4 † minus partialis & fauorabilis alteri parti. notat Inn. in dict. ca. cùm æterni. de re iud. in. 6. & certè cùm laxius dãtur habenæ, ille magis dbet habere præ oculis æquitatẽ. vt in authẽ. ius inrãdo, quod præstatur ab his. collatio. 2. in nigro. & hoc dicit tex. notabil. & vulga. in. l. q si ephesi. ff. de eo quod certo loco. & tenet Bal. in. d.l. de eo. nu. 3. & in. l. quocunque. C. de seruis fugi. col. 5. nu. 18. vbi ait, q in arbitrarijs iudex debet inclinare in mitiorem poenã, vt in. c. de causis. de offi. delega. non tamen debet esse nimis gratiosus. vt in regula, in poenis. de regul. iur. in. 6. & ibi Ioann. And. in nouella. & idem tenet Bal. in. l.1. in prin. ff. de his, qui sunt sui vel ali. iur. ¶ An iudex procedẽdo ex officio debeat impo

5 nere poenam † ordinariam, vel arbitrariam? Vi. Abb. in rub. de iudi. nu.3. &.5. & quæ dixi supra in dicta gloss. *derechamente.* & eundem Abb. in c. inquisitionis. nu.1. de accusa. nu.2. vbi tenet, quòd de iure canonico miti⁹ punitur, per viam inquisitionis, quàm per accusationem. De iure autem ciuili non reperit quòd hæc differentia fiat in impositione poenarũ, sed par imponitur poena. per bonũ tex. in. l.4. C. de sepulchr. violat. facit. l. ordo. ff. de public. iudi. & qđ notatur in. l.2. §. si publico. ff. de adulteriis. Ex quo infert Abb. ibi, q faltẽ de iure canonico ex inquisitione nõ efficitur infamis: quia sicut recceditur à poena ordinaria delicti imponẽda per hominẽ, ita eadẽ æquitate videtur recessum à poena iuris, quæ est infamia, quæ sequitur cõdemnatum pro crimine. vt in. l. infamem. ff. de publicis iudicijs. & secũdùm ius canonicum potest esse vera glos. in. l.3. §. præterea. ff. de suspectis tutori. & in. l.1. C. de modo multan. quòd condemnatus ex inquisitione, non est infamis. nã de iure ciuili Barto tenet oppositum. in. d.l. infamem. Et potest esse ratio secũdùm eund. Ab. quia de iure ciuili regulariter non potest procedi per inquisitionẽ, nisi in certis casibus: de iure autem canonico semper potest procedi, præcedente infamia. Quæ ratio dicit Frãc. de Aretio ibi in. d. cap. inquisitionis. column. 2. non videri suffi-

ri sufficiens: quia grauamẽ illatum in modo procedendi, non est iusta causa alterandi pœnã. vt plenè declarat Bart. in. l. ictus fustium. ff. de infami. vlti. quæst. & in. d.l. infamem. & Bald. ibi. & in. l. etiam. C. de furtis. vbi in effectu concludit Bald. in. dicta. l. infamem. quòd ex inquisitione generali condemnatus non efficitur infamis.

6 Vnde infert, quòd si officialis † in syndicatu cõdemnatur virtute generalis inquisitionis cõtra se factæ, non efficitur infamis: quia non potest dici, quòd inquisitio succedat in locum accusationis, quoniam accusatio non potest fieri sine specificatione criminis. ca. libellorum. 2. quæst. 8. Et hanc sententiam sequitur Ioann. de Imol. in. d.l. his qui reus. & in. d.l. infamem. Sed dominus Areti. vbi supra dicit, quòd in hoc non est standum: quia Bald. ponit exemplum, quando ex ipsa potest sequi condẽnatio de iure, quia formatur cõtra certã personam pro administratione vnius officij. vt in. l. vnica. C. vt omnes iudicãtes ciuil. quàm crimi. quo casu ex inquisitiõe generali potest sequi sententia condẽnatoria, & absolutoria. vt notat Ang. in. l. si vacãtia. C. de bonis vacan. lib.10. ¶ Sed tu vide Abb. in. ca. at si clerici. de iudic. nu.34. vbi indistinctè tenet

7 q † si probatum est crimẽ per modum inquisitionis, venit quis mitius puniendus, quàm si ageretur viã accusationis. per. l. hodie. ff. de pœnis. & Bald. in margarita. Inno. in parte, poena. tenet idem quòd Abb. in. d.c. inquisitionis, scilicet, q pœna ordinaria nõ imponatur ex inquisitione secundum canones, sed secundum leges sic. vt notat Innocen. in cap. cum. p. de purga. canoni. Quod limitat & dicit esse verum Bald. ibi, quando proceditur cũ plena causæ cognitione, sec⁹ si incidẽter, & summatim, quia tũc extraordinariè etiã secũdũ leges nõ põt puniri. vt notatur in. l. nullus. C. de testi. & idẽ tenet Hippol. de Marsi. in sua practi. crimi. §. cõstãte. fi. col. n. 100. & nu. 84. & vi. Socinum in fallen. in parte, poena. regula. 293. ¶ Attamen in arbitrariis eius

8 arbitrium debet esse iuri † & equitati consonũ, aliàs non valet. Ita tenet Ludoui. Roma. in consilio. 376. vbi pro hoc allegat glos. in. l. eas causas ff. de conditio. & demõstra. & latè Hippoly. de Marsi. in sua practi. crimi. §. diligẽter. num. 24. & in. l. quæstionis modum. ff. de quæstio. num. 71. cum sequẽtibus. vbi quoque dicit, quòd qui

9 habet † potestatem disponendi secundùm conscientiã, vel arbitrium, nõ debet sequi propriam conscientiã, sed publicam. tex. iũcta glo. in. c. iudicet. 2. q. 7. & voluit Cyn. in. l. quisquis. C. ad. l. Iuli. maiest. & Ias. in. l. sic legatum. ff. de legat. 1. nume. 28. cum sequentibus. Et ideo dixit Bald. in dicta. l. de eo. C. de poena iudi. qui malè iudi. iudicem debere sequi regulas legum. & non conscientiam suam, quæ legibus aduersatur. De quo etiam per Bald. in. l. 2. in tertio notabi. C. de fideicõmissi. & per Roma. in repetitio rubri. ff. de arbi. colum. 2. ad finem. & tex. in. l.1. ff. de solu. tex. & ibi Bald. in. l. certi iuris. in. fine. C. de iud. & Ias. in. §. sed iste. col. penultima. Institu. de actio. glo. & vide Anto de Butri. in capit.

10 vt debitus. de appella. vbi dicit, † q in arbitrarijs iudex debet facere suum arbitriũ cum consilio peritorum. & allegat quæ habentur in ca. ne innitaris. de cõstitu. & subdit ibi Domi. Anto. perillam glo. quòd si cõmittitur aliquid iudicij expediendum secundùm quòd sibi videtur, intelligitur tamen habito consilio peritorum. quod etiam voluit in capitu. 1. de constitu. quẽ sequitur Cardi. Alex. in. c. vt debitus. de appella. in. col. & Matheſil. in notabi. 13. incipiente, nota q vbi iudex. & Fel. in cap. quoniã frequẽter. §. porro. vt lite nõ contesta. & Hippo. vbi su

11 prà. ¶ Consulo tamẽ iudicibus, vt abstineant se ab ista partialitate, † tam in arbitrarijs, quàm in alijs, & vt euitent nimiam familiaritatem subditorum: quia ex conuersatione æquali, nascitur contemptus dignitatis. vt dixit textus in. l. obseruandum. ff. de offi. præsi. & tex. in. l. 8. tit. 4. parti. 3. * Et test. in. l. 49. titu. 5. part. 1. quasi in fine & ibi Grego. Lopez & tex. in. l. 17. titul. 22. part. 1. * Et alibi dicit Canon, Dum nimium seruatur humilitas, regendi frangitur authoritas. vt in capitulo. quando. 86. distin. 1. vilis & contemptibilis habetur. secundùm Archidi. ibi. pro ut tenet Abb. in cap. dilectus. de poenis. num. 2. & idem in prooemi. Grego. num. 2. vnde infert illud vulgare, Familiaritas nimia, contemptum parit. sed dicebat Azo. illud verbum procedere inter fatuos: quia fatui tantùm contemnunt præsidentem ex familiaritate, non tamẽ prudẽtes: imò magis præsidem cõmẽdant. de quo per glo. in dict. cap. quando. secundùm Abba. ibi.

12 ¶ Nota vnum singula. in materia partialitatis, quòd si in aliqua ciuitate † adest partialitas, vel inimicitia inter aliquos milites, vel alios potentes, potest iudex vetare, & præcipere sub certa poena, quòd vnus non trãseat ante portam, vel domum alterius. Et est iusta causa vetandi propter rixas, scandala, & pericula euitãda. vt tenet Bart. cum quo cæteri doctores transeũt in. l. qđ iussit. ff. de re iudi. & ibi Alex. nume. 3. & Ias. latè, num. 25. vbi dicit, quòd pro hoc allegat Bart. text. in. l.1. §. fina. ff. de officio præfecti vrbi. in verbo, solitarium regionum. * Et Peregrin. in parte inimicitiæ & vid. Baldu. in. l. curatores.

ff. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff. de officio procur. Cesar. vbi tenet q̃ tumultuosus & iniuriosus pōt, prohiberi ne accedat ad aliquem locum. Ange. & Imol. & Alex. addūt text. in l. si cuius. §. sed si inter duos. alias incipit. l. æquissimum. ff. de vsufru. vbi est text. notabil. quod si duo † contendunt de possessione
13 alicuius loci, & est timor ne veniant ad arma, & rixam, potest iudex præcipere vtrique eorum sub pœna ne vadant ad illum locum. ¶ Item per istam glos. dicit Raphia. Cuma. se putare, quod
14 eodem modo possit quis cogi † per iudicem mutare hospitium in quo habitat causa vitādæ discordiæ prout tenet Iaso. ibi in fi. d. l. quod iussit. quod ego iam pluries feci. Et idem dicit in epi-
15 scopo, quòd episcopus † potest licitè præcipere suo archipresbytero sub pœna ne transeat per contratam duorum fratrum, quorum pater interfecerat, ne eorum animos prouocaret. Ad quod addit Iaf. Idē quod tenet Ioann. And. post Guidonē. de Suza. in additio. ad Specul. in titu. de pigno. §. sequitur. versi. quid si timeo.
16 vbi tenet, quod quādo est inimicitia † inter aliquos, iudex potest prouidere futuris scandalis, præcipiēdo sub certa pœna, ne per certos fines incedant. arg. in d. l. 1. §. fina. ff. de officio præfe. vrb. Quam decisionem in Ioann. And. refert, & sequitur Alex. in l. qui bona. §. si quis iusto. ff. de damno infecto. ¶ Tamen licet sit prohibitus accessus ad certum locū, vel ingressus palatij, cōtrafaciens ex causa inevitabili, non punitur. tenet Bal. in c. monasterium. de vita & honestate clerico. arg. l. Cæsar. ff. de publica. Et est ratio: quia persona agēs est illa, quæ debet puniri, sed ista non est persona agens, sed patiens, quia per vim patitur. vt ait Seneca in epistola. c. 7. ad Lucillum, ducunt volentem fata, nolētem trahūt. ¶ Item tu adde text. in l. fina. ff. de offi. procur. Cæsa. in verbo, veluti contumeliosum. vbi est
17 text. q̃ procurator Cæsaris, & quilibet † officialis potest ex causa prohibere, ne aliquis accedat ad talem fundum. Et per illū tex. decidit ibi in terminis nostris Alberi. de Rosa. post Iacob. de
18 Aretio, quòd si sunt duo † inimici, arbiter potest prohibere ne vnus vadat per contratam alterius, & e contra. Idem tenet Alberi. in l. fi. ff. de interdi. & relega. vbi ait, q̃ iudex potest præcisè præcipere alicui, ne vadat per contratam alicui inimici sui. per d. l. 1. §. fina. Et idē tenet Iaf. ibi in d. l. qđ iussit. nume. 27. tenēdo contra Bal. q̃ iudex potest iubere alicui, ne ex eat domum suam. quem text. allegat singu. Alex. ibi. Sed secundùm Iaf. ibi dicit, q̃ Alberi. in dict. l. fina. no
19 tat ex illo text. † q̃ præses prouintiæ, & potestas, potest præcipere subdito suo sub poena, ne discedat de domo sua. Et quod nō obstet dictū Bal. in c. Quintauallis. de iureiur. col. 2. vbi tenet, q̃ arbitrator pro bono pacis non potest mādare alicui q̃ exeat ciuitatem suam. Et similiter non potest iudex præcipere alicui, ne exeat domum suam, quia esset species seruitutis: nisi hęc potestas esset sibi specialiter cōcessa à principe, qui tex. in d. l. fin. propriè loquitur, quādo prō pter delictum cōmissum quis punitur à præside ista poena, ne quis exeat de domo sua, sicut propter delictū, posset cum confinare in aliquo loco, ne inde recedat. Sed in casu nostro, & in materia nostra nō est delictum, sed solus timor rixæ, & armorum, secundùm Iaf. vbi suprà, quā uis Alexā. ibi alleget. d. l. fina. ad materiam nostram. ¶ Ratio dictorum potest esse, licēt dasinō
20 dicat: quia scandalis † iudex prouidere, & occurrere debet. vt in l. æquissimum. ff. de vsufru. & tenet Abb. in c. licet. de probatio. colu. 15. nu. 36. in fine. Et ibi tenet Anto. Fran. in additio.
21 q̃ iudex debet semper prouidere, † ne partes veniant ad arma: quia eius officium est partes concordare, si sint discordes. vi. Bart. in l. de die. ff. qui satisda. cogan. & in l. obseruādum. ff. de iudic. per Alexand. in l. athletas. §. Item si quis. ff. de his, qui not. infami. vi glo. in ca. 1. de mutuis peti. quod dicit Alex. verum in additio. ad Bar. in d. l. si vsusfructus. §. sed si inter duos. ff. de vsu
22 fructu. & ibi Angel. in ciuilibus, † secus in criminalibus, quia in eis non debet iudex studere ad reconciliationem. vt per Bald. in l. cùm affirmes. C. de liber. caus. & in l. transigere. C. de trā sa. num. 13. col. 3. ¶ Quinimo si iudex in crimina libus ante punitionem delicti, & ante solutionem poenæ cogit offensum ad pacem cum delinquente, tenetur in syndicat. secundū Bald. in d. l. cum affirmes. & tenet Amod. Iusti. in tract. syndi. in parte, Item in eo q̃ plures innocentes. col. 6. versi. Iē tenetur. & idem Bald. in l. 1. ff. de offi. præf. vrb. & in cap. 1. de pace tenē. glo. in c. per venerabilem. de ele. & Bart. in l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordi. facien. Notat Bart. in. d. l. quos prohibet. ff. de postulan. dicens, q̃ pax nō potest fieri per iniuriatū ante condēnationē. allegant glo. singu. in l. 2. ff. ad Sillania. & quod notat Bald. in l. ex stipulatione. C. de senten. & in l. 1. §. quies. ff. de offi. præse. vrb. & Ioannes Andre. in additio. ad Specula. in titu. de pigno. §. sequitur. versi. q̃ si timeo. Sed intelligo Bar. in d. l. quos prohibet. scilicet. q̃ pax nō potest fieri ante condēnationem, est verum per compulsionem iudicis, secus ex voluntate partis. vt tex. in l. 22. titu. 1. par. 7. & tex. & ibi docto. in l. transigere. C. de transa. Quæ pax potest fieri etiam

post

post latam sententiam. vt Bartol. in l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his, qui not. infa. numero. 7. Per quod d. Bartol. extenditur. d. l. parti. quæ dicit, quòd debet fieri ante sententiam: & sic quòd non solùm ante sententiam, verum etiam post sententiam potest fieri. quod nota. & idem tenet Alex. in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis. numero. 1. si renuntiat sentētiæ pro se latæ. per gloss. in l. si diuersa. C. de transa. & ibi quoque Alexan. numero. 3. & vide Bal. singula. in capitul. nisi specialis. de officio delegati. numero. 1. vbi ait, quòd ne offensus patiatur dānum in re sua, potest remittere pœnam sententialiter impositam ad ipsius querelam, ne proprium suum perdat. quod dicit notandū per text. vnicum in l. qui poenæ. ff. de manumissi. ¶ Quoq; intellige, quòd post condemnationem, & solutionem poenæ potest iudex co
23 gere ad pacem, quando † respublica inquietare tur, & inimicitia eorum esset scandalosa in republica, quia tunc ad pacem potest compellere. vt in l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. tenet Bartol. & Pau. de Castro. in l. furti. §. qui iussi. ff. de his, qui not. infa. & idem Paul. de Castro. in l. quidam extimauerunt. ff. si cer. pet. nu
24 mero. 6. vbi dicit q̃ iudex † potest compellere partes ad compromittendū, quando videt per viam iudicij, vel sententiæ non posse bene sedari discordia inter partes, & q̃ sit oriturum inter eas scandalum, prout frequenter cōtingit. arg. in d. l. æquissimū. aliàs secus. Et ita debet intelligi secundùm eum, quod tenet Bald. in d. l. ex stipulatione. & ista opinio Paul. tenet Alex. in d. l. quidam æstimauerunt. num. 4. & dicit, quòd eam amplectitur Bald. in c. cùm ecclesia vulterana. de electione. ad finē. licet Bal. in. d. l. ex stipulatione. expresè tenet, quòd iudex etiā propter timorem scandali non posset partes cogere ad concordiam. vide quæ dicam in c. 6. infrà. eod. in gloss. pobres. numer. 25. ¶ Intantū iudex
25 debet occurrere scandalis, q̃ si aliqui † contendunt de possessione, & vterq; properat ad occupandum, & verisimiliter posset veniri ad arma inter eos, possessio sequestrabitur, & mandabitur vtrique, ne accedat sine licentia iudicis: & si post interdictum iudicis accedit, punitur, & reuocabitur statim à possessione. vt tenet Bal. in l. edicto diui. C. de edicto diui Adri. tollē. 1. col. numero. 3. & est tex. in dicta. l. æquissimum. §. sed si inter duos. aliàs est lex si vsus fructus. §. sed si inter duos. & sequitur illicò. l. equissimum. & tenet Abb. idem quod Bald. in capitu. dilectus. de sequestra. posse. & fru. licet de Bald. nullam mentionem faciat. numer. 10. & 12. & Bald. in l. fi. C. de ordi. cogni. faciunt cumulata per Feli. in ca. nihil cū scādalo. de præsumptio. ¶ Quod intelligitur verū secundùm Alex. in additio. ad Bart. in d. §. inter duos. Si neuter contendentium possideat: quia si vnus possideret, nō possidenti inhiberetur possessio, & non potest sequestrari. Bald. in l. 1. colu. 1. versi. quædam est. C. de sequestra prohibi. & idem Bald. in l. fi. C. de ordi. cogni. & in cap. 2. colum. 2. de vita & honesta. cleri. & in l. ordinarij. C. de rei vendi. Quod refert, & sequitur Iaso. in. d. l. quidam extimauerunt. 3. colu. nu. 4. vbi dicit hoc esse quotidianum: quia propter metum armorum non debet fieri sequestrum, nec recedi à tramite iuris, nisi quādo dubium est de possessione: secus quando vnus possidet, alius non. & idem tenet Hippo. de Marsi. in sua practi. crimi. §. pro complemento. fin. col. nu. 45. & idem tenet additio. Ab. in. c. examinata. de iudic. in additione, quæ est in nu. 13. col. 4. in parte, si iudex. vbi tenet, q̃ iudex præcipiat nō possidenti vt non molestet possidentē sub certa poena. Item tenet Petrus de Ferra. in sua pract. in forma libelli sequestri. co. 2. nu. 6. versicu. sed circa. & vltra eos allego glo. in cap. accedens. el primero. vt lite non contesta. in parte, turbare.

SVMMARIVM.

1 *Adunatio dicitur cum vno tantùm. nu. 10.*
2 *Stante statuto, quòd puniatur producēs testes falsos, habet locum in producente vnum testem falsum.*
3 *Testator iubens bona sua distribui inter pauperes, possunt in vnum distribui.*
4 *Protestatio quæ debet fieri coram vicinis sufficit si fiat coram vno.*
5 *Apellatio quæ debet interponi coram honestis personis quando copia iudicis non potest haberi, sufficit si appellatio interponatur coram vna honesta persona.*
6 *Plurale ponitur pro singulari.*
7 *Pluralis loquutio, an vno numero sit cōtenta.*
8 *Decedere non dicitur sine liberis, qui ex matrimonio vnicam filiam reliquit.*
6 *Medici quando plures requiruntur, si in loco non possunt haberi, an sufficiat vnus.*
10 *Statutum disponens, quòd accedens ad domū alterius cū hominib⁹ armatis puniatur, an verificetur, si accesserit cū vno homine armato.*

Ninguno

Universidad de Deusto Biblioteca

d 1 Ninguno. d Nota tex. quòd partialitas, & cõfœderatio † cum vno solo contrahitur. idem tenet Bart. loquendo in adunatione in l. si rixa. 3. column. ff. de sicarijs. & in l. si criminis. C. de vi publica. vbi dicit, quòd formæ actionum coaduna ninguno, d ni alguntæ debent intelligi, etiam si adunauit vnũ. per l. 2. §. 3. ff. vi bono. rapto. quòd dicit mentitenẽdum. ¶ Et facit quod tenet in. d. §. 3. vbi dicit in simili, quòd stante statuto, quòd si quis produ-
2 xerit testes † falsos puniatur, quod habet locũ in producentè vnum falsum testem. Et vi. Alex. & Iaso. in l. gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posthu. 1. col. vbi idem tenent. & Albericus de Rosa. in. 2. part. statu. quæs. 28. & ibi dicit quòd idem sit, si ad vnum actum probandum producat duodecim in eadem causa, non debet puniri pro quolibet, nisi pro vno, quia est vnum delictum. Secus si in diuersis causis ad diuersa facta
3 probãda. ¶ Item facit: quia si testator † iusit bona sua distribui inter pauperes per Titiũ, quòd Titius potest in vnum distribuere, licet in hoc contrarium tenet Bar. per ea, quæ habentur in l. 2. ff. de optione lega. & Alexan. in dict. l. gallus. §. quid si is. quia in expresso tenet Paul. de Castro. in. l. cùm quidam. ff. de lega. 2. nume. 4. dicẽdo, quòd prima opinio est vera, & sic quòd in vnum potest distribui, quando est facta electio cum discretione, & iusta causa, si bona non multùm valent, & ille multùm meretur, quia nobilis, & virtuosus, & cum illis bonis potest ascendere ad magnum gradum, & sic relinquitur arbitrio superioris, vt episcopi. ¶ Facit ad idem, quod tenent Bartol. Alex. & docto. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nuntia. maximè ibi Alex. in fine, vbi ait, q
4 quando timetur de prætore, † de denuntiatione, debet protestari coram vicinis, & sufficit, pbari per testes, quòd coram vno tantùm vicino facta fuit protestatio. secundùm Specu. in titu. de primo &. 2. decreto. §. iam de effectu. versic. quid si nunc sufficeret. Lapus allega. 38. aliàs. 40. vbi ad hoc allegat. l. vt perfectius. cum glo. in versicu. tabularum. C. de annali excep. & ca. vt circa. de electio. in. 6. & Romanus ibi in. d. §. si quis ipsi prætori. dicit, quòd alibi non reperitur tactum, & quòd omnes scribentes ita volũt maximè Anto. de Butri. in capitul. pastoralis. §. præterea. de offi. delega. & idem tenet Imol. in. capitul. fina. de appella. ¶ Vbi quoque tenet
5 Imol. quòd appellatio, † quæ debet interponi coram honestis personis, quando non potest haberi copia iudicis qui sententiam tulit, sufficit si appellatio interponatur corã vna honesta persona, adhibitis tantũ testibus. per tex. in. d. l. vt perfectius. & Abb. in. d. ca. pastoralis. §. 1. de
6 offi. delega. ¶ Et sic quòd plurale † ponitur pro singulari. vt in. l. diuus. in fi. ff. de peti. hæredi. & in. l. 2. §. exactis. ff. de origi. iuri. gl. in. l. falga. ff. de condi. & demonstr. & glo. in princi. Institu. de iure persona. Et non solùm in materia fauorabili, verum etiam in pœnali, & sic odiosa plurale ponitur pro singulari. Bar. in. l. si quis alteri. per illum text. cum glos. C. ad. l. Iuliam. maiesta. quia licet omnes leges loquantur in plurali, & dicant, præcedentibus indicijs, tamen sufficit vnum indiciũ, & sic in materia odiosa plurale pro singulari ponitur. vt tenet Iaso. in. d. l. gallus. §. quid si is. num. 3. ¶ Vbi dicit, quòd facit quod tenet Bald. in. l. 1. notabi. C. de conditio.
7 inserti. vbi pluralis † loquutio vno numero est contenta. vbi infert Bald. quòd stante statuto, quòd si supersunt masculi, non succedat soror: quòd si extat vnus solus masculus, ille excludit sororem: quia naturalis ratio magis attenditur, quàm pluralis loquutio. ¶ Item facit secundùm Bald. quòd stante lege, vel statuto, quòd si
8 mulier decesserit sine liberis, vir lucretur dimidiam dotis: quòd non dicitur decedere sine liberis, quando vnicam filiam ex eo matrimonio reliquit. facit text. in. l. non est sine liberis. ff. de verborum significatio. ¶ Item facit, quòd si testator dicat, si decesserit sine liberis, quia sufficit decedere cum vno. vt est glo. in. l. ex facto. §. primo. & ibi Bart. ff. ad trebellia. & idem dicit Bald. in dicta. l. 1. C. de conditio. insertis. generalius, quòd extante statuto, quod existentibus filijs masculis, filiæ fœminæ non succedant idem erit, si vnus masculus tãtùm extabit: secundùm Alexan. & Iaso. in dicto. §. quid si is. ¶ In simili vi. tu Abb. in cap. proposuisti. de probatio. numero. 4. versi. & primo. vbi tenet, quòd licet
9 plures periti † & medici requirantur in arte attestationis, si in eodem loco plures possunt haberi, sunt adhibẽdi, aliàs sufficit vnus solus. Bar. in. l. 1. §. 1. de ventre inspicien. & in. 1. constitu. di gestorum. per tex. in authen. de non alienãdis. §. quod ait. columna. 2. versic. vt neq;. & ille tex. est multùm notabilis: quia probat hoc dictum. & idem tenet Paul. de Castro. in. l. qui luminibus. in. fi. ff. de seruituti. vrba. prædi. & per Ange. in. l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ædilitio edicto. * Et de materia ista & quis potest eligere hos medicos in casu vulneris & de pluribus. q. in materia vi. late Peregrin. in parte medicus. * ¶ Sed contra nostrum text. tenet Iaso. in d. §. quid si is. d. legis, gallus. nu. 12. dicẽdo, quòd si statutum disponat, q si aliquis accesserit ad domum alterius cum hominibus armatis, puniat certa poena. vt in. l. 11. titu. 4. foro legum. lib. 4. vbi ponitur poena congregantis gentem ad malum, q nõ habet
10 locum, si accesserit cũ † vno homine armato. secũdùm Bal. in. l. iubemus. §. sint autem per tex. ibi. C. ad trebellia. & idem tenet Montal. ibi. in glo. illius. l. fori. quia nõ est eadem ratio. nã gra maior est iniuria, quæ fit à plurib⁹, & materia subiecta requirit pluritatem. vt. ff. de testam. in. l. vbi numerus. ¶ Secus verò dicit, quando statutum vtitur nomine collectiuo, vt quia dicit, si quis accesserit cum familia. vt in dicta. l. fori. & non habet nisi vnum in familia, tunc punitur: quia hoc nomen etiam in vno verificatur. vt in l. sint autem. & ibi Bal. C. ad trebellia. vbi Bald. dicit, quòd si statutum dicit, q si quis accesserit cum familia, habet locum in eo, qui cum vno accessit, cùm plures in familia nõ haberet. & sic intellige dictum Iaso. vbi suprà. & sic dicta. l. fori verificetur in coadunante vnum solũ. secũdùm Montal. ibi. & tenet iste tex. & facit tex. in. d. l. 2. §. sed si vnus. ff. vi bonorum rapto. ¶ Et Alex. & Iaso. in. d. l. gallus. §. qd si is. volunt concordare Bal. cũ. d. §. sed si vnus. & dicunt idẽ, quod Montal. scilicet, q maior iniuria fit accedendo ad domũ alicuius cum pluribus armatis, quàm si accedant cũ vno. tex. est notabilis in. l. si plures serui. ff. de iniurijs. & ita procedit decisio Bal. in. d. l. iubemus. sed quantũ ad damnũ si quis violenter rapiat, putà centũ, tantũ dãnum infert rapiẽdo cũ vno homine, sicut si raperet cũ mille hominibus. & ita loquitur. d. §. si vnus. ¶ Sed quid dicemus de. l. 1. tit. 10. lib. 4. in ordi. regali. vbi dicit, quod nemo faciat adunationem assonatam nec congregationem gentiũ sub pœna ibi posita: an si aliquis faciat illã assonatam, seu adunationem cũ vno homine, puniatur pœna: de qua in. d. l. quod videtur per supradict. sed tu dic cõtra, per verbum, gens, positum in ea, quod verbum verificatur in quatuor hominibus. vt Bar. in. d. l. 1. ff. de probatio. quod nota ad intel. illi⁹. l. fori. & dixi suprà in gl. *no se juntara.*

e Personas. e Quæ veniant appellatione personæ, dixi latè in. c. 1. in gloss. *de ninguna persona*.. & sic quòd cum illis personis, & vniuersitatibus contrahitur adunatio, confœderatio, & partialitas: siue sint ecclesiasticæ religiosæ, vel cuiuscunque qualitatis, & etiam si fiat cum muliere, vt dixit Paul. de Castro in. l. 1. §. iusgentium. in princi. ff. de iusti. & iur. & dixi in glo. 1. istius. c. nu. 2.

nos regidores, nicaualleros, ni otras

SVMMARIVM.

1 *Partialitas contrahitur etiam cum forensi, si ibi sæpe conuersatur.*
2 *Statutum ciuitatis habet locum in forensem, & contra eum, si ibi continuè conuersatur.*
3 *Contrahere non potest iudex cum forensibus, qui conuersantur in loco suæ iurisdictionis.*
4 *In conuersatione decẽnium requiritur.*
5 *Conuersatio, an faciat quem de foro.*
6 *Scholaris non efficitur incola alicuius loci ante decẽniũ: & ideo de contractibus, & delictis alibi commissis non potest conueniri in loco studij.*
7 *Conuersatio, seu habitatio assidua, an sufficiat etiam si non sit decẽnalis.*
8 *Domicilium an dicatur quis contraxisse, quãdo vẽdidit bona, & possessiones, & cõtulit se in aliũ locũ, in quo emit domũ, & possessiones.*
9 *Domicilium, an constituatur per decẽnium.*

f Tales pueblos. f Idem credere & tenere, q in pœnam confœderationis, adunationis, seu partialitatis iudex incurrit, si eam habet non solùm cum subditis suæ iurisdictionis, verum
1 etiam cum forensi, † si ex eius adunatione, & partialitate aliquis damnum recipiat, si talis forensis erat homo, qui sepe. & quasi continuè ibi conuersabatur, vel vtebatur. Quia licet sit verum, quòd forensis dicatur ille, qui non est subditus, nec habitat in eadem ciuitate, nec habet ibi domicilium, vt Paul. de Castro. consilio. 193. col. vlti. & in consi. 9. & Feli. in capit. quoniam. de offi. ordina. in principi. non habet locum in forensem, qui continuè ibi conuersabatur, vel vtebatur: quia iste pro ciue, & subdito reputa-
2 tur: & contra eum extenduntur † statuta ciuitatis, & non potest allegare ignorantiam. tenet Gandi. in tracta. maleficiorum. in tit. de rebus portan. contra deben. nume. 7. in fine, & Iaso. in. l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fide catholica. nume. 67. cum sequentibus. & Hippolyt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Marsil.in.l.fin.ff.de iu. isf.omnium iudi.nu. 81.in repetitio. ¶Et cum talibus forensibus,
3 qui conuersantur † in loco, iudex non potest contrahere: & si contrahit, contractus est nullus.vt tenet Alexand.in.l.principalibus.ff.si cert.petat.numer. 4.versic. quarto limita. & facit tex.iuc̃ta glossa. ibi

personas algũas de los tales pueblos, f

in.l.quisquis,C.si certum peta. ibi, si in prouin 1
cia fuit versatus. ¶Sed quod tempus in ista conuersatione requiritur? Angel.in consilio.27.di-
4 cit,quod in ista † conuersatione requiritur decẽnium, loquendo quando quis dicatur contrahere incolatum.vbi dicit,quod consuetus con-
5 uersari in ciuitate, talis conuersationis † vsus nõ facit quem de foro, nisi vsus sit assiduus, vt per. 10.annos continuos.secũdũ Cy.in.l.2.C.vbi senato.vel clarissi.vbi hoc expresse dicit. Et facit quod notat Innocen.in.c.ex parte.de foro compe.& idem tenet Alex.in consilio.165.in.6.volu.consiliorum.nume.3. ¶Tamen Bart.ibi in.l. 2.C.vbi decrimi.agi opor.dicit,quod licet tales non habeant ibi domicilium, ex conuersatione assidua sortiuntur ibi forum, & possunt ibi conueniri. Quod est considerandum: quia prædicti expresse dicunt, quod assidua conuersatio do-
8 micilium non inducit, sed quod facit quem sortiri forum.ita Bart.vbi suprà,& Feli.in cap. dilectus.de rescrip. col.6. versi. ad domicilium sortiendum.vbi dicit, quòd cautus debet esse ille, qui fundat se in assidua conuersatione,vt deducat dictũ tempus.10. annorum. Idẽ tenet Bald. in.l.1. versi.quarto quæro. C. vbi de crimi.agi opor. dicens post Iacob. Butri. quòd scholaris
6 † non efficitur incola alicuius loci ante decẽniũ: quia quotidie videt esse in via, donec est in studio: & ideo de cõtractibus, vel delictis cõmissis alibi non potest conueniri in loco studij. ¶Sed secundùm Felin. vbi suprà, est aduertendum, quia multi tenent sufficere conuersationem as-
7 † siduam, etiam non decennalem. ita Innocen. in.c.dilecti.de foro compe.& Salyce.in dicta.l. Senatores.& in dicta.l.2. C. vbi de crimi. agi opor.& Cardi.in cap.ex parte.de foro cõpe.dum modo ex coniecturis non appareat eum de loco recessurum. & ibi Abb.late col. secunda.dummodo etiam habeat certam partem fortunarũ suarum in illo loco. per illum text. videtur tamen Abb. ibi requirere ad finem, vt quis dicatur sortiri ibi domiciliũ. Sed ad finem, vt possit ibi conueniri, videtur velle, quòd sufficiat assidua conuersatio. Et pro ista parte vide late vltra omnes Maria. in cap. fina. de foro competẽ. colum.16.vbi vltra alios considerat, quòd nõ reperitur text. qui dicat, quòd requiratur habitatio decẽnalis. Nec obstat. l.2. C. de incolis. quia respondetur, quòd iura loquẽtia de habitatione intelliguntur, quando quis efficitur per ea incola. vt in dict.l.2.C.vbi senato. vel clari. & notãt Innocen. in dict. cap. ex parte. secundùm Feli. vbi suprà, vbi dicit, quòd ex dictis Mariani licet multa scribat, tres casus ordinat. ¶Primus, quando sola habitatio non habet aliam causam aut actum adiunctum significatiuũ assumpti, 10
vel non assumpti domicilij,& hoc casu sit arbitrarium, vt arbitretur iudex ipsam habitationẽ & moram. ¶Et sic sit in isto casu istius capitu. quod sit arbitrarium, vt ex ista cõuersatione domicilij possit partialitas notari, si fortè nulla alia causa adest constituti domicilij, nõ debet arbitrari domicilium constitutum minori tempore decẽnij. per text. iuncta glossa. in.l.est verum. C. de incolis. lib. decimo. Et facit quod de decurione notat glos. in.l.1.C. de seruis fugiti. Ita dicit sensisse Abb. in cap. fin. de parochijs. dum dicit, quòd si habitans non emit ibi possessionem, sed stat ibi in suspenso, tempus erit arbitrarium. ¶Secũdus casus est, quando habitatio habet admista aliqua significatiua domicilij: 8
quia in loco vbi prius habebat † domicilium, vendidit domum, & possessiones, & contulit se ad alium locum, in quo emit domum & possessiones, dicitur ibi constituisse domicilium. vt per Hosti. & Abb. in.d.cap.fi. & hoc modo intelligitur dicta.l.secũda. C. vbi senato. vel clari. cum alijs præallega. Et concludit late Maria. contra Abb. in dict. cap. ex parte, quòd habitus tertius patrimonij, vel maioris partis, non constituit domicilium, quia requiritur animus, qui cognoscitur per habitationem. Et dicit Abb. in.d.cap.fin. quòd vbi immediatè quis declarat animum suum, quod vult ibi habere domicilium, dicitur tunc habere sine alia exceptione temporis. ¶Tertius casus est, quando quis habi- 9
tauit decẽnio, † quia videtur habere animum perpetuò stãdi, & præsumitur ibi constituisse domicilium, etiam si prius nõ ostenderit alia signa domicilij acquirẽdi, putà, si petit simpliciter conducendo domum. ita loquitur text. cũ glo. in.d.l.2.C. de incolis. lib. 10. & ita intelligitur quod notat Ioan. Andr. & Abb. in proœmio decretali. per. l. cùm de in rem verso. ff. de vsuri. & glos. Bart. & Angel. in.l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniurijs. Speculator. in titu. de compe. iudi. aditio. §.1. versic. 45. & versicu. 51. ¶Sed hunc tertium casum limita tripliciter secundùm

cundùm Felin. vbi suprà in dict. capit. dilectus. de rescrip. ¶Primò dummodo decennium sit continuatum, secus si interpolatum. allegat Angel. in dict. §. domum. Sed Ioann. de Plate. in.l. necipsi. C. de incolis. lib. 10. num. 2. dicit, quòd si statuto cauetur, quòd quicunque habita

saluo q̃ygualmẽte g

uerit per decẽnium sit ciuis, requiritur ad hoc q̃ sit ciuis, q̃ habitauerit maiori parte temporis secundùm Iacobum de Aretio. & Barto. in dict. l. cùm de lanionis. §. fabinus. ff. de fundo instructo. ¶Secundò limita, nisi sit præsumptio, quòd etiam habitans decẽnio non intendat ibi contrahere domicilium. Exemplificat in scholari, qui stetit in studio decennio, & fortè studuit primò in vna facultate, & modò in alia, vel 1
fortè detentus alia extrinseca occupatione non potuit studium complere, & cõtinuè cogitat de repatriando: quia iste domicilium non fortitur per decennium. Et idem potest secundùm eũ exemplificari in quocunq; alio ostendente per exteriora signa, quòd non intendit domicilium fortiri. vt late per Felin. vbi suprà. quem vide. Et quòd per decẽnium habitando quis, dicatur vicinus, text. est in.l.23. titul.2. lib.7. in ordi. regali. & text. in.l.32. titu.2. partit.3. & text. in.l. 2. titu.24. parti.4.

SVMMARIVM.

1 *AEqualitas in iudicijs etiam arbitrarijs, & in alijs actibus extraiudicialibus est seruanda.*
2 *Priuilegium competens vni litigatorum, extẽditur ad alterum.*
3 *Inter litigatores debet esse æqualitas.*
4 *Priuilegium personale egreditur personã, & transit ad aduersarium.*
5 *Dilario vni data, prodest alteri.*
6 *Aequalitas inter socios est seruanda. Cõtrahentes cum minore, obligãtur, licet ipse non obligetur.*
7 *Aequalitas seruatur in quasi contractibus, & in vltimis voluntatibus, & in collationibus, & inter dotem & donationẽ, & in muneribus subeundis.*
8 *Casus, in quibus ratione æqualitatis priuilegiũ personale egreditur de persona.*
9 *Accessoriæ, quæ dantur iudicibus illiteratis & non salariatis ad proferendam sententiam de consilio peritorum, debent solui per vtrunque litigatorum: vt æqualitas seruetur.*
Quid in expensis notariorum.
10 *Iudex, vel notarius, qui vni parti remisit expensas, an tenetur remittere alteri, vt æqualitas seruetur?*

Ygualmente. g

culator in tit. de dilatio. §. 4. versicul. sed nunquid terminũ. nu. 13. vbi ait, quòd æqualitas † in iudicijs est seruanda. Et facit tex. in.l. qualem. ff. de arbitris. & l. in sacris. C. de proximi. sacro. scrini. §. quoniã. lib. 12. & glos. in.l. fi. in fine. C. de re milit. libro. 12. in parte, forma. ¶Et non solùm in iudicijs, sed etiã in arbitris, & in alijs actibus extraiudicialibus, & arbitrãria contingentibus. vt. ff. de arbitris. l. si demeis. circa principium. & l. pedius. §. in seruum. & l. cùm dies. §. penulti. ff. de vulgari. & pupilla. substitu. & l. hoc iure. & l. lucius. eod. titu. & in.l. ratas. C. de rescinden. vendi. & in.l. in testamento. ff. de testamen. mili. & in.l. hæreditatem. de impuber. & ali. substitu. & Bart. & Plat. in dicta.l. in sacris. §. fina. ¶Et dicit Dynus in regula. in iudicijs. de regul. iur. in. 6. quòd in tantum debet obseruari in iudicijs, quòd si vnus 2
litigatorum † sit priuilegiatus, & alter non, priuilegium vni competens, extendi debet ad alterũ. vt in.l. fina. C. de fructi. & liti. expens. & per dictã.l. in sacris. Sed dicit Dynus, quòd hoc est falsum: quia priuilegium vni concessum, ad aliud extendi non debet. vt Institu. de iure natura. §. sed quod principi. nisi saluetur, q̃ habeat locum in priuilegijs concessis vel pertinẽtibus ad litis executionem. vt in dict.l. fin. de fructib. & litis expens. Vel potest dici, vt ibi per eum. Aut priuilegiũ continet ius iniquũ, vt: quia in alterius læsione concessum, & si fuit concessum ad postulationẽ, debet vti impetrans eodẽ iure: sed si sine postulatione, tunc non cõpellitur eo dem iure vti. vt in.l.1. ff. quod quisque iuri. sed si non continet ius iniquũ, sed fauorem illius, cui cõceditur, & aliquam iuris cõmunis relaxationẽ, siue ad postulationẽ eius concedatur, siue nõ concedatur, prodest impetranti tantũ. vt in. d. §. sed quod principi. & prodest nõ solùm impetrãti, sed etiã cũ litigãti occasione controuersię quæ inter eos versatur, esset inæqualitas. vt an-

Universidad de Deusto
Biblioteca

da,& tunc videtur eũ cõtingere.& ita loquitur. l.fin.de fructi.& litis expens. &.l.in sacris.&.l. vnicuique.co.tit.secũdum Dy.vbi suprà. ¶Ex quo dicit Bar.ibi in.d.l.in sacris.in fine. & Plat. in.d.§.fi.quod inter litigatores debet esse æqualitas,† vt quantum vnus soluit pro sportulis,tãtum soluat alter,& nõ plus:& si vnus ex speciali priuilegio nil soluet,etiã vnus aduersarius nil soluet,quantũcũq; succubuit, & aduersario sit in expensis condẽnatus.vt est casus in.d.l.fina. Et idẽ tenet Christopho.Por.Institu. quibus aliena.licet vel nõ.in fi.dicẽdo,q si aliquis ex priuilegio habet q non teneatur iudici delegato soluere nisi mediam partem salarij eius,quod alter soluere tenetur,hoc priuilegium attribuitur aduersario cũ quo litigat, vt dicta æqualitas in iudicio inter litigatores seruetur. ¶Et sic est casus,in quo priuilegiũ personale† egreditur per sonam,& transit ad aduersarium ratione iudiciariæ æqualitatis seruandæ. ¶Sic est in dilatione: quia dilatio vni data,† prodest alteri.l.petendi. C.de tempo.in integr.resti. ¶Similiter in arbitris,vt dixi:quia se habent ad instar iudiciorum vt in.l.1.ff.de arbitris. ¶Et inter socios:† vt in.l. si socius pro filia.ff. pro socio. licet quandoque claudicet pactum,siue contractus, quando est iusta causa claudicãdi,vt est fauore pupilli,quia contrahendo sine authoritate tutoris,non obligatur,sed cõtrahens secum, bene obligatur. vt in.l.nihil.§.penul.ff.de actio.empti. & Institu. de autho.tuto.in princip.& vide Alexa.in.l.videamus.ff.de iur.iura.nu.8.vbi idẽ tenet.si q licet contractus factus per minorẽ sit nullus, est verũ,quando est cõtra se,secus si est in suũ fauorẽ.gl.in.l.1.§.fuit quæsitum. ff.ad trebelli.& in l.7.tit.11.foro legũ.lib.1.& facit.l.11.tit.22.par.3. tex.in.l.nõ ideo minus.C.de procu.in fi.glo.in l.si tutor.C.in quibus caus.resti.in integrũ non est necess.Salyc. in.l.non vtiliter.C. de eo,qui pro tuto.se gessit,& Cyn.in.d.l.si tuto. Et facit quod tenet Bar.ĩ.l.1.ff.de tutelis & ratio.distra. nu.5.vbi si contractus est nullus fauore alicuius ille potest dicere contractum valere. vt in.l. si res.§.1.ff.de iur.dot.& vi.Inno.in.c. accedẽs.de procur.in fine.vbi allegat.d.l. nõ eo minus. est gl.singula.in.l.2.ff.de acceptila. & ibi Angel.& cõsi.316.& Bal.in.l.cõtra iuris.ff.de pactis.Barb. cõsi.58.in.2.volu.in fine.licet Bal.in.d.l.contra iuris.ff.de pactis.dicat,q valet actum fauorabile in fauorem minoris sine curatore, si non opponatur.& Feli.in.c.1.de accusa.nu.6.sed hoc intelligo,si actus est in fieri,& nondum est perfectus.Secus est si est perfectus, quia tũc valet,& tenet,licet à parte opponatur, si est in fauorem minoris.vt in iuribus supradictis.* Et idem tenet Iuan. Bosq;.in tractat. de legitimis nuptijs lib.6.nu.49.tomo.10.tracta.fol.64.q si minor vel mulier non volunt rescindere contractum, alia pars non potest,& sic claudicatur & vi.Fel. in.c.cum causa.de re.iud.num.25.& late Alex. in additio.ad Bar.in.l.cum lex. ff. de fideiusso. in additione.fin.& loquendo in ecclesia vi.Bal. in.d.l.contra iuris.ff.de pact.vbi idem tenet q ecclesia potest facere contractum sibi fauorabilem absq; quæ solennitate legali seu canonica, nõ tamen potest se obligare.& vi.Abb.in.c.diuersis fallacijs.de cleric.coniuga.nu.4.&glo.in.ca. 1.ne sede vacante,& singulariter per Inno.in. c. 1.de his qui fiunt à præla.&Bar.inconsi.159.col. 2.in fi.cum seq.* ¶Item in quasi contractibus† seruatur æqualitas.vt in.l. fin.ff. de nego. gest. ¶Et in vltimis voluntatibus,& in substitutionibus in dubio seruatur.vt in.d.l. in testamento. ¶Et in collationibus.l.illud.§.ad hęc.C.de colla. ¶Item inter dotem & donationem seruatur æqualitas.vt in authẽ. æquali.C.de pactis cõuẽ. ¶Itẽ in muneribus subeundis , & solutionibus tributorum seruatur æqualitas.C. de anno.& tribu.lib.10.prout tenet dictus Ioan. de Plat. in d.l.in sacris. ¶Attamen licet Plat. dicat, q illi sunt casus,in quibus ratione† æqualitatis priuilegiũ personale egreditur de persona, Ange.de Aretio.in.d.§.sed quod principi. nu.2. ponit alios. ¶Et primum dicit, quòd si est priuilegium concessum propter naturalẽ & sufficientem rationem,vt in beneficio restitutionis in integrũ concesso minori propter lęsionem,q transit ad hæredes.vt in.l.interdũ.ff. de mino. ¶Secũdus est in priuilegio concesso marito ne conueniatur nisi in quantum facere potest, quod transit ad hæredem,idest,adcõmunem filium eiusdem matrimonij.vt in.l.etiã.in princi. & ibi doct. ff. solut.matri. ¶Tertius in priuilegio prelationis dotis concesso mulieri,quod trãsit ad hęredem ratione æqualitatis,idest ad filiũ mulieris eiusdem matrimonij.vt in.l.assiduis.§. exceptis.C. qui potio.in pig.habean. ¶Quartus,quando de hæredibus in plurali est facta mentio , quia tũc etiam transit ad hæredem hæredis.vt in.l.scien dum.ff.de verbor.signification. Sed si de hæredi in singulari fuit facta mentio, tunc non transit nisi ad primum hæredem,si est talis res,quæ de sui natura non transit ad hæredem.vt in.l.antiquitas.C.de vsufructu. ¶Quintus,quando priuilegium conceditur ciuitati,vel loco,quia semper idem est locus,licet personæ renouentur.vt in.l.proponebatur.ff.de iudicijs.& vide quę dicam infrà,in capitulo.29.in glossa,*los priuilegios*.

¶Sextus,

¶Sextus,si concedatur posteris, quia transit ad successores,non tamen ex fœmininis.vt in.l.prima,in fine.ff.de iure immunita. ¶Septimus est, si priuilegium concedatur rei, quia ad quoscunque transit res,transiret priuilegium.gl.in.l.forididorũ.C.de exacto.tribu. lib.10. Quæ omnia sunt de mente Barto.in.l.1.ff.de constitu.princip.& Bart.Angel.& Imol.in.l.quia personale. ff.solut.matrim. ¶Et idem ego dicerem in accessorijs,† quæ dantur iudicibus illiteratis non salariatis,vt cum consilio peritorum proferant sententiam,quæ debent solui per vtrunque litigatorem.vt tenet Luca.de Pẽn.in. d.l. in sacris. col.3.versicu. secundò quærit. per cap. statutũ. §.assessorem.de rescrip.in.6.& Paul.de Castro in.l.fina.ff.de assesso.& Abb.in cap. sciscitatus. de rescrip.nume.15.& dixi suprà in.c.1.in gloss. *y el derecho a las partes*.versi.an si de consilio sapiẽtis.in fine. ¶Et facit quod tenet Bald. in.l.prætor.§.sed ibi.ff.de edendo.vbi ait, quòd si iudex mittit notariũ ad aliquem locum pro examinã dis testibus,quòd debet mittere expensis petentis: si autem mittitur ex mero officio,tunc mittet expẽsis vtriusque partis.& sic tenet, q consilium est petendum expensis petentis. vt Bal. ibi,an additione.nu.2. ¶Sed si iudex,vel tabelio,qui† sportulas recipere debet gratis,remiserit vni parti,an teneatur remittere alteri, vt æqualitas seruetur.quod videtur per supradicta. & in authen.sed cùm testator.C.ad.l.falcidi.Tamen contrarium est verius: quia nemo tenetur esse liberalis vltra quàm velit. vt in.l. tutori.C. de negoti.gestis.secundùm Bald.in.d.l.fina.C. de fru.& litis expens.nume.9.Nec obstat dicta authen.quia ibi non est liberalitas,sed fidei meritum,& honor exhibitæ fidei. vt in authẽti. de hæredi.& falci.§.si verò.col.1.&in.l.patrem. ff.quæ in frau.credi.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiæ definitio.*
2 *Iudex debet esse iustus,& nulli vitio subiacere:& debet esse fortis,potens,& constans,& debet habere in se alia,vt hic.*
3 *Iudicandi authoritas est quædam potestas delegata hominibus à Deo,de qua rationem sũt reddituri secundùm qualitatem eorum.*
4 *Exemplum de quodam gentili,qui iustitiã fecit omni tempore.*
5 *Iudex non faciens iustitiam,Deo tenetur.*
6 *Iudex iustitiam non faciens,parti tenetur.*
7 *Iudex tenetur parti,si probationes,& defensiones non admittit.*
8 *Iudex negligens in accusatione, vel querela recipienda.& in testibus examinandis super ea,facit litem suam.Fallit vt hic.*
9 *Iudex si non admittit probationes,& defensiones,& instrumenta,tenetur.*
10 *Iudex tenetur,si non fecit restitui furtum.*
11 *Iudex tenetur,si non exigit condemnationẽ communis.*
12 *Iudex tenetur,si noluit audire partes.*
13 *Iudex tenetur,si per dolum notabilem omittit interrogare testem.*
14 *Iudex omittens condẽnare victum in expensis,quando fuerunt petitæ à parte,tenetur.*
15 *Iudex tenetur,quando nõ diffiniuit causam ciuilem,infrà tempus à statuto præfixum.*
Iudex negligens inferendo sententiam,ad finem,vt partes se concordent in foro conscientiæ,parti tenetur.
16 *Iudex tenetur,si processum criminalem nõ expediuit infrà tempus statuti,& successori reliquit.*
17 *Iudex,an teneatur,si de maleficio non inquirit.*
18 *In magistratu præsumitur ignorãtia,nisi sciẽtia probetur.*
19 *Iudices,& rectores possunt aliquos retinere, vt socios, vel mandatores manifestent.*
20 *Iudices debent esse vigiles in iustitia faciẽda, quòd nunqnam ad superiorem citius perueniat culpa delinquentium,quàm vindicta.*

h **Enjustitia.** h Quæ est omnis virtus secũdùm Philos.ethi
1 corum.† & est constans & perpetua volũtas ius suum vnicuique tribuens.Institut. de iusti.& iur. in principi.& in.l.1.ff.eo.quæ nõ põt habere locũ,vbi deficit fides.vt Specula.in tit.de summa
2 trinita.& fide catholi.in principi.Et sit iudex† in se iustus,vt nulli subiaceat vitio graui.Et fortis,potens,& constans in exhibendo quod debet.Nec vereatur magnitudinẽ cuiuscũq; : quia nõ est qui resistat maiestati suę.Esther.9.& ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur Ecclesiastes.7. Noli velle fieri iudex, si non vales virtute, idest fortitudine irrumpere iniquitates malorũ. Et ad hoc tendit illud vulgatum. Non vultum pauperis, nec honores potentis considerari debere, sed quod iustum, & honestum videt tribui vnicuique quod suum est, nec alterũ lædere:

tengã a todos en justicia^h quãto a ellos

quæ duo sunt iustitiæ partes. vt in.§. iuris precepta. Institu. de iusti. & iur. & tenet Marcus Mãtua. in tracta. de fauoribus pupillorũ. prima parte. col. fina. tomo. 18. tracta. folio. 95. ¶Et debet esse patiens in sufferendo, & tranquillus in discutiendo, & finiendo, & rigidus in minas inferendo: quia sic Deus iudex minatur peccatoribus per prophetas. vnde dicit. Nisi conuersi fueritis ad Deum, gladium suum vibrauit suæ vltionis, cõminando. Et debet esse æquus in discernendo, & maturus in discurrendo. vt ponit Archiepisc. Floren. in tertia parte. titu. 9. cap. 1. in princi. vbi quoque tenet, quòd qui iustè iudicat, bonum opus facit. & secũdũ eum remunerabitur: quia opus excellens & laboriosum valde bene peregit, & magno prẽmio coronabitur: qa iudex dicitur quasi ius dictat populo, siue q̃ iure disceptat. Iure aũt disceptare, est iustè iudicare. vt in. ca. iustũ. 23. q. 2. & Leui. 19. Iustè iudicabis proximo tuo. Et nisi sufficeniter probatũ fuerit, nullus debet condemnari, nisi confessus, vel cõuictus. Et hæc omnia acta per iudices, põt dici pro eis, Beati, qui custodiunt iudiciũ, & faciunt iustitiam omni tẽpore. Psal. 105. secũdùm Florẽ. vbi suprà. ¶Et quia actus iudicij, & authoritas
3 †iudicandi est quædã potestas delegata, seu collata hominibus à Deo, qui in hoc tenent locũ, & vices Dei in iudicãdo inquãtũ possunt debẽt cum imitari. Vnde dicitur Dutero. 1. Quod iustum est iudicate. Dei enim est iudicium. Nã & de suis iudicijs ipsi iudici Deo rationẽ sunt reddituri, & secundùm qualitatẽ eorũ gloriam, vel pœnã recepturi. vt tenet latè Archi. Flo. vbi su-
4 prà. ¶Vbi refert de quodã pagano iudice, † qui fuerat iustissimus in iudicando, cauens sibi ab omni iniustitia: qui quanuis mortuus fuerit in infidelitate, tñ præseruatus fuit per longissima tempora ab condẽnatione infernali. ¶Demum quodam fodiente in agro suo ad puteum, vel aliud faciendum, audita est vox, leuiter percute, ne me lædas: quo interrogante quis esset, respõdit se fuisse gentilẽ, & iudicẽ, & propter iustitiã suam à Deo prẽseruatũ quousque baptismum reciperet, rogans eum, vt pro episcopo mitteret vel iret, vt baptismũ ei conferret: quo facto, subitò in cinerem dissolueretur: caluaria eius integra erat, & lingua in ea viuens, & recens, & loquens. Quibus omnibus peractis, & corã ipso clero, & populo peripsum declaratis, baptismo recepto, in cinerem, est resolutus, ad beatitudinem anima eius nulli dubium tendente. Beati ergo, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiã omni tẽpore & sine acceptione personarũ. vt latè Dyn. in dicta regul. in iudicijs. & in capi.
5 nouit. de iudi. quia aliàs teneretur, vt † dictus Archie. Florenti. vbi suprà allegando Sapien. 6. dicendo, Discite iudices finium terræ præbere aures vos, qui cõtinẽtis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est à domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogauit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cùm essetis ministri regni illius, nõ rectè iudicastis, nec custodistis legẽ iustitiæ, nec secundũ volũtatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudiciũ durissimũ fiet his, qui præsunt, idest damnatio, & punitio grauissima iudicibus malè iudicãtibus, & iniustè. ¶Et non solùm Deo, verun
6 etiã parti læsæ tenetur. † vt dixi in cap. 1. in glo. *y derechamente*. & in gl. *el derecho alas partes*. in ver. & ideo si iudex. ¶Et vltra ibi dicta dic, q̃ quo-
7 que iudex † tenetur, si non admittit probationes, & defensiones, quia non facit iustitiã: dum tamen pars probetur in syndicatu, q̃ produxit testes probantes intentionem suam, & noluit examinare, aliàs non tenetur. Quod est menti tenendum secundùm Amodeum Iusti. in dicto tractatu syndic. in parte, an & quando officialis teneatur de negligẽtia. ver. 2. ¶Ex quo secundũ
8 cum ibi infertur, quòd si potestas, † vel iudex negligat recipere accusationem, denuntiationem, vel querelam sibi porrectã: vel si recipiat, & noluit examinare testes sibi productos, facit litem suam, & tenetur in syndicatu: dum tamen pars probet in syndicatu, quòd produxit testes probantes intẽtionem suam, & iudex noluit examinare: & q̃ interest sua testes fuisse examinatos in tanta quantitate. vt in. l. si quando. C. de testibus. aliàs iudex non teneretur secundùm Bald. in. l. dãni. §. fabini. ff. de damno infecto. & in. l. in pecuniarijs. ff. de ferijs. allegat. l. qui commeatus. ff. de re militari. ¶Sed hoc fallit, quando querelatur seu queritur de vxore, filijs, vel cæteris, quos secũ iudex habet: quia quãdo tales cõueniũtur, potest iudex nõ admittere querelantẽ, & dicere, vade ad aliũ iudicem. text. est in. l. lex Cornelia. ff. de iniuri. in princi. & tenet in. l. qui iurisdictioni. ff. de iuri. omni. iudi. in fi.

¶Simili

¶Similiter tenetur, si non admittit alias defen-
9 siones, † vel probationes per instrumẽta. secundùm Bal. in. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publi. ¶Idẽ secundùm eundẽ Amod. Iust.
10 tenetur, † si non fecit restitui furtũ, vel dãnum, dãnum passo, cũ possit, & tenetur in solidũ quia præsumitur esse in dolo, vel lata culpa, quæ dolo cõparatur. secũdùm Bal. in. d. l. mancipia. C. de seruis fugi, vbi dicit. quòd vidit quendam iudicem condẽnari, quia attulit accusationem sibi porrectam ad camaram, & noluit super ea procedere. ¶Item tenetur, si non exigit † condemnationes, & alia debita communis. vt in. l. 1. C.
11 de mutile. lib. 12. & in. l. fin. C. vt in posse. lega. maximè si debitores ipsius communis facti sunt non soluendo. l. lucius. §. fi. de fideiuss. & eo casu debet de suo salario tãtundem retineri. l. iudicis. C. de anno. & tribu. lib. 10. ¶Poterit tamen ab his, pro quibus soluit, repetere. secundùm Bar. in. d. l. missi opinatores. C. de exa. trib. lib.
12 10. Item tenetur, si noluit † audire partes. Bal. in rub. C. de pœna iud. qui malè iudi. l. argẽtarius. §. cùm autem. ff. de edendo. ¶Item si per dolũ,
13 vel notabilem † negligentiam omittat interrogare testem de causa sciẽtiæ. per tex. in. l. si quã-do. C. de testibus. ¶Item si omittit condemnare
14 † victum in expensis, quando fuerunt petitæ à parte gl. singula. in. c. fi. de rescrip. aliàs nõ tenetur, si nõ fuerunt petitæ. vt in. l. properandum. §. sint autẽ alterutra. C. de iudicijs. Tamẽ si vult potest condemnare in expensis, licet non sint petitæ à parte, cùm hoc emergat post litem cõtestatam, & sic ad eius officium spectet. tenet Io. de Plat. in. l. 2. C. de decurionibus. lib. 10. in fine: & si nõ condemnat, nõ recuperat ab eo, qui debuit condemnari: quia lata sentẽtia super expensis, officium expirat: quia soluit potius pœnam sui quasi delicti, quàm verum debitũ, ideo nõ potest recuperare secundùm Ang. & Ioa. de Imol. in. l. si quis dolo. ff. de re iudi. Bal. in. l. sancimus. C. de iudi. licet Specul. teneat contrariũ in ti. de expensis. §. postremò. ¶Item tenetur, si
15 non diffiniuit † causam ciuilem infrà tempus à statuto præfixum. vt in authentica de quæsto. §. super hoc. colla. 6. Et non solùm facit litẽ suã vt teneatur ad interesse partis quatenus eam lẽdit. vt in. c. iudices. de pace iur. firm. in vsi. feud. Sed tenetur etiam ad pœnam statuti, & incidit in periurium: quia iurauit seruare statuta, & pœna statuti nõ excludit pœnam periurij. vt in. l. si quis maior. C. de transa. & notat Bal. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsu. & lega. in. 3. q. versi. sed nunquid iudex. & ita refert tenuisse Iac. Butri. in. d. l. properandum. in principio. C. de iudicijs. & idem tenet tex. in. l. 6. titu. 16. lib. 3. in ordi. regali. & in Pragmatic. 95. facta per nostrum Imperatorem & regem Carolum Valisoleti, anno. 1523. loquẽdo in iudicibus appellationum regimenti, q̃ si infrà illum terminũ nõ decidũt causam, incidũt in illam pœnã vltra interesse partis. ¶Quod limita, & intellige verum, si potestas, vel iudex est in dolo, quia potuit, & noluit: sed cessante dolo, non est periurus, aliàs sequeretur, q̃ ex culpa, & negligẽtia fieret periurus, quod est falsum. non tamen excusatur à pœna pecuniaria statuti, nisi ppter causam p̃babilem, & necessariã. vt in. l. cõtinuus. §. illud. ff. de verbo. obliga. & Inno. in capit. pe. de offi. delega. ¶Et dicitur probabilis causa, si fuit impeditus facto partiũ, & tunc excusatur à pœna, & potest tempus prorogari secundùm Bald. in l. petendæ. C. de tempori. in integrum restit. pete. & in authenti. clericus. C. de episcopis & cle. & in. l. ideo. C. de his, quibus vt indignis. vbi habetur, quòd vbi nõ est culpa, nõ debet esse pœna. ¶Dicitur ergo iudex in culpa, si causa erat instructa, & fuit requisitus q̃ expediat, & stat per eum: aliàs non dicitur negligens, nec tenetur ad pœnam. secundùm Bald. in authentica, sed & lis. & in authentic. Itẽ si appellatiõe. C. de temporibus appella. & in dict. §. iudicis. & dixi in capitulo primo in gloss. y fiel. verticulo vltra supradicta. vbi singulariter. Quia in his, quæ respiciunt vtilitatem priuatam, iudex regulariter non impartitur officium non petitum. l. 4. §. hoc iudicium. & ibi Bart. & scriben. ff. de damno infecto. & Amode⁹ Iusti. vbi suprà. Et quantuncunque iudex teneatur infrà certum terminum causam finire, non cogitur expedire, nisi infrà finem tẽporis. Bart. in extrauaga. ad reprimendum. in verbo, procedatur. & Cataldi. in. d. tracta. syndic. quæstione. 45. ¶Et facit quod singulariter tenet Cardina. in Cle. sæpe. de verbo. signifi. §. & quia quæst. 18. vbi ait. quòd si iudex est negligens ferre sententiam ad finem concordandi partes, si propter concordiam partes læduntur, parti læsæ in Foro conscientiæ ad refectionẽ damni tenetur. quod sequitur Rest au castal. in tracta. de Imperatore. quæstione. 110. columna. 7. versiculo. 41. in fine. tomo. 5. tracta. fo
16 lio. 72. ¶Quoque tenetur, † si nõ expediuit processum criminalem infrà tẽpus statuti, & successori relinquit. vt Bal. in. l. 1. §. sciendum. ff. de magistra. conueni. Quod intellige verum, quando procedit ex mero officio, & ad vtilitatem publicam, quo casu dies, & terminos statuti interpellat pro homine. l. magnam. C. de commit. & contrah. stipula. c. potuit. de loca. Secus si proce

dit per accusationem, & non fuit per accusatorem requisitus, quia tunc non dicitur negligẽs, nisi accusatore petente, & requirente, quòd sententiam ferat. notat glossa in l. si curatoris. C. de iure deliber. & l. penult. eodem titulo. & est casus in l. prima. C. vt infra certum terminũ crimi. quæsti. termi. secundùm Amod. Iusti. vbi suprà. ¶ Item tenetur, si
17 non inquirit † de maleficio, quando est notorium, vel quando fuit ei denuntiatum, aliàs nõ teneretur. tenet Bald. singulariter in l. prima. §. magistratibus. ff. de magistra. conuenie. quia eo ipso, quòd delictum est sibi denuntiatum, vel est notorium, constat de negligentia iudicis: qa si ei nemo denuntiat, nec est notorium, non te
18 netur, quia etiã in magistratu præsumit † ignorantia, nisi probetur scientia. quod Bald. ibi dicit notandum. & dicit quòd ibi est melior text. ad excusationem officialium. ¶ Et vid. Ioann. Andre. in capitul. quanto. de offi. ordin. & text. in capitulo, ordinationes. 8. quęstione prima. vbi dicit, quòd si iudex non inquirit de eo, quod debet inquirere, tenetur, quia præsumitur in eo scientia, vel culpa. Quod intellige, quando est publicum, quia si non est publicum, nec notorium, & non denuntiatur ab officiali, vel syndico, vel promotori fiscali, sed ab aliquo priuato, qui prætendit commodum proprium, sit cautus iudex, quòd faciat porrigi accusationem in scriptis, & recipiat testes ad informationem, & ea data, procedat. ¶ Si verò non dederit testes, non inquirat, quia tunc non tenetur: quia non debet esse facilis ad credendum iniuriato, imò condemnat accusantem, nõ in pœnam talionis vt in l. prima. C. de accusa. saltem in expensis, maximè ex querela maleuola, & nõ sit leuis ad inquirendum. Quia sicut iudex arguitur de negligentia, si non procedit de crimine, de quo sibi liquet: ita arguitur de leuitate, procedendo de eo, de quo non constat, maximè super maleficijs antiquis, in quibus dicit Amode. Iusti. vbi suprà, quòd vidit multos officiales leues ad inquirendum, & cum verecundia processisse, & in
19 syndicatu fuisse damnatos. ¶ Rectores, & † iudices possunt aliquos retinere, vt manifestent socios, vel mandatores, vel vt aliud faciant, quod de iure debent, & est iusta causa carcerandi. ita Bartol. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. Cardi. in dict. tract. synd. quæstione. 88. Et de multis alijs ex quibus iudex tenetur, vel non, ne membranas occupem, nec sim transcriptor, vi. latè per

possible fuere i. Ni assi mismo durãte el tiempo de su officio del dicho assistẽte, o gouernador, o corregidor, ni sus officiales por si, ni por otro cõpreheredad k

dictum Paridem de puteo. & per alios in dictis
20 tractatibus. ¶ Et in tantũ † iudex debet esse vigil in iustitia facienda, ꝙ nunquam ad superiorem citius perueniat culpa delinquẽtium, quàm vindicta: quia hoc ipso præsumitur & arguitur de negligentia iudicis inferioris, qui habet delicta punire. vt in capitulo, peruenit. 18. distin. Inno. in capitulo, sicut. de accusa. & tenet Lucas de Penna. in l. quotiens. C. de lucris aduoca. lib. 12.

1 **Fuere.** i Text. in l. 4. titul 15. lib. 2. in ordi. regali. versicu. la quinta. & dixi suprà in. c. primo in glo. *y el derecho a las partes.* prima columna.

SVMMARIVM.

1 *Emere an possit iudex in loco officij prædium per se, vel per alium. nu. 5.*
2 *Domestici, & assessores iudicum, non possunt emere prædia.*
3 *Si res paternæ confiscatæ venderentur, filius iudex potest eas emere.*
4 *Emere potest iudex finita iurisdictione.*
6 *Si vtensilia ad emendum iudex non inuenit, potest ea auferre pretio soluto.*
7 *Consiliarij, & proceres regum, seu dominorũ, non possunt emere prædia.*
8 *Emere quòd possit officialis de licentia regis, seu dominorum.*
9 *An duces, comites, & Barones habeant senatores, vel consiliarios, vt consilium ducis, vel marchionis vocetur.*
10 *Equos quòd possint emere officiales.*

k **Heredad.** k No. text. ꝙ officialis in loco, in quo officiũ gerit, prædium non potest † emere. simil. text. in l.
1 5. tit. 5. part. 5. & in l. qui officij. ff. de contrahen. emptiõe. vbi qui officij causa in prouincia agit, vel militat, prædia comparare in eadem prouincia non potest. ¶ Quod extẽde etiam ad nauẽ, quia nec eam fabricare, nec fabricatã emere potest. secundùm glo. ibi. Et ratio huius est secundùm. d. glo. ne fortè culturę militiam, id est exercitiũ iurisdictionis dimittãt. vt in l. milites. C. locati. & Iaf. in l. principalibus. ff. si certum peta. num. primo. referendo Ludoui. Roma. dicit. quòd officiales debentes officio publico vacare & sic publicæ vtilitati, commodè facere nõ possent,

sent, si vacarẽt priuatis emptionibus. argumẽ. l. militis. agrum. ff. de re mili. & in l. ab administratione. ff. de leg. primo. * Et tenet Alberic. in l. sed si res aliena. ff. de leg. 1. nu. 1. per. d. l. milites. de remilit. ꝙ miles non põt aliquid possidere in loco vbi militat. * Et istam rationem antea assignauit gloss. in l. 1. C. de nego. ne mili. lib. 12. & vid. tex. qui idẽ tenet in l. nõ licet ex officio. ff. eod. de contrahen. empti. vbi nõ licet ex officio, qđ administrat quis, emere per se, vel per aliã personam, alioquin non tantùm rẽ amittit, sed etiã in quadruplum cõuenitur, quod fisco applicatur. vt gl. ibi. & idem tenet tex. in l. vnica. C. de cõtractibus iudi. & tex. in l. aufertur. §. quod à
2 præside. ff. de iure fisci. ¶ Quod extende † ad cõsiliarios domesticos, & assessores, quia quoque isti nõ possunt emere. vt in. d. l. nõ licet. & Par. de Put. in tract. synd. in parte, officiales. fol. 87.
3 ¶ Quod fallit, † nisi quando res paternæ cõfiscatæ venderentur, quia tũc licet filio officiali emere propter affectionem. vt in dict. l. qui officij. & est simil. tex. in l. milites. ff. de re milit. & nõ solùm quando distrahuntur à fisco, verumetiã si distrahantur ab alio emere licet. vt glossa. ibi.
4 ¶ Quoque fallit finita iurisdictione, † vel officio, quia tunc licet emere. vt glo. ibi. ¶ Tu circa istum tex. vi. distinctionem Bar. in dicta. l. aufer
5 tur. §. à præside. † quam sequitur. Lucas de Pen. in l. 2. C. de lucris aduoca. lib. 12. vbi dicit, ꝙ quãdo quis habet aliquod officium sine iurisdictione, vt si est ei commissa administratio rerum publicarum, & tunc si vigore illius administrationis aliud venditur, non licet sibi emere, aliàs punitur. vt in dict. l. non licet. nisi emerit palàm, & bona fide. vt in l. cùm ipse. C. de contrahen. emptione. prout est in tutore. & in executore testamentario, quia nõ possunt emere bona minorum, nec defunctorum, aliàs puniuntur. vt in l. 13. ti. 19. lib. 8. in ordin. regali. nec per se nec per aliam personam. vt Dynus in regula. alicui de regulis iuri. in. 6. & Paul. de Castro. in dicta. l. cum ipse. ¶ Et idẽ, si haberet iurisdictionẽ, & administrationem. & ex ea emeret per dictas. ll. & hoc vult dicere dict. l. non licet ex officio. ¶ Quãdo quę quis vult emere extra id, quod vẽditur ratione ipsius officij: & tunc aut emit inferendo metũ occasione sui officij, & habet locũ. l. si per impressionẽ. C. quod metus causa. quæ loquitur etiã in mediocribus officialibus, vt in his, qui positi sunt ad denũtiandum maleficia, & similibus. ¶ Si verò emit non inferendo metũ, & tunc si quidẽ est talis officialis, qui habet iurisdictionẽ, & non licet sibi emere, nisi prout dicitur in dict. l. prima, de contractibus iudi. & si emerit, habet locũ pœna, dict. §. qđ à præside. ¶ Si nõ habet iurisdictionẽ, nõ impeditur emere aliquo iure. argumẽ. in l. ad inuidiã. C. quod metus cau. quæ difficultio certè est bona. ¶ Quid
6 autem si vtensilia, quæ emere † valet. vt in dict. l. prima. C. de contra. iudi. non potest ad emendum inuenire, an possit ea pretio soluto auferre, vel subditos cogere ad vẽdendum? Dic quòd sic, vt tenet dictus Lucas de Pẽna, in dict. l. secũda, de lucris. aduoca. quod est notandum: quia multi ribaldi nolunt talia vendere iudicibus ex inimicitia, quã cũ eis habent. & tenet Bal. in capitulo, nobis intrantibus. de pace constan. in vhabeat locum in iudicibus, verum etiam in pro-
7 ceribus † palatij, siue consiliarijs, qui stant ad cõsilium dominorum, quorum consilio respublica regitur, quia isti non possunt emere res subditorum, aliàs amissione pretij multantur. vt tex. & ibi docto. in l. finali. C. de rescindenda vẽdi. & hoc est, quia possunt ostendere minacem, & feruorem. vt gloss. ibi. Quod dicit ibi Bal. habere locum in magnis consiliarijs magnorum dominorum, qui tenent locum principum, sicut sunt Regis legati, & Cardinalis, & domini magnarum ciuitatum, & non de alijs, quia non debet intelligi de cõsiliarijs episcoporum, vel magistratuum minorum ecclesiasticorum, nec de ipsis seruatur de consuetudine. ¶ Et istum text.
8 intellige verum, nisi de † conscientia, vel licentia principis, seu dominorum, quia tunc licet eis emere. secundùm Bal. in dict. l. finali. & est tex. hic. Et vi. Alexan. in consilio. 64. numero. 4. in 4. volu. vbi ait, quòd licet consiliarij principis non possunt emere res subditorum, tamen si illa emunt de conscientia principis, possunt: quia præsumitur abesse omnis sinistra suspicio propter præsentiam principis. * Idẽ tenet Peregrin. in part. venditio. q. 2. in. gl. per alium versi. proceres. * ¶ Et quia suprà loquitur Bald. de cõsiliarijs dominorum, videtur quòd † quilibet dux,
9 seu comes potest habere consilium, seu parlamentum. vt sentit ibi Bald. Tu tamẽ tene cõtrarium: quia solus princeps, qui non recognoscit

Universidad de Deusto
Biblioteca

superiorem, potest habere consilium, seu parlamentum. vt tenet Guido Papa. decisione. 43. Quod est cõtra istos Duces, & Marchiones Hispaniæ, qui vocant suum consilium. Quia si superiorem habent, non possunt habere parlamẽtum, seu consi

lium. vt ibi. allegãdo Bartol. in. l. quodam Tiberius Cæsar. ff. de hæredi. instit. licet ibi Bartol. non videatur hoc sentire. Sed tu vi. Bartolu. vbi vult hoc expressè dicere in. l. 2. C. de decurio. lib. 10. in fine, allegãdo. l. 2. circa principium. ff. de orig. iuris. Et tenet Ioann. Montag. in tracta. de parlamentis. in princ. nu. 4. tomo. 5. tract. fol. 241. * Et idem tenet Guiller. Benedi. in rep. c. Raynũtius de testam. in parte & vxorem nomine Adelasiam. lo. 2. nu. 190. fol. 98. * ¶ Et an quilibet prælatus, vel Baro possit constituere consulatum in terra sua. vi. Guido. Pap. licet remissiuè singulari. 422. §. vtrũ. ¶ Et licet officialis nõ possit emere à subditis hospitia, vel campos, nisi victualia, vt dictum est. & in. l. solẽt. §. nũc verò. ff. de offi.
10 proconsu. tamen põt † emere equos, quia nõ debet ire pede, qa sunt similes alimentis, imò sunt pars alimẽtorũ. vt notatur in. l. denique. §. idem Labeo. ff. mandati. secundùm Bal. ibi. & tenet Paris de Put. in dict. tracta. Syndi. in parte contrahere officialibus. foli. 86. num. 3.

alguna, ni edifique casas sin nuestra li-

SVMMARIVM.

1 *Habitare debẽt iudices in palatijs publicis, & non in domibus priuatorum.*

1 **Casas,** [1] Similis tex. in. l. vnica. C. de contracti. iud. ibi, vel domos extruere nõ aliter possint, nisi specialẽ nostri numinis hoc eis permittente diuinã rescriptionẽ meruerint. simil. tex. in. l. 5. tit. 5. part. 5. & ibi Mõta. Et ratio est, quia possunt inferri metũ & impressionẽ vt dictum est in gl. suprà proxima. ¶ Et quia
1 non possunt habitare † in domibus priuatorũ, sed in domibus publicis. vt in. l. nulli. C. de officio rectorum prouinci. & gloss. in. l. obseruare. ff. de offi. proconsu. & lega. Quod intellige si sint palatia publica, vel prætoria, aliàs secus. vt ibi in. d. l. nulli iudicum. & Paris de Put. in. d. tract. versi. officialis. in fine. folio. 88.

SVMMARIVM.

1 *Mãdatum speciale requiritur in istis casibus Et an in istis casibus admittatur procurator cum cautione de rato.*

m Special mandado. [m] Nota casũ,
1 in quo † mandatũ speciale requiritur. Aliũ vide infrà in ca. 42. & alios vide per gloss. in capitulo, qui ad agẽdum, de procura. in. 6. in parte, vel pa

cencia, y es special[m] mandado en la tier

cisci. & Barto. ponit alios in l. filius familias. ff. de donatio. & in. l. prima. §. interfiliũ. ff. de falsi. & Abb. in capitu. sunt nonnulli. §. sunt & alij. de rescrip. per doctorem del Castillo in. l. 31. de Toro in gloss. *specialmente.* ¶ Quibus adde, q renuntiare, est donare: quam renuntiationem procurator non potest facere sine speciali mandato. tenet Abb. in cap. primo. vt lite non contesta. num. 28. ¶ Tamen in omnibus casibus, in quibus speciale mandatũ requiritur, si probabiliter dubitatur de mandato, admittitur procurator cum cautione de rapt. ita tenet Abb. in cap. coram. de in integr. resti. colli. numero. 6. per text. notabi. in. l. quòd si speciali. ff. de minori.

SVMMARIVM.

1 *Negotiari an possint regentes prouincias, & eorum astantes pro se, vel per alium.*
2 *Negotiationes plures requiruntur, vt iudex in pœnam incidat.*
3 *Mercator dicitur propriè, qui plures negotiationes facit, non vnam tantùm.*
4 *Aleator, nec peccator dicitur, licet semel lusit vel peccauit.*
5 *Clericus non dicitur negotiari per venditionẽ vnius rei.*
6 *Contrahere, vel permutare, est intãtum prohibitum officialibus durante officio, quòd etiã si durante officio faciunt contractum, quòd eo finito non potest confirmari mutuo cõsensu, quod extenditur ad consiliarios principis.*
7 *Exactores publici prohibentur contrahere cũ prouincialibus.*
8 *Contrahere potest iudex in officio, quando cõtrahit causa suæ necessitatis, vel familiæ.*
9 *Alienari prohibitus ex causa necessitatis, alienari possit.*

Extra-

10 *Extrahere prohibitus frumentum de ciuitate non intelligitur prohibitus, quando extrahit ex causa necessitatis.*
11 *Exemptus à collectis, nõ intelligitur exẽptus à collecta, quæ imponitur ciuibus propter necessitatem.*
12 *Necessitatis tempore nõ excusatur quis à murorum seu ciuitatis custodia.*
13 *Priuilegium exemptionis nõ prodest in causa necessitatis reipublicæ, vel principis.*
14 *Necessitatis tẽpore, putà guerræ vel belli, põt princeps imponere subditis subsidium charitatiuum.*
15 *Gabellarum arrendatores pro necessitate reipublicæ, regis, seu domini, possunt gabellas exigere ante diem, vel ante tempus.*
16 *Alienare potest prælatus Romano põtifice inconsulto res ecclesiæ cathedralis, imminente necessitate alienandi.*
17 *Vicini venientes ad machinandum tempore necessitatis in terra aliena, non tenentur soluere gabellam.*
18 *Confiteri permissum est etiam Iudæo, & Saraceno tempore necessitatis.*
19 *Victualia, quæ valent iudices emere, si nõ inueniuntur ad emendum, possunt pretio soluto auferre à subditis, & cogere ad vendendum.*
20 *Contrahere potest officialis, qui habet officiũ in sua propria patria, seu in loco suæ originis.*
21 *Priores ciuitatũ, seu anciani, idest regidores durante officio possunt contrahere.*
22 *An contrahere potest officialis cum non subditis.*
23 *An contrahere potest officialis perpetuus, & si potest syndicari.*
24 *Officialis positus ad beneplacitum, an potest contrahere.*
25 *Emere põt officialis res paternas confiscatas.*
26 *Officialis durante officio põt recipere donationem remuneratoriam.*
27 *Cõtrahere an põt officialis, quãdo cõtrahit palã, & cũ authoritate alteri⁹ administratoris.*
28 *Hæres potest officialis institui durãte officio, & legatum sibi fieri.*
29 *Alienatio prohibita per contractũ, non intelligitur prohibita in vltima voluntate.*
30 *Statutũ prohibens forensem emere in loco, nõ prohibetur emere ea, quæ fuerũt antecessorũ, & non prohibetur acquirere ea, quæ sibi obueniunt iure hæreditario.*
31 *Alienatio prohibita in forensem, nõ habet locum, quando forensis succedit ab intestato ex dispositione legis.*
32 *Emere potest officialis, qui non habet iurisdictionem.*
33 *Contrahere potest officialis ex licentia principis.*
34 *Negotiari põt officialis nomine reipublicæ, & ad eius vtilitatẽ, vel super re ipsius reipublicæ.*
35 *Cõtrahere possunt iudices officio durãte, quando est ibi consuetudo contrahẽdi.*
36 *Contrahere potest iudex, quando cõtrahit in alio contractu, quàm mutui, & quãdo in illa ciuitate habet proprietates, seu res mobiles.*
37 *Matrimonium an potest iudex contrahere in illa ciuitate officio durante.*
38 *Contractus factus per iudicem officio durante, non firmatur iuramento.*
39 *Pignus an prohibetur iudex accipere durante officio.*
40 *Instrumentum guarẽtigium, quòd iudex habet contra alium, an officio durante põt mandari executioni.*
41 *Potestas debet soluere pretiũ rei emptæ à familiari suo.*

n De mercaderia. [n] Regẽtes prouincias, &
1 eorum astantes, in eisdẽ negotiari † non possunt nec fœnus exercere. tex. est similis, & ibi Barto. Ang. Paul. de Castro, & cæteri doctor. in. l. principalibus. ff. si certum petatur. & tex. singul. in l. 5. ti. 5. part. 5. quã vide. ¶ Quod extẽde nõ solũ per se, verunetiam per alium non possunt contrahere in tali loco, vbi administrationem gerũt. vt in. l. non licet. ff. de cõtrahen. emptione. & tenet Montal. in glo. ordi. regali. in parte, officiales. ¶ Sic nota, quòd præsumitur fraus eo ipso, quòd emitur per interpositam personam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam, secundùm Bartol. in l. si pupillus. §. finali. ff. de excusa. tuto. & Ias. in. §. Item si quis in fraudem. Institut. de actio. numero. 47. ¶ Cyn. tamen. in l. quisquis. C. eodem si cert. petatur. distinguit, aut est officialis perpetuus. aut temporalis, aut dubius, vtrum sit tẽporalis, vel perpetuus ¶ Si est perpetuus, tunc dare, & recipere mutuò, & contrahere cum subditis, non prohibetur, dum tamen faciat sine oppressione. vt in l. præsidis. ff. eodem. si cert. pet. & C. quod metus causa. l. si per impressionem. ¶ Si est temporalis, refert, aut contrahit nomine vniuersitatis, & potest. vt in l. gaius. ff. de vsu. aut nomine suo, & tunc aut cum subiectis, & non potest, vt hic, & in dicta. l. quisquis. & in l. eos. eodem titulo, aut cum non subiectis, qui non conuersabantur in loco, & potest. & sic dicit, quòd debet intelligi dicta. l. præsidis. ¶ Sed dicit Cyn. quòd alij moderniores tenent, quòd potest accipere à subiectis ad suum vsum & necessitatem. & ita intelligunt. d. l. præsidis. Sed si acciperet ad negotiandum, non potest etiã ab alijs non subiectis, & hoc magis placet sibi, & hanc distinctionem tenent Angel. & Paul. de Castro in dict. l. principalibus. ¶ Et vt iste text. & iura similia habeãt locũ, requiritur, quòd iudex † exerceat pluries negotiationem hanc. Secus si vna vice tantùm exercuit, quia tũc non incideret in pœnam. vt tenet Paris de Pute. in tracta. syndic. in parte, officiales non possunt. foli. 87. ¶ Et facit: quia mercator † propriè est ille, qui plures facit negotiationes, non vnam tantùm. tenet Bartò. in proœmio fforum. num. 10. per. l. primã. §. 1. ff. de tribut. & probatur per. l. semper. §. diuus Adrianus. cum. l. sequenti. ff. de iur. immuni. vbi si immunitas cõceditur alicui, qui negotiationẽ nauicularia exercet, oportet quod maiorem partem substantiæ in ea negotiatione ponat, & habeat. Et ideo dicit Bar. in. d. l. semper. §. negotiatio. quòd immunitas data aliquibus mercatoribus, ita demum seruanda est, si maiorem partẽ facultatũ tenerent in mercantijs; prout tenet Alexand. in consilio. 108. in. 4. volu. ¶ Et quòd vna mercantia non faciat quem mercatorẽ, sed professio, & exercitium. tenet Bald. in rub. C. de constitu. pecuni. in fine. Quod dicit verum nisi hanc vnicam mercantiam præcedat professio, seu matriculatio in matricula mercatorum. nam nomina dicta à professione acquiruntur

ra desu iurisdicion. Ni vse en ella de trato de mercaderia[n],

profitẽdo, nomina verò dicta à cõsuetudine, seu ab actu generalitatis acquirũtur vsu, & exercitio. non per vnicum actum. vnde non dicitur † aleator, licet semel ludat, nec peccator, licet semel delinquat, nec lector, licet semel legat. & idem in similibus. secundùm Bal. ibi. & Bart. in l. legatis seruis. ff. de lega. 3. nu. 4. vbi ad ea, quæ in contrariũ adducit, respõdet. ¶ Et sic, q̃ mercator nõ dicitur quis per vnum actum. & cũ Bart. transit Ancharr. in capitu. canonum statuta. de constitu. ver. quis dicatur. & Barto. in. l. mariti. §. quæsitũ. ff. de adulterijs. & Feli. in proœmio Gregori. co. fi. ver. quartô limita. * Et Peregrin. in parte mercator, & Angel. in proœmio. Institu. §. cunque hoc. num. 5. * ¶ Et facit quoque, q̃ licet clericis † sit interdicta negotiatio, vt in ca. fi. de vita & honest. cleri. per venditionem vnius rei tantùm non dicitur negotiari, seu mercari. est tex. in capitul. eijciens. 88. distin quæ est palea: & tenet Paris de Put. vbi suprà, sed dicitur negotiator, quando emit pluries res aliquas, & in suis formis eas vendit. nam si vẽdidit rem mutatum lucrum proueniens ex artificio, secus vt si emit chartas pro libro scribendo. vt in capitulo. nunquam. de conse. distin. 5. & Cardina. in Cle. fi. de censi. in. 3. nota. & Abba. in dict. ca. fi. de vita & honest. cleri. in fine. num. 14. & Bertachi. in tracta. gabella. in. 3. parte num. 5. tomo. 6. tracta. foli. 55. ¶ Et idem Bertachi. in. 7. part. nu. 48. folio. 63. dicendo, quòd non dicitur mercator, qui contrahit semel tantùm, sed frequenter vt dictum est. & Bar. in l. prima. C. de nauicula. lib. 11. & in l. prima. ff. de tribu. nisi præcedat p̃fessio, vel matriculatio, quia tunc etiam ex vno actu dicitur mercator. vt Bart. in rub. de constitu. pecu. in fine. C. vt suprà dixi. ¶ In tantum officiales non possunt cõtrahere, nec mutuare durante officio, vt dictum est, quòd si durãte † officio fecit contractum, q̃ eo finito nõ potest confirmari mutuo cõsensu expresso, vel tacito. vt in dict. l. prima, versi. pe. C. de contracti. Iudi. & Ias. in dict. l. principalibus. Quod etiam extẽdit ad proceres, seu curiales principis, qui prohibentur emere, & alios contractus facere: & si cõtrahunt, contractus est nullus. l. fi. C. de rescind. vend. iuncta glo in verbo, palatinos. quæ dicit, q̃ illa lex, habet locum in omni cõtractu. quod Bal. ibi dicit esse verum quoque in magnis consiliarijs magnorum dominorũ, vt suprà dixi in glo. heredad. & tenet Paris de Put. in dict. tract. syndic. folio. 16. in parte, excedunt. num. 8. ¶ Et ratio prohibitionis est, vt dixi, quia officiales debent vacare officio publico: q̃d cõmode non possunt facere, si vacarent priuatis emptionib⁹.

Cum

Cum qua ratione Ias. non transit ibi, sed dicit, q̃ melior est propter metũ impressionis: quia lex suspicatur, quòd officiales propter officium inducerent aliquem ad contrahendum nõ liberè. vt in dict. l. si per impressionem. C. quod metus causa. argu. l. 1. C. si rector vel prouin. ¶ Quod extende non solùm in iurisdictionem exercentes, verumetiam in exactoribus † publicorum, quia isti prohibentur cum suis prouincialibus contrahere. vt tenet Ioan. de Plat. in l. missi opinatores. C. de exactor. tribu. lib. 10. nume. 3. prima colum. ¶ Regulam istius tex. & iurium similium limita aliquibus modis. ¶ Primò limita nõ habere locũ, † quando emit, vel cõtrahit ex causa necessitatis, putà vtensilia, vel victualia. vt probat tex. in dict. l. vnica. versi. præterea. C. de contra. iudi. secundũ intelle. Guiller. & Bart. Alexa. & communiter docto. secundũ Iaso. ibi, in dicta. l. principalibus. ff. si cert. peta. 4. limitatione. Et ibi Angel. dicit, quòd si negotiat propter victum suum, & familię suę, quòd potest facere. & est gl. in. l. vniuersi. C. de vectigali. & cõmissis. & Bart. in. l. solent. §. non vero. ff. de offi. proconsu. & lega. dicit, quòd prohibitus emere in aliquo loco, intelligitur posse emere victualia sibi necessaria. & Alexa. in dict. l. principalibus. nu. 2. dicit, quòd prohibitus cõtrahere non intelligitur prohibitus, quãdo facit ex causa necessitatis, vnde secundũ eũ nõ prohibetur emere victualia necessaria. & idem dicit Bal. in dict. l. solent. in dict. §. primo. in. 3. notabi. ff. de offici. proconsu. & lega. ¶ Hinc est, quòd prohibita alienari, † possunt alienari ex causa necessitatis. l. alienationis. ff. famil. hercis. eo quia necessitas non subiacet legi. vt in. l. prima. ff. de offic. procõ. tex. in. l. 3. §. in eadem. ff. ad. l. Rhodi. de Iact. & tenet Roma. consilio. 290. & Areti. consil. 28. Alexand. consilio. 59. in. 5. volu. numer. 6. & ibi ponit causas necessitatis, propter quas potest alienari. & in authentica resque. C. communia de lega. ¶ Hinc dicunt docto. Angelu. Roma. & Alexand. in dict. l. principalibus. quòd prohibitus extrahere † frumentum de ciuitate sub certa pœna, non intelligitur prohibitus, quando extrahit ex causa necessitatis, putà propter necessitatem victus sui. notant doctores in. l. cætera. ff. de leg. primo. ¶ Quoque infertur secundùm Ias. ibi, in dicta. l. principalibus. quòd exẽptus ex priuilegio, & habens † immunitatem à collectis, non tamen intelligitur exemptus à collecta, quæ imponitur ciuibus propter necessitatem instantem, putà propter bellum. prout tenent Dy. Ray. & Bald. contrariantem eis in. l. si ex toto, in principio. ff. de legatis. 1. ¶ Et facit

12 quia tempore † magnæ necessitatis non excusatur quis à murorum, seu ciuitatis custodia. tex. est in. capit. 2. de immunit. eccles. i. & in. l. absit. C. de priuile. domus Augustæ. lib. 11. & l. 52. titulo. 6. part. prima. & l. 1. titu. 3. lib. 1. in ordina. regali. Montal. in. l. 1. titul. 5. foro. ll. lib. 1. in glos. magna. Iaso. in. §. Item seruiana. Institut. de actio.
13 colum. 19. vbi tenet, quòd priuilegiũ † exẽptionis non prodest in casu magnæ necessitatis reipublicæ, vel principis. ¶ Itẽ facit optimè illud, quod notat Bal. in. l. iubemus nullum. C. de sacrosanctis eccle. primo & 2. notabil. vbi notat, quòd de necessitatibus imminentibus ecclesiæ fortè propter guerram, seu bellum nullus quantuncunque priuiligiatus intelligitur excusatus siue priuilegium sit dignitatis, siue personę, seu religioni cõcessum. ¶ Ex hoc quoque dicit Bal.
14 in. l. prima, ad finẽ. C. de operis liberto. quòd tẽpore necessitatis, † putà guerrę, potest princeps imponere subditis subsidium charitatiuum. Ias. tamen vbi suprà dicit, quòd Ioann. de Anani. in consilio. 7. incipiente, visis. consuluit, quod valli non tenẽtur tẽpore necessitatis, putà guerræ, subuenire dominis de pecunia. & ibi ad hoc bene põderat tex. in. c. licet vasallus. in. 2. respõso. si de feud. fuerit controuersi. inter domi. & agna. Limita tamen istam decisionem, vt ibi per eum, quæ limitatio est, licet Ias. non ponat, nisi necessitas sit magna, vel quia captus, vel quia effectus est inops secundùm sui qualitatẽ, vel est in aliquo euidenti periculo propter guerram, & vasallus est diues, & potens, quia tunc tenetur secundùm Ioan. de Anani. in. dict. consilio in fi-
15 ne. ¶ In simili facit, quòd emptores, † seu arrendatores gabellarum pro necessitate reipublicę, vel regis, seu domini, possunt exigere ante diẽ, vel ante tempus dictas gabellas, remisso tamen eis interusurio medij temporis. tenet Bal. in. l. 1. C. de condi. ex leg. & sequitur Ias. in. §. Sed hæc quidem. Institu. de actioni. columna. 2. numer. 8. & Pala. Ruui. in repetit. capitu. peruestras. de donat. §. 23. numer. 23. folio. 98. & Ioann. de Plat. in. l. prima. C. de vsuri. fiscali. lib. 10. & latè Roderi. Suarez in repet. l. post rem. ff. de re iudica. columna. 128. & idem tenet Angelus in. l. si is, qui bona. ff. de pignori. & in. l. cùm quidam. §. fisc⁹. ff. de vsuris. Idem tenet Mar. de Laude, in tract. de fisco, quæst. 25. tomo. 6. tracta. foli. 2. quod dicit notandum, quia plerunque propter necessitates publicas principes ante diem exigũt à publicanis. ¶ Adde etiã tex. notabil. in. l. tutor qui repertorium. ff. de excusa. tuto. in prin. per quẽ dicit Abb. in cap. fin. 2. colum. de eccles. ijs ædifi-
16 cãdis, quod si † immineat necessitas alienãdi res

ecclesiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiæ cathedralis, potest prælatus incõsulto Romano pontifice alienare, quanuis iurauerit nil alienare inconsulto põtifice, capit. super. de reb⁹ eccle. nõ alie. ¶ Vi. quoq; quod notat Bar.
17 in. l. si qñ. per illũ tex. C. de naufragijs. vbi ait †, q si tẽpore magnæ necessitatis vicini veniũt ad machinãdũ in terra nostra, non tenẽtur soluere gabellã. & ideo gl. in. c. fi. in verbo, pcipiet. 23. q.
18 1. vult q in causa necessitatis permissum † est cõ fiteri peccata etiã Iudæo, & Saraceno. ¶ Et ideo
19 si victualia, quæ emere valent, nõ possunt ad † emẽdũ inuenire, possunt ea ꝑtio soluto auferre, vel subditos cogere ad vendendũ. vt dixi suprà in gl. heredad. n. 6. ¶ Et quoq; põt emere equos, quia non debet ire pede, quia sunt similes alimẽtis, vt ibi dixi. & vi. Parid. de pu. in tract. syndic. in parte, officialis. n. 6. fol. 70. Et ibi quoque tenet, quòd potest victualia accipere pretio soluto. ¶ Et adde quoque, q prærogatiua in pretio rerum venalium non est facienda militibus & officialib⁹ plusquã vendãtur priuatis ꝑsonis in fo. publico. & si per minas, vel alio calore hoc faciat officialis, incidit in crimẽ cõcussiõis. tenet Io. de Pla. in. l. septẽ. C. de erog. mil. anno. lib. 12
20 ¶ Secũdò limita nostrũ tex. & iura similia, † nisi officialis gerat officiũ in sua patria, vel in loco suæ originis, qa põt indistinctè cõtrahere. Bart. Paul. Alex. & Iaso. in. d. l. principa. & Ang. in. l. eos. C. eo. si certũ peta. tamẽ Bal. in. d. l. principalibus. tenet contrariũ. Et Ang. dicit ibi, q de rigore videtur oppositum, per dict. l. qui in officijs. in principio. ff. de contrahẽ. emptione. vbi videtur casus in oriundo. ¶ Ludo. Roma. cõcordãdo Bar. Bal. & Ang. dicit, quòd si quis est officialis in propria patria, sine iurisdictione, potest contrahere secundùm Barto. ¶ Aut est officialis cum iurisdictione, & sit vera opinio Bald. quòd non possit contrahere. Istam concordantiam ponit Paris de Put. in dict. parte, contrahere officialibus. folio. 86. num. 8. Tamen Alexã. in dict. l. principalibus. num. 4. dicit, quòd communiter tenetur prima opinio, reiecta opiniõe & distinctione Ludo. Roma. quia tex. in dict. l. qui officij. non exprimit de eo, qui in loco suæ iurisdictionis officium gerit. Et idem tenet Iaſ. ibi, num. primo. & 2. vbi quoque dicit secundũ
qui fuit exemptus. vt dicit tenere glo. & Ange. ibi, ponderādo text. in. l. 1. §. hęc verba. ff. ne vis fiat eis, quod dictum Angel. non inuenio: imò nec illum tantùm legi. dicit Augustī. vbi suprà fore intelligendum in ciuili, sed in criminali nō procedet intellectum suum, potest esse, quia in criminalibus licet quis sit iniustè captus, & in vinculis vel carcere positus, & nullam pœnam mereatur captus, tamen eximens eum, meretur pœnam: quia captus de mandato iudicis, de cuius iurisdictione cōstat, licet captura sit iniusta, non est resistendum de facto, sed de iure per appellationis remedium. Ita tenet Angel. singulariter in. l. 1. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi exi. allegando Innocē. in. c. si quādo. de offi. delega. & alia iura, vt ibi per eum. ¶ Et talis eximens in isto casu potest puniri ad petitionē iudicis, qua si eius iurisdictio sit turbata, vbi captura est iniusta respectu rit?, & ordinis, & tū eximens debet puniri, etiā ad petitionē partis. & vi. Hippoly. de Marsi. in sua practi. crimin. §. attingam. nu. 49. vbi remissiuè. * Et etiam ista actio est popularis vbicunquæ majestas prætoris est offensa, tenet Bald. in. l. siquid id quod in. 2. lectu. ff. de iur. om. iud. & vi. quæ dixi. infrà. in. ca. 20. in gl. iurisdiction. & in glo. *remediado.* * ¶ Et eundē Hippoly. in dict. pra. §. opportunè. numero. 20. vbi tenet, q̄ si aliquis est captus ex mandato iudicis pro aliqua summa, qui verè non est debitor, attamen eximens eum à manibus familiæ, cadit in pœnam, etiam si velit ostendere, quòd exemptus non erat debitor. tenet Cæpola consil. 14. in. 4. columna. ¶ Quod dicit Angel. vbi suprà fallere, quando aliquis esset captus de mā dato eius, de cuius iurisdictione non constat, putà, de mandato delegati à principe, qui suum mandatum in publicum non deduxit, tunc nō punitur eximens, quia licitè eximit exemptū. ¶ Idem si fuit captus de mandato non habentis iurisdictionem, quia excessit terminos iurisdictionis suæ. per. l. prohibitū. C. de iure fisci. lib. 10. ¶ Quoq; fallit secundùm Ioann. Fab. in. d. §. pœnales. versicul. item aduersus. nume. 9. quando quis non est damnatus, nec captus pro delicto ab imperatore, vel ab eius officiali, sed à iustitia inferioris, putà, ducis, vel Marchionis, vel suorum officialium, tunc eximens non incidit in. l. Iuliam maiestatis, sed aliter debet extraordinariè puniri. Quia ad hoc vt incidat in illam pœnam. l. iuliæ maiestatis. requiritur, quòd captus, vel carceratus sit ab imperatore, vel eius officiali. Quod dictum Ioannem Fab. sequitur Iaſ. in dicta. l. omnibus. §. is videtur. numer. 16. vbi dicit, quòd est notandum, quia est magna limitatio ad prædicta iura, & ad decisionē Barto. Sed dictus Iaſ. in. d. §. pœnales. nu. 107. dicit, quòd si hoc dictum Fabri est verum, est aureū, & notabil. dignum, nec alibi inuenitur. de quo dicit, quòd dubitat. per dict. l. 4. versi. penul. ff. ad. l. iuliam maiesta. ibi, propter hoc in vincula coniectum emiserit. Et propter istam dubitationem in. d. §. pœnales. & propter. affirmatio nem per eum factam in. d. §. is videtur. videtur mihi, quòd sit verum illud, quod multi asserunt. s. quòd lectura in. d. tit. de actionibus. non sit Iaſ. sed Alexan. de Imol. & propter alia, quæ laborando scripta inueni in multis locis. ¶ Et quod limitatio Ioan. Fab. non sit vera, sed quod dicta pœna habeat locum, scilicet, pœna legis. 4. suprà allega. etiam in eximente delinquentem à carcere Ducis, Marchionis, vel aliorum dominorum. tenet tex. in. l. 14. titul. 29. parti. 7. ibi. *E porende mandamos, que si alguno fuere osado de sacar preso de la carcel del Rey, o de algun adelantado, o de comun de algun concejo, o de otra prision qualquier en que fuesse metido por mandado del Rey, o de algunos de los otros que han poder de iuzgar por el, que deue recebir tal pena qual deuia recebir aquel que fuesse sacado por fuerça.* qui tex. loquitur in criminalibus, vt ex eo patet, & in quantum text. dicit, *que deuen iuzgar por el*, scilicet, quando à principe mandatus est constitutus ad iustitiam exercendam, vel ab alio, qui habet potestatem à principe. vt dixi latè in cap. primo. suprà in glos. l. in princi. quia vt tenet Alexan. in. l. prima. in fin. nume. 35. versicul. vnde dicit Bald. ff. de iurisdi. omnium iudi. quòd omnis iurisdictio est imperatoris, & ipse est, qui iurisdictiōem tribuit, magistratus creando, vel confirmando, vel præstā do authoritatem creandi, vel confirmandi, allegando Bald. in capit. 1. §. ad hæc. 1. colum. de pace iura firman. per illum text. & per. §. iudices verò fallit quoque, nisi condemnatus, vel alius pro eo, putà consanguinei, vel amici appellassent iustè à sententia condemnationis iuxta. l. non tantùm. ff. de appella. quo casu si iudex nō obstante appellatione vellet exequi sententiā, quæ non est amplius reiterabilis, vel retractabilis, isto casu licitum esset etiā facto resistere iudici, & impunè talem executionem impedire, quia per appellationem sublata est iurisdictio iudicis à quo. ita Inno. singulariter in. c. si quando. de offi. deleg. versi. transactione. quod dictū reputat notabile Bal. i. d. l. additos. C. de episco pa. audienti. vbi vide alia plura per eū. & sequitur Iaſ. in. d. §. pœnales. nu. 108. vbi alios doct. allegat hoc idem sequētes. & idē tenet Ange. ibi. num. 17. de quo per Abb. in. d. c. si quādo. & de

intellect,

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellect.nu.2. ¶Vltimò limita prædicta de exi mente, vt non procedat in Cardinalibus: nam si Cardinalis obuiauit ei, qui ducitur ad mortē, habet ex cōsuetudine priuilegium hoc, q̄ possunt eum eximere, & à morte liberare, secundū Bal. in.d.l.additos. & Ias.in.d.§.poenales.num.109. ¶Si autem esset aliquis incarceratus pro debitis
14 priuatorum, faciens † eum fugere de carceribus tenetur satisfacere omnibus creditoribus. text. est solennis in.d.l.quotiens. C. de exacto. tribu. lib.10. vbi tex. iuncto vno intelle. glossæ adhuc probat aliud, quod est singularis, q̄ etiam si ille denuò reducatur ad carceres, hoc nō obstāte, qui fecit eū primò fugere, tenetur creditoribus soluere. & ita per illū tex. dicit Ias.in.d.l.omnibus. §.is videtur.nu.17. quod tenet Saly.in.l.bonæ fidei. C. de rebus credit. & in.l.admonēdi. ff. de iureiuran. & ibidem Ludoui. Roma. colu.25. vbi refert & sequitur. ¶Si autem aliquis occul-
15 tauit † debitorē alicuius, & non patitur eum capi, an teneatur, maximè ad creditum? Bald.in.l. fi. C. de ope. liber tenet, quòd non: sed Saly c. ibi tenet contrarium, & fortè melius, secūdùm Ias. in.d.l.omnibus. §.is videtur.in fi. & idem tenet Ias. contra Bal. pro Saly.in.d.§.poenales. institit. de actio. nu.102. & credit etiā, q̄ isto casu proui deatur creditori, mediante tit. ff. si quis ius dicē. non obtemp. hoc modo, quia iudex habet præcipere illi occultanti ne impediat executionē. & si cōtemneret præceptum, posit iudex procedere ad multas, & ad alia remedia, quæ tradi solent per scribentes in dict.l.1.ff. si quis ius dicen. nō obtempe. & opinionem Salyce. licet de eo non faciat mentionem, scilicet, quod nedum ille qui de facto eximeret captum, tenetur creditori ad solutionem. ¶Sed etiam ille, qui noti-
16 ficauit † debitori alicuius, quòd fugere deberet, quia creditor suus ordinauerat facere eum capere, & detineri, tenetur ad soluendum debitum creditori, si talis debitor fugam arripuit. ita doctor del Castillo in.l.66. de Toro. in glos. *de sear raygar.*3. colum. versic. & nota allegando meum Hippolytum de Marsilijs, in repetitio. rub. ff. de fideiusso. columna.7. numero.16. & 17. vbi allegat Petrum de Anchara. in consilio.341. incipiente, Viso themate. in fine. & idem tenet Hippolytu. de Marsil. in singula.137. quem vide. & Bald. in capitul. dilectus. column.4. de appella. & ibi Cardi. Alexa. & Ioann. de Ana. consil.55. incipiente, quia dubia super facto isto occurente. in fine. vbi dicit, quòd reperit, q̄ cōsuluit Salycetus, & dominus suus Petrus de Anchara. & inter alia allegant text. in.l. sint certo. versicul. cultodiam. ff. cōmoda. cum ibi notatis. per glo. & in.l.si à bonæ fidei possessore. versi. si verò custodiæ. ff. de rei vendi. allegant etiam notata in l.pe. C. de operis liberto. ¶Ego in fauore Saly. & Anchara. & Hippolyt. & sequacium allego dictum Paul. de Cast. in.l.dedi ūbi. §. fi. qui incipit. quanq̄. nu.6. ff. de condi. cauſ. data. vbi dicit per tex. ibi, qui non est alibi, secūdùm Ray.
17 de for. quòd si tu impedis † me, quo minus aliquam vtilitatē consequar, habeo cōtra te regressum ad omne interesse. vnde infert Paul. de Castro, si aliquo volente mihi aliquid relinquere, tu impediuisti, teneris mihi ad interesse. ¶Et ad de Ioann. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de iudicijs. §. generalia. versi. posset poni. vbi ponit de tutore, qui procurauit, vt testator sibi relinqueret totum, vel partem eius, quam pupillo relinquere intendebat, q̄ pupillus potest agere ad interesse. quod dictum Paul. sequitur Alexā. in additio. ad Bar. in.d.§. quāquàm. ¶Et idem q̄d Saly. & Anchar. tenet Fran. Curtius in additio. ad Paul. de Cast. in.l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius vocatus vi exi. & idem in expresso tenet Ioanne. de Plat. in.d.l. quotiēs. vbi singulariter de ista materia. ¶Circa supradicta vide notabile dictum Ioann. de Plat. in. §. præterea. institu. de actio. vbi tenet, q̄ licet receptaue
18 rim † in mercatores salitos, vel qui fregerūt, non propter hoc possunt conueniri vt eos exhibeāt nec teneor ad interesse. & idem tenet & sequit Hippoly. de Marsi. in singula. 366. quod nota. ¶Sed hodie dictum Plat. Ias. & sequacium non tenetur, quia contrarium disponitur per tex. in l.5. titul.8. *de los troques y cambios.* lib.5. in ordinamen. regali. vbi cauetur, quòd nullus receptet dictos mercatores salitos, aliàs ad debita, quæ ipsi tenentur, teneantur. & facit.l.80. in pragmaticis. fol.78. & tex. singula. in.l.4. ti.17. lib.8. in ordi. regali. vbi idem tenet, q̄ receptantes, ad debita teneantur, & hoc quando malefactorē, seu debitorem abscondit, quia tūc dicitur receptator, † nō in eo, qui dedit potum, vel cibum. tex.
19 & ibi Bart. in.l.1. §. q̄ autem. ff. de seruo corrup. vbi Bar. dicit facere pro statutis, qui dicunt, si quis receperit malefactorē, vel bannitum. Quo q; receptator debet esse sciēs, prudēsq;, vt demū puniatur, si sciuerit ipsum esse debitorem rebellem, non autē si ignorauerit. vt in.l.1. C. de desertori. mili. lib.12. & ibi Plat. nu.3. & facit.l.3. §. nō tantùm. ff. de incen. rui. naufra. & l. metodorū. ff. de poenis, & in dubio præsumitur ignorātia, nisi foret notorium. vt in.l.1. ff. de recepta. proquo facito quod notat gloss. in.l. si tutor. C. de pericul. tuto. prout tenet dictus Plat. in.d.l.1. & statur iuramento suo. vt ibi per cū. nu.4. & Hippoly.

poly. in.l. qui ignorans. ff. ad.l. cornel. de fal. nu. 22. & Feli. in.c. à nobis. de exceptio. & Plat. in.l. fi. C. de fabricen. lib.11. & Luc. de penna. in.d.l.1.
20 col.1. ¶Idē est in occultante, vel faciēte † fugere officialem tēpore syndicatus, quia tenetur ad restitutionem in quadruplum, secundùm Bal. in. l.2. C. de assesso. ¶Sed intellige verū in foro conscientiæ post condemnationem, sed ante solùm tenetur ad dānū, quod restituere debebat ipse officialis, si in syndicatu fuisset. ita singulariter summa Angeli. in parte, restitutio. §. 9. ver. vtrū faciēs fugere. de quo vide quę latè posui suprà, in.c.1. in gl. ni recibira dadiua. versi. sed vtile est. nu.20. ¶Adde vnū singulare, q̄ contra eximen-
21 tem aliquē de manibus familiæ interesse † ,pbatur per iuramētum creditoris. tenet Bart. in.d.l. si per aliū. §. docere. ff. ne quis eū. & tenet Paul. de Cast. in.l. sed eximendi. §. item si is. eo. tit. & tenet Anto. Frāc. in additio. ad Abb. in.c. dilecti filij. de foro compe. in additione finali: quę incipit, ex contractu. post medium. & Angel. in.d. §. pœnales. nu.16. vbi tenet, q̄ in ista actione in factum cōtra eximētem iuratur in litem: & speciale est, quamuis sit stricti iuris propter rigorem iuris conseruandum. de quo ibi per eum, & format quæstionem vt clarius intelligatur. ¶Et ideo dicit Montal. in glo. ordi. in parte, iudices prætores. q̄ ille, qui aufert captum, vel alio modo eum eximit, succedit ne dum in interesse, & pœnam, sed etiam est in maius periculū, quàm erat reus principalis, quia facilior est probatio contra eum. Dicit ad hoc tex. valde notabil. in l.2. §. prætor ait. ff. eo. tit. ne quis eum qui in ius voca. vi exi. & Bald. ibi. & probatur per. d.l. fi. C. de operi. liberto. & in.l. consiliarios. C. de assesso. & gl. in.d.l. quotiēs. ¶Item nota, q̄ si plures abstulerūt captum à familia, vel vi eximunt
22 aliquē de carcere, q̄ quilibet tenetur † in solidū, & vnius solutio non prodest alteri. per tex. in.l. 2. §. fi. ff. ne quis eum qui in ius vocatus vi exi. & ibi Bal. & tenet Mōtal. vbi suprà: & tenet in expresso Pau. de Cast. in.l. pen. quæ incipit, si per alium. §. hoc iudicium. ff. eo. ti. nec pœna soluta ab vno, liberat alium, & etiam debitor remanet
23 obligatus. ¶Sed an solutio † facta ab eximente debitorē liberet? Glo. in.d.l. pen. quæ incipit, si per aliū. §.1. tenet quòd non, sed aliqui antiqui tenent ibi contra. ¶Sed Ange. & Flori. ibi concordant, dicendo. Aut primò debitor fuit condemnatus, & soluit quod debebat, & eximēs liberatur quoad ipsum actorē: quia amplius sua non interest, & primū debitum est extinctum. ¶Aut primò fuit exactus eximens, & tunc nō liberat eximēs debitorē: nā id quod soluit eximens, videtur solutū in pœnā sui delicti. l. mancipia. C. de seruis fugit. ¶Sed istā distinctionem Ang. de Are. in.d.§. pœnales. nu.18. dicit, q̄ non credit eam verā: imo quamuis sit primò exactus debitor, nō sit liberatus eximēs propter dolum suum, & suum delictū. Præterea, quia vt eximēs teneatur, nō habetur respectus ad quātum in veritate teneatur exēptus: quia etiam si in nihilo tenebatur, & calūnioſè esset exemptus, tamen eximens tenetur. vt in.d.l. sed eximēdi. §. item. & in.d.l. si per aliū. §.1. in fi. ¶Pro quo etiam facit quod dictū est, q̄ si sunt plures, qui eximunt captum, quilibet tenetur in solidum. vt in. d.l. pen. §. hoc iudicium. Sicut etiā dicimus, q̄ duæ cauſę lucratiuæ procedentes à diuersis debitoribus possunt concurrere in eadem re, etiam quo ad exactionē, qū primò extimatio rei fuit exacta. l. Meuius. §. duobus. & ibi Bartolus latissimè. ff. de lega.2. & in.l. planè. §.1. in.2. respon so. ff. de lega.1. Præterea potest dici, q̄ quoad debitorem ut rei perſequutio, & quoad eximētem fit poenalis. Sed poenalis non tollitur per persecutoriam, nec ecōtra. vt in.l. si pro fure. §.1. ff. de condi. furti. cum similibus. siue sit exactus primò debitor, siue non, quia non liberatur alter, qui tenetur ad poenam. secundùm Ange. in
dict. §. poenales. quod mihi placet. ¶Sed quid in
24 iudice delegato, † seu per quisitore, qui sunt idē an potest defendere suam iurisdictionem limitatam, quam habet, & punire turbantes eā? Et videtur q̄ non: quia iurisdictio delegata nō extenditur ad personas nō expressas in rescripto. vt in.c.1. & glo. de offi. delega. sed de istis impedientibus non habetur mentio in rescripto, ilicò ad ipsos non extenditur iurisdictio. Sed dic, q̄ illud intelligitur vniuersaliter. & fallit in istis qui impediunt processum iudicis, quia contra ipsos bene extenditur iurisdictio. vt in.c.1. de offi. delega. Et est ratio: quia omnia videntur sibi commissa, sine quibus iurisdictio explicari pōt. cap. præterea. el.2. de offi. delega. & l.2. ff. de iuri. om. iud. Cōtra istos ergo turbātes pōt delegatus exercere cēsuram: qa permissū est iudicibus defendere suā iurisdictionē iudicio poenali. vt in.l.1. ff. si quis ius dicē. non obtēp. licet Ioan. de Imol. in.d.c.1. & in.c. dilectus. de poenis variet. ¶Sed tu cōclude post scribētes in.d.ca.1. d̄ offi. deleg. secūm And. sicul. Barb. ibi. co.25. cū sequē. ¶Quod si tertius delinquit in personā iudicis delegati, nō pōt illū punire, nisi ex hoc cōtigat suam iurisdictionē impediri. Et ita reducitur ad cōcordiā Inn. in.d.c.1. & in.c. dilect⁹. nā in. ca.1. tenet, q̄ pōt suā iniuriā vlcisci. p.c. si qs erg.2.q. 7. sed in.c. dilectus. tenet oppositū. & cōcordat vt dictum

dictum est. ¶ Quoq; dic, q̃ tex. in. d. cap. si quis erga. loquitur in ordinario. de quo plenè per Abba. in. d. cap. cum venissent. de iudi. Et attende, q̃ in casu, in quo pōt delegatus punire, non intelligas q̃ possit imponere pœnam ordinariā sed extraordinariam, quia ipse non est deputatus supra illam iniuriam. ¶ Si verò delinquitur contra partes, vel testes, & similes personas necessarias in iudicio. conclude, q̃ si ex hoc sua iurisdictio impediatur, potest vlcisci, aliàs secus, & ad limites impedimenti potest se impedire, & non aliter. Sed contra officiales delinquētes carum se contrarium tenet Inno. in. d. cap. dilectus, q̃ non potest ipse procedere, nisi impediretur sua iurisdictio, sed debet facere eos punire per ordinarium. ¶ Quam aũt potestatem potest exercere delegatus in istos tales impedientes? Dic q̃ censura ecclesiastica, etiam si hoc non sit expressum in rescripto. vt voluit Inno. in. d. c. 1. Et quoq; poterit eos multare pœna pecuniaria secundum eundem: quia omnia videntur commissa, sine quibus iurisdictio exerceri non pōt idem tenet Abb. in. d. c. 1. num. 6. ¶ Quid si alius præter litigatores, est suspectus, q̃ vult impedire iurisdictionem, vel offendere eos, qui ad suũ iudicium sunt vocati? Dicit Inno. q̃ iudex coget eum præstare cautionem super eorum securitate. arg. ca. literas. de resti. spol. tenetur enim iudex assignare partibus locum securum. cap. ex parte. de appella. ¶ Sed limitatur hoc, nisi esset tanta sæuitia, q̃ non posset per cautionem mederi, quia dicit Hosti, q̃ suspenderetur censura, donec mutentur tempora, vel per deũ, vel eius vicarium aliud consilium apponatur, & consulatur, q̃ ad tps desistat. arg. in. d. cap. literas. & c. ex transmissa. de resti. spol. secundum Barb. vbi suprà, in. d. c. 1. ¶ Sed quæritur, si iudex, seu po-
25 testas pro defensione suæ iurisdict. delinquat, † & damnum det, an ille teneatur ad satisfactionem delicti, vel ciuitas, rõne cuius defensionē fecit? Et videtur q̃ ille tenetur, & non ciuitas: quia delictum personæ in ecclesiam, vel ciuitatem seu rempublicam non debet redundare. Et ideo si Abb. delinquat, vel alius monachus, vel clericus, iniuriam faciendo, vel damnum dando, vel alicui eius possessionem occupando, ecclesia non tenetur. Nam qua ratione delictum tutoris non obligat pupillum. vt in. l. neq;. ff. de reg. iur. & in. l. pe. ff. de tabulis exhibend. eadem ratione delictum clerici. vel prælati, nõ debet ecclesiam obligare: cum pupillus, & ecclesia, & respublica parificentur ex vna parte, & eorum administratores etiam parificentur ex alia. vt in. l. orphanatrophos. C. de episcopis, & cleri. & in. cap. 1. de in integr. restitu. & ibi gloss. ¶ Et quia ex delicto officialis non tenetur vniuersitas ad pœnam, ex eo, q̃ in generali mandato non venit, q̃ faciat incidere in pœnam. tenet Bar. in. l. aut facta. §. fi. vlti. colu. ff. de pœnis. sequitur Alex. in consi. 105. in. 3. volu. consiliorũ. nu. 27. ¶ Sed in contrarium videtur ratione prę dictæ parificationis: quia iure expresse cauetur, q̃ pupillus teneatur de dolo tutoris. vt in. l. 1. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei, qui in posse. & in. l. fi vna. §. si dolo. ff. de peculio. & in. l. 3. §. pe. &. ff. de administra. tuto. l. fi. ¶ Dyn. in regula delictũ personæ. de regul. iur. in. 6. pro solutione dicit, q̃ si ex delicto, vel dolo prælati, vel alterius peruenit ad ecclesiam aliquid, eatenus teneatur ecclesia, sicut tenetur pupillus de eo, quòd ad se peruenit ex delicto tutoris. vt in. l. supradicta. Sicut pater ex delicto filij tenetur, & dominus ex delicto serui in quantum ad eos peruenit. vt in. l. 1. §. cùm igitur. ff. de vi & vi arma. & in. §. si quis eum, & in. §. si filius. & in. l. 2. §. fi. ff. de peculi. Et eodem modo tenetur ciuitas, vel vniuersitas, quatenus ad se peruenit ex facto, vel delicto præsidentis. 1. iudicis. vt. ff. de vi & vi arma. l. si in me. &. ff. de dolo. l. si ex dolo. §. Sed an municipes. Tunc ecclesia non videtur pati damnũ, quod est diminutio patrimonij. vt in. l. 4. ff. de damno infecto. cùm de suo nõ soluat, sed quod ad eam peruenit restituit. Et istam solutionem quoq; tenet Ioann. Andr. in. d. regula delictum in mercuriali. in princ. ¶ Vbi Dyn. ponit quoque alium contrarium de. l. iubemus nullã. C. de sacrosanct. eccles. ¶ Sed soluendo dicit, q̃ delictum commissum à prelato, seu à iudice, colle-
26 gio, seu consistorio, † vel capitulo vocato, & cõmunicato redundat in damnum ecclesię, seu vniuersitatis. vt in. d. l. iubemus. Secus eo non communicato: quia delictũ solius potestatis, vel prę lati, seu alicuius, vel aliquorum de collegio, ecclesiæ, vel vniuersitatis non præiudicat. & ita intelligitur. d. regula delictum. & ista est communis solu. secundùm Dyn. ibi. Et eam quoq; dicit communē. Abb. in. c. 1. de dolo & contu. nu. 12. & Bart. in. d. l. iubemus nullam. vbi quoq; dicit, q̃ sic debet intelligi. d. c. delictum. * Et vid. l. 17. titul. 10. part. 7. * ¶ Quinimo non solùm obligatur ecclesia, ciuitas, vel vniuersitas quando communicato consilio fuit factum, & de suo consen-
27 su, verunetiam obligatur † vniuersitas, si ratum habuit quod factum est per prælatum, seu per iudicem, & hoc casu obligatur ecclesia, seu vniuersitas etiam in delictis. vt notat gloss. in. cap. cùm dilectus. de ordi. cogni. in. gloss. 3. & vi. Bal. & Abba. Notat etiam gloss. & ibi Bartol. in. l. si quis

quis in tantam. C. vnde vi. tenet ad literã. Alex. in additio. ad Bart. in. d. l. iubemus nullam. in fi
28 nali addit. ¶ Sed hoc intelligitur verum †, quando omnes de capitulo, vel de collegio cõsensissent: secus si maior pars capituli consensisset, & minor contradixisset, quia adhuc nõ fieret præiudicium ecclesiæ. * Et dicitur quis consentire quando quis de capitulo tacet & non contradicit illa quæ malefiunt in capitulo: & tenetur pœna cum alijs qui expresse consenserunt vt tenet singulariter Innocen. in. c. 1. de his quæ fiũt, à præla. sine consen. nu. 4. & Abb. singulariter. in. c. vestra de locat. nume. 6. in. fi. & idem Abb. in. c. continebatur. de his quæ fiunt, à prælato. nu. 9. & Fel. latè. in. eo. in. c. omnes. de constitu. nume. 12. & Ioan. de Ana. in. capi. veniens. de simon. nume. 4. & Abb. singulariter. in. c. 1. de his quæ fiũt. à maio. part. nume. 13. & vi. quæ dixi. in. c. 44. in glo. *se salgan.* nume. 2. * Nec obstat. l. maior. ff. ad municipales. quia debet intelligi de his, quæ tendunt ad vtilitatem, vel saltem non tendunt ad damnum: & tunc quod maior pars facit, videtur fecisse totum capitulum, vel vniuersitas. Sed quando tendit actio ad damnum, requiritur q̃ omnes concordent, & cõtradictio vnius faceret, ne videatur gestum ab vniuersitate. Quod perpetuò tene menti, secundùm Paul. de Cast. in. d. l. iubemus nullam. numer. 6. quod dicit raro reperies alibi hoc dictum, & est pulchra limitatio ad. l. maior. & vi. aliquid per Roma. in singula. 44. ¶ Et in casu isto non ciuitas, sed ista maior pars tenetur ad damnum, non in solidum, sed quilibet tenetur pro parte. vt tenet Bald. in. c. edoceri. de rescript. nume. 3. dicendo, q̃ si plures admittuntur ad communionem offi cij publici, & simul delinquunt in officio, quilibet tenetur pro parte. quod est notandum. Ad quod facit, quod tenet idem Bal. in. c. cùm dilecta. de rescrip. nume. 5. vbi tenet, q̃ si multitudo hominum facit sibi vnum caput, siue capitaneũ omnes dicuntur principales, tamen vnusquisq; tenetur pro se, & non pro alio. vt notatur in. l. prætor. ff. vi bono. rap. & vi. Bald. in rubr. de his quæ vi met. caus. in decretali. nume. 13. vbi singulariter. & vide suprà in gloss. *iuntaran*, in fine. & quæ ibi dixi in capitulo. 2. ¶ Alij faciunt aliam distinctionem. Aut delinquit contrahendo, vel delinquendo, aut negligendo, aut delictum reale & mere suum, aut est delictum, vel actum, & inclusum, seu coniunctum cum administratione. vt per Bartol. Bald. & Paul. in. dicta. l. iubemus nullam. singulariter distinguentes & quoque ibi per eos quid in acquisitis, & quid in acquirendis. & per Abb. in dict. capitul. 1. de dolo & contu. ¶ Sed contra supradictam conclusionem, in qua cauetur, quod quando communicato consilio fecit, non tenetur, sed vniuersitas. fa
29 cit glo. † in. capit. placuit. 16. quæsti. 6. & Archi. ibi. & Cardi. in. d. c. 1. & glo. in. c. priuilegium. 11. q. 3. vbi indistinctè volunt, q̃ quantuncũq; hoc delictum sit communicato consilio, nunquam præiudicet ecclesiæ, vt ecclesia priuetur re suaquia cũ expresse non posset prælatus & capitulum sine causa legitima, & solennitate debita, alienare bona ecclesiæ. 12. q. 2. c. sine exceptiõe. multò fortius tacitè, maximè delinquendo. Et distinctio, quæ fit, an fiat communicato consil. vel non, procedit quo ad ea, quæ cadunt in potestate prælati, & capituli, vt in obligando ecclesiam pro aliqua legitima causa. vt legitur in capit. quòd quibusdam de fide instru. non autem quoad alia. notat in simili Barto. in. l. scien dum. ff. de verborum obligat. Et hoc plus placet Abb. vt ipse ait in dict. cap. 1. de dolo & contuma. num. 13. &. 14. cum sequentibus. vbi singulariter hoc altercat melius, quàm alibi: quem vide, & concludit in num 18. & dicit, quod si res spectat ad mensam prælati, puniatur ipse prælatus in vita delinquentium: si verò res erat ecclesiæ, & non pertinebat solùm ad mensam prælati, & capituli, tunc condemnabuntur ipsi de proprio ad æstimationem. & idem voluit tenere Bald. in prælud. feudo. in finali diuisione, licet Abb. eum non alleget. nume. 58. * Tamen si ipsa ecclesia, vel ciuitas, seu villa soluit damnum ex forma statuti, potest repetere ab eo qui damnum dedit: tenet Alberic. in. Rub. ff. de lib. causa. nu. 2. * ¶ Attamen quicquid dicat Abbas, ego
30 teneo, † q̃ si iudex fauore suæ iurisdictionis alicui quod damnum fecit, quòd non tenetur soluere ex suo, sed respublica tenetur tale damnum emendare, & soluere condemnationem contra eum factã. vt tenet singulariter Paris de Puteo in tractatu syndica. in parte, an officialis possit capere rem. folio. 69. in libro portatil. vbi dicit, quòd si officialis accipiat boues alicui pro homine traxinando ad iustitiam, quòd illi boues de cætero cùm arabunt in terram, & nunquàm germinabit fructum illa terra arata cum dictis bobus, dicit quòd non iudex, sed respublica ad emendam illorum boum sic deteriorato rum tenetur, & soluetur talis emenda, non de pecunia iudicis, sed de pecunia publica. per notata in argumen. per Bartol. in. l. diuus. ff. de bonis damna. & in. l. cùm ratio. §. Si plures. eod. titulo. vbi tenet quòd expensæ pro exercitio officij sunt faciendæ ex multis extraordinarijs paruulis, & quòd talia vilia non conuertantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

in suam vtilitatem, sed in vtilitatẽ officij. ¶ Maximè si illud, quod facit iudex pro dicta defensione, habet causam successiuam: quia tunc quãuis non præcedat tractatus vniuersitatis, imputatur vniuersitati. vt Cardina. in clementina. 1. de pœnis. & tenet Pala. Ruui. in repetitione. capitul. per vestras. de dona. §. 18. fol. 65. nume. 36. quòd dicit esse notandum. ¶ Et facit idẽ, quod tenet Pala. Ruui. in dict. repetitio. capitulo. per
31 vestras. §. 39. nu. 6. fol. 75. vbi dicit, quòd si † priuatus intentat iudicium ad vtilitatem publicã, siue clericus ad vtilitatem ecclesiæ suæ, debent sibi refici expensæ à fisco, si vtilitas sit fiscalis, id est, afferens lucrum fisco. Et dicit esse casum notabilem in. l. si mulier in opus salinarum. ff. qui potio. in pigno. habe. secundùm Bal. in. l. 1. in prin. iuxta finem commenti. ff. de Iusti. & iure. & text. in capitulo. ex parte. de accusatio. & Francisc. de Aret. tenet ita in. capitul. si quis testium. de testibus. 3. column. Et licet Palat. Ruui. alleget. d. l. si mulier. ego non inuenio. & credo quòd est tex. in. l. fi. §. fi. ff. de pignora. actione. * Sed quid si minor pars cõcilij ciuitatis, vel aliqui particulares illius in fauorẽ ciuitatis seu reipublicæ litigant, cuius expensis ambæ partes litigabunt: vi. doctor. in. capitulo. cum inter canonicos. de electio. & in. capi. præteritæ. eod. titul. vbi quòd factum est à maiori parte vniuersitatis pro sequitur expensis vniuersitatis, nisi euidenter constet de improbabili causa, & minor pars & singulares faciant suis expensis, & si obtinuerint ab vniuersitate recuperabũt: prout tenet curia Pisana libr. 2. cap. 16. & an si iuuantes perdiderunt equos, & arma, & alia an possint, recuperare illa ab eo in cuius auxilium veniũt, vi. glo. & ibi Docto. in. l. quoniam. C. ad. l. Iuli. de vi. priuat. & melius quam alibi per Peregrin. in parte emenda, vbi per. 3. column. latas distinctiones facit. * ¶ Adde quod tenet idem Bartol.
32 in. dict. §. si plures. vbi dicit, q̃ rectores † pro amplianda ciuitate numero hominum, & ciuium, potest expẽdere de bonis communis, & est iusta causa expendendi. ¶ Et in simili facit quod tenet Bar. in. l. multarum. C. de modo mul. vbi
33 quando iudex † non potest facere aliter aptare cameram, imponat aliquam multam, & deputet eam ad fabricã vel expẽsas palatij: quod dicit menti tenendũ, sed credo, q̃ palatium debet esse ciuitatis, & non priuati. Et ita intelligit Salyce. ibi, dum dicit, q̃ iudex in impositiõe mul-
34 tæ potest eam deputare † in salarium aduocatorum, vel in refectione alicuius rei spectantis ad rempublicam. Et Bald. in. l. 2. C. communi rerũ alie. num. 3. dicit, q̃ iudex potest donare fiscalia modica, sed magna non, nisi ipse princeps. ¶ Facit quod tenet Andreas de Iserni. in tit. de pace iura. firman. in vsi. feu. §. receptatoribus. circa finem. vbi tenet, quòd non tenetur † iudex, qui
35 vt maleficia puniantur, & alij terreantur, zelo iustitiæ dedit alteri damnum, sed tenebitur fiscus ad illud damnum: quia hoc exigit publica, vtilitas. argum. l. contra. §. fi. ff. ad Silania. & in. l. 1. C. in quibus causi. seru. & per notata. in. l. si is cum quo. ff. famil. herciscun. vbi de villa exusta propter contumaciam alterius socij, quod Andre. latè examinat in. d. §. receptatoribus. & ibi intelligit hoc verum, si iudex aliter non potuit prouidere. Et facit quod tenet Stephanus. Aufre. in decisione. 70. Tholosa vbi dicit, quòd si officialis delinquit præ textu officij, & ad cõmodũ ipsius officij, seu vniuersitatis, successor in officio tenetur satisfacere, secus si officialis delinquit, vel cõtraxerit ad cõmodum proprium, vel libidinẽ suam secundam, nam tunc non successor, sed ipse, & eius hæres conueniri debent. iuxta quod legitur, & notatur in. l. 1. & 2. ff. ad. l. Iuliã repetund. & in. l. iubemus. C. eo. tit. Et ita voluit Siculus limitare. c. aduersus. de immuni. eccles. Et est tex. & ibi glo. expressa in. l. si laborante. §. æquissimum. ff. ad. l. Rhod. de iact. vbi tenet, quod si quis pro communi vtilitate, vel alterius damnum patiatur, est sibi restitutio facienda. ¶ Nec obstat, quòd officialis nil debet recipere à prouincialibus. vt in authen. de manda. princi. §. fi. colla. 3. quia est verum pro se, sed secus pro executione officij. secundùm Bartol. Bald. & Cyn. in. l. fi. §. fi. ff. de pigno. actio. & tenet dictus Paris de Puteo, vbi suprà: quẽ vide. & Barto. in. d. §. fi. intelligit data mercede de publico. ¶ Sed quando asinus accipitur ad aliquem
39 suspendendum, gratis potest iudex accipere. vt Paris. de Pute. vbi suprà. ¶ Quoq; tu dic, † q̃ quãdo iudex facit aliquid pro defensione iurisdictionis, faciat ex multis extraordinarijs per eum impositis, & applicatis operibus publicis, vel expẽsis iustitiæ: & his deficiẽtibus expensis Cameræ regis. Sed requiritur licentia regis, vel suorũ senatorũ: quam licentiã illicò concedunt dum petitur, si videtur eis necessarium esse: & hoc, quando iudex contendit cum aliquo alio iudice ecclesiastico, vel seculari super iurisdictionem, vel super delictum. ¶ Secus si ciuitas contendit super territorio & iurisdictione cum alia ciuitate, villa, seu domino, quia tunc expensis ciuitatis debet defendi. & ita seruatur. Quia omnia istã sunt ciuitatis, & communia vniuersitatis, putà, fontes, plateæ, termini, viæ, mõtes & campi, & similia. vt in. §. vniuersitatis. Instit. de re-

de rerum diui. & in. l. in tantum. §. vniuersitatis ff. eodem. text. in. l. 4. titul. 28. partit. 3. ¶ Et si ciuitas, seu villa reditus non habet, vel non sufficiunt, illis deficientibus, collecta per habitatores imponitur, à qua clerici, nec alij priuilegiati sunt immunes. argumen. text. in. l. 20. tit. 32. partit. 3. & l. penulti. & fi. ff. de operi. publi. & l. ad portus. C. eodem. & l. ad instructionem C. de sacrosanctis eccles. ¶ Et quoque tenetur, etiam si lis sit super iurisdictione, licet iurisdictio sit regis, seu domini, vt dixi in capi. 1. suprà eodem in glos. *nuestros*. numero. 1. Quia iurisdictio videtur data territorio, & ei cohæret. vt in l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum significatione. & facit in argumen. text. in. l. 7. titul. 16. libr. 2. in ordinamen. regali. vbi salaria correctorum, vel iudicum ciuitatum, vel villarum soluuntur de proprijs consiliorum: quorum defectu soluuntur pereos, qui pro necessitatibus, & vtilitatibus consiliorum contribuere consueuerunt. Illicò si ciuitates ista salaria soluunt ius sibi dicentibus, & administrantibus à fortiori defendere debent dictam iurisdictionem suis expensis. Quia si habent ciuitates, & villæ territorium, debent quoque dictam iurisdictionem defendere: quia territorium nõ est aliud, quàm terræ spatium munitum, & armatum iurisdictione. tenet Baldus in Rubri. quæ sint regalia. in vsibus feudorum, & territorium habet intra iurisdictionem. textus in lege finali. ff. de iuri. i
omi. iudic. ¶ Et facit quod tenet Petrus Antibo li. in tractatu de mune. in secunda parte. §. restat. nume. 3. tomo. 6. tract. fo. 21. vbi tenet, quòd licèt ciuitas propter publicam vtilitatem fisci non potest indicere collectam, tamen propter emergentem necessitatem totius prouinciæ bene potest, vt si est negotium tangens iurisdictionem magistratus, quia ad eam conseruandã potest iudici, & sic intelligit. l. in honoribus. ff. de vaca. mune. & casus in. l. omnes. C. de operi. publi. Et est ratio secundùm eum nam licèt collectam imponere sit ius reale, tamen ex quo officium est concessum, ad eundẽ modum talia regalia videntur concessa. argumen. l. secundæ. ff. de iuri. om. iudi. ¶ Tamen nota vnum singula. quòd si pro supradictis indicitur collecta in aliquo loco, seu villa alicuius domini: ipse dominus tenetur contribuere, si in ipsa habet demanalia, molendina, dehesas, & agros, & similia, tenet Lucas de Penn. in. l. hac prouidentissima. C. de quibus muneri. præsta. nemi. licet. libro decimo. colum. 7. versic. 18. & 19. vi. quæ dixi infrà, in. c. 23. in glo. *den orden*. nu. 4. ¶ Et in cõtributione ista tenetur talis dominus pro duobus vicinis in talibus & similibus contribuere: quia sicut ille habet duplicem portionem in pascuis, & in syluis ceduis illius villæ, & sic potest cum gregibus suis pascuari pro eo numero, quo duo vicini de diuitibus tallis villę, & scindere li

bien publico i no llegna mõtium, dum ibi habitat, prout tradit collectari. in capit. quæstiones. de rerũ permut, & seruatur in practica, & probatur in. c. 21. Deute. quia in hoc habetur respectus ad dignitatem vsuarij. l. plenum. ff. de vsu. & habita. * Et tenet Gregor. Lopez. in. l. 9. titulo. 18. parti. 3. in glos. *como los ricos*. * Ita tenetur in supradictis cõtribuere pro duobus vicinis ex diuitibus illius villæ, vt æqualitas seruetur: vt in lege in sacris. C. de proximis sacro. scrini. lib. decimo, & lege finali. C. de fruct. & litis expen. & capit. final 3. quæstio. 9. cap. nouit. §. penultimo, de iudicijs. cap. cùm inter. de exceptio. & facit textus, & ibi doctores in lege secũdum naturam est commoda cuiusq; rei. ff. de regu. iuris. * Et quia qui plus participat de cõmodo plus de expensis debet soluere: tenet Grego. Lopez. in. l. fi. tit. 5. part. 3. in glo. fi. & facit q̃ tenet Specu. in titulo. de instrum. editio. §. nunc vero aliqua. nume. 27. vbi inquit, q̃ quãto aliquem honoramus tãto eum possumus onerare, vt in. l. imperator. ff. de lega. 2. & c. 3. de rebus eccles. alie. vel non.

Bien publico. i Vide quę latè dixi suprà. in. c. 1. in glos. *el bien comun de la tierra*. & vi. text. in. l. qui necessariò. C. de aduoca. diuers. iudi. & ibi Bal. vbi tenet, q̃ licet quis magistratũ gerat, potest esse aduocatus pro sua republica: Secus contra eam, quia habet honorẽ, & salarium ab ea. ¶ Ex isto tex. põt notari illud, quod tenet Luc. de Pẽna. in. l. in filijs. C. de decuri. lib. 10. vbi ait, q̃ statuerũt imperatores, vt res ciuitatũ publicè regerentur, vt sub pace, & iustitia viuerent in salute. Quod dicit, q̃ facit contra modernos principes, q̃ licet vrbes dissentiant inuicẽ, quãuis & ad paratũ exterminiũ proruãt, nulla eis cura est, dũmodo in nullo quæstus pecuniæ minuat. Et ibi vi. quoq; p eũ, an patria debet diligi vel iuuari.

SVMMARIVM.

1 *Aduocare, ã teneat iudex gratis, pro republica*
2 *Fideles imperij, & cõmendatores an teneãtur sequi regem, si fructus feudi, vel commendatorum non sufficiunt ad itineris expensas.*
3 *Extra territorium iudex non tenetur aduocare pro republica.*

No lleuando dineos.[k]

Idem tenet Matth.de Affli.in tract.de iure pro tho.in parte prohibemus.nu.3.dicendo,q̃ officialis nil potest recipere pro defendẽdo aliquẽ, & punitur qui donat, & officialis, qui recipit extraordinariè arbitrio iudicis.vt in.c. 2.de alie.iudi.&.l.2.c.ne lic.poten. & Specul.in tit.de cessi.actio.§.1.versi. cæterum. sed hoc intellige,quando consilia essent modica, † vel rara,& lites sint paruę:secus si sint magnæ.¶Quo q̃ intellige,quando salarium,quod habet ex officio,seu iurisdictione,est sufficiens ad laborem & facundiam eius:secus si non sit sufficiẽs, quia tunc talis iudex non aduocabit pro republica gratis.argu.eorum, quæ notat Paris de Pute.in tracta.syndi.in parte,potestas cùm esset in officio.fol.61.loquendo in aduocato,quòd non teneatur gratis aduocare pro rege, sicut nec alia personalia munera subire cum sumptu, vel sin. vt Inno.in.c.sicut.el.2.de iureiuran.in principi. ¶Sicut & aliàs differt vtrum habeat salarium à publico,vel non.vt in.l.final.ff.de officio. asse. Quod dicit esse verum , quando dicta consilia essent modica,& in paruis litibus.Secus verò si magnæ,& salarium publicum,quod habet , nõ est sufficiens ad laborem , quia tunc gratis non aduocabit.dicit esse argumen.in.l.apparitores. C.de exacto.tribu.lib.10.& in.l.Meuia.§.fi. ff. de annuis lega.¶Vbi Bart.num.5.dicit,q̃ fideles † imperij non tenentur sequi imperatorem, si fructus feudi ad expensas itineris non sufficiunt.Quod dicit ibi Alexã.in additio.ad Bart. notari pro Baronibus,qui non tenẽtur sequi regem.si fructus Baroniæ non sufficiunt.& Bart. in.l.imperator.ff.ad Trebell.& Bal.in.l.qui manumittitur.C.de ope.liberto.¶Quod facit quo q̃; pro commendatoribus sancti Iacobi,Calatrauæ,& Alcantaræ,q̃ non tenẽtur sequi regem,si fructus suarũ commendarum non suppetunt. quod nota.Et vi. Guid. pap.in singula.226.vbi tenet,q̃ quanuis dominum sequi debeant, non tamen ad suas expensas,nisi aliud sit de consuetudine vel pacto ad hoc.c.non minus.de immunita.eccles.*Et vi.de hoc Greg. Lopez in.l.17. tit.18.parti.2.& vi.quæ dixi.in.ca.9.infrà in.ca. iudi.syndic.in.glo.*sacar la gente.*¶Quoq; intelige istum tex.quando in sua † iurisdictione, & territorio lis tractatur,secus si extra quia limitata,& dispositа,intra territoriũ,seu in territorio, vltra non ducũt effectum.vt in.l.ex ea.ff. de postula.& in.l.3.ff. de officio præsi. & in. l. extra territorium.ff.de iurisd.om.iudi. & in.l. in eius. in prin. ff. de pœnis. tenet ad literã Signorellus de homod.in consili.99.in fine.* Et facit quòd tenet. Gregor. Lopez. in.l. 8. titul.20. par.2. in glos.magna, loquẽdo in dominis, quia tenentur ad defensionem subditorum respectu sui districtus & territorij,nam extra territoriũ ad hoc non tenentur.

uãdo dineros[k] por ello, so pena que si algo por ello lleuaren, lo tornen con el doblo[1] para la nuestra Camara.

SVMMARIVM.

1 *Pœna iudicis procurantis,seu aduocantis.*
2 *Iudex,seu familiaris,qui nil recepit pro aduocatione,seu procuratione,an puniatur.*
3 *Datum iudici, vel familiari, vt patrocinetur, an potest repeti tãquam datum ob causam procurationis,quæ non est secuta.*

Doblo.[1]

1 Per tex.istum videtur,q̃ corrigatur.d.l. si quis procuratiõnẽ.C.de decurio.lib.10.vbi dicit,q̃ cõsiliari⁹, vel potestas,qui constituitur procurator, damnetur in exilium,& constituens puniatur, amisso priuilegio in exilium:quia hic in tex.nostro dicit,q̃ tantùm illud, † quod recepit ratione aduocationis,procurationis , vel solicitudinis, cũ duplo restituat Cameræ regis.¶Sed quid † si talis potestas,vel sui officiales,& familiares ratiõe huius aduocationis,vel procurationis nil receperunt. Credo quòd puniãtur arbitrio iudicis. vt in.d.l.si quis procurationem.& Pla.ibi,vers. & nota.¶Vbi quoq; quærit Plat.an datũ † pro patrocinio personis supradictis,qui nõ possunt patrocinari,nec procurare,dũ sunt in officio,si põt repeti tãquã datũ ob causam procurationis, quã non est sequutus an verò donari videatur tanquàm scienter & cõtra prohibitionem legis. Et dicit q̃ glos.ibi, & in.l.si militẽ.de condi. ob caus.dicit,q̃ si dans ignorabat esse iudicẽ,vel de curionẽ,vel sciebat, sed credebat illos posse admitti ad procurationem,tũc repetet: quia iuris ignorãtia nõ nocet in dãno vitando.l.iuris ignorãtia.ff.de iuri. & factiigno. Si autẽ sciebat eos nõ posse procurare,tũc si dedit sub cõditione si procuraret,causa nõ sequuta,repetet,secus si dedit simpliciter sub modo vt esset aduocatus, vel procurator,quia tunc tanquàm turpiter datum donare

donare videtur.& licet Ioan.de Plat. in hoc remaneat,mihi videtur, q̃ licet ille, qui dederit, sciuerit,vel ignorauerit,quòd ille non possit aduocare,seu procurare,repetit quod dedit: quia ille qui accepit,accepit contra legem, quam debet scire,& custodire.vt pro Barto.text.in.l.26. titul.22.part.3.ibi *porque la maldad y la enemiga fue de parte del juzgador , que lo recibio.* & per istum text.qui indistinctè loquitur, non faciendo differentiam inter scientiam, & ignorantiam.

Prætorum Cap.IIII.finis.

Sequitur Caput. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis vnius prouinciæ, vel ciuitatis, non potest in ea esse officialis iudex seu assessor,aliàs in pœnam sacrilegij incidit.*
2 *Locum tenens non debet esse ex prouincia quã regit,quia debet esse eiusdem iuris, & conditionis illius,in cuius locum subrogatur:& debet esse talis, qui à principio potuisset eligi ad tale officium.numero.4.Et ibi de doctore,qui vult legere per substitutum.Et de colonis,qui faciunt laborari & cultiuari possessiones & arbores per indoctos & ineruditos.Et de episcopo succedente in executionem testamenti. numero.8.*
3 *Gesta à laico,à prælato subrogato,sunt nulla.*
5 *Ex permissione principis bene potest quis esse iudex,seu assessor in patria sua.*
6 *Assessor procuratoris Cæsaris potest esse in propria patria.*
7 *Iudex potest quis esse in patria sua,si est homo eminentissimæ scientiæ.*
9 *Iudex potest quis esse in propria patria, quãdo per legem determinatur.*
10 *Vt iudex quis in propria patria nõ possit esse, quid requiritur.*
11 *Mensuratio de vna ciuitate ad aliam,quomodo debet fieri.*
12 *Mensuratio de molendino ad molendinũ quo modo fit.*

Tierra.[a]

a Idem tenet tex.in.l.hi qui.& in.l. si cui.ff. ex quibus caus.maio.vbi cauetur,q̃ ciuis † vnius prouinciæ, vel ciuitatis, non põt in eadem esse officialis,vel assessor.ratio huius est secũdùm gl.ibi, ratione suspicionis,ne qd gratioſè agat, Itẽ quia nõ timeretur,cùm nemo propheta sit receptus sinehonore, nisi in patria sua, vt in euãgelio testatur.Et idem sequendo tex.& glo.tenet Paris de Put.in tracta. syndica.in parte,statutũ ciuitatis.fol.77. nu.4. & est tex.& ibi Bar.& Plate.in.l.nullus apparitor.C.de diuersis officiali.& appari.iud.libr.12. vbi Plat.in nu.1.tenet,q̃ quis non debet gerere officiũ apparitoris,vel executoris in prouincia, in qua oriundus est,vel in qua habitat, siue larẽ cõstituit,nisi speciali cõcessione principis, aliàs incidit in pœnã sacrilegij:quod est notandũ, & vide tex.in.l.nulli patriæ.C.de officio recto.Pruinci.& Bar.in.l.q̃ seruius.ff.de conditione causa data.nu.2.*Vi.latè per Par. de Pute.in parte assessor.nu.16.cũ seq.& q̃ commit tat quasi sacrilegium impetrans iudicaturã in patria sua, tenet Peregri.in parte iudex.capi.4.& in parte sacrilegiũ, qõ.3.*¶Eodem modo sicut corrector, vel assistẽs non põt quis esse iudex in sua patria,ita nec percõsequẽs debet habere locũ † tenentẽ exilla prouincia,vel ciuitate, quam regit,vt hic in nostro tex.ibi,*no tenga alcaldes ni alguaziles.* & tenet ad literã Amodeus Iustinus in tract.syndi.in parte.Itẽ in eo q̃ dictus potestas retinuit in.dict.officio: vbi ait,q̃ si potestas retinuit

Prætorum.

Item , que no tẽga alcaldes , ni alguaziles que seã vezinos,ninatura

Caput. IIII.

Ies dla tierra[a] quel lleua en cargo,y q̃ los busq̃ ellos mejoresy mas suficiẽtes q̃ pudiere auer

quit aliquem officialē de terra, vel loco propin quo ciuitatis, quam regit, cōtra formā electiōis, tenetur ad pœnā in electione contētā, sicut dicit, euenisse in syndicatu domini benedicti de Gracionis potestatis Anconæ, quia ex forma suæ electionis non poterat retinere in officio aliquē officialē de Vrbino, & fuit condemnatus in ducatis centum. ¶ Et ratio potest esse: quia licet quis possit per substitutū officium administrare publicū, vt hic, & in.l.quisquis.C.de episco. & cleric. & in.l.ad similitudinem. &.ff.de administra.tut.l.decreto.& in.l.quid ergo.ff.ad municipal.&.c.vlti.de offi.deleg. debet esse talis substitutus, vel locum tenēs, & sic subrogat⁹ in locū potestatis debet esse eiusdem conditionis, professionis, iuris, siue artis, & idoneus scientia, moribus, & peritia: nec sufficit scientia, nisi adsit peritia cuius est ille, in cuius totū subrogatur: & debet esse talis, qui à principio potuisset eligi ad talē locū, vel officiū vt tenet Bal.in.l.parabolā.C.de epis.& cle.per illū tex.& tenet Bar.& Plat.in.l.i.& in.l.agētes in rebus. in fin. C.de agenti.in rebus.lib.12.* Et tex.singula.in.l.7.tit.18.parti.2.& ibi Grego.Lopez.in glos.*en su lugar*. & ibi etiam dicit q quando seruitium debet fieri principi non admittitur substitutus nisi de eius voluntate.* Et Ioan.de Pla.in.l.nullus qui.C.de decurio.libr.10. nu.3. Et quoq; dicit, q debet seruire periculo substituētis. Quod dicit Bal.in.d.l.parabolam, q facit contra iudices, & assessores regni, qui qñ recedūt ex prouincia vt reuertantur domū forte ex aliqua causa necessaria, ponūt in locū suum vnum ciuē, vel aduocatū illius ciuitatis, vel terræ in qua erant iudices. vel assessores, quod nō possunt, quia à principio subrogatus nō potuisset eligi, quia erat ciuis, & propterea secundū eum subrogatio nō tenet, nec tenebit etiā, quod per eos factum est. Sequitur Ias.in.§.fuerat. Instit.de actio.col.2.nu.7.& Abb.& Feli.in.c.1.pen.col.de summatri.& fide Catholi. Alex.in additio.ad Bar.in.l.1.§.hæc actio.ff.si quis testa.lib.iust.fuer.in.1.ad ditione.& Corse.in notabil.suis.in verbo, substitutus.* Vi.Peregri.in parte iudex.q.12.in glos. in delegabilia.* Et Hippoly.de Marsi.in repet. Rub.de probatio.nu.343.vbi dicit, per illam doctrinā Bal.& sequaciū proximis superiorib⁹ die
3 bus cōsultus respōdisse, q omnia gesta † à quodam laico mero substituto à quodam prælato erāt nulla, quia nō poterat subrogari loco ipsius prælati in tali officio ecclesiastico. ¶ Et in adiutorium Hippoly. licet ipse non dicat, facit quod tenet Abb.in.c.cùm causam.de electio.num.9. vbi tenet, q laicus nō pōt esse vicarius episcopi, quia est alterius professionis. Et idē tenet in.c. decernimus.de iudi.num.9.& vtrobiq; per eius additionatores, vbi tenēt, q pōt eius consultor esse, vt Imol.Butri.& Inno.in.d.c. decernimus. tū vicarius episcopi pōt esse, licet non sit sacerdos. vt Abb.in.c.ab excōmunicato.de rescri.n.16.& dictū Hippo.de Marsi.probat text.in.l.2.tit.7.lib.1.for.leg. ¶ Sed Ioan.de Pla.de quo Ias. nō meminit, nec moderni meminerunt, tenet cōtrariū.in.d.l. nullus apparitor. C. de diuersis offi.& appa.iudi.lib.12.dicendo, q in hoc doctores tenēt cōtrarium: quia imò quis † pōt esse locū tenēs iudicis in prouincia ipsius locum tenētis: quia nō reperitur iure cautū de prohibitiōe locū tenētis, & quia nō habet multum durare. arg.ff.de offi.asse.l.si in eadē. Sed credo, q si talis locū tenēs in officio parū durat, q pōt subrogari, & valēt gesta per eū, & ita aliquādo vtitur, quia isti ciues ponūtur in locū tenētes, quando in breui iudex est statim reuersur⁹. vt tenet Plate.in.d.l.nullus apparitor.& Bal.in.l.i. in repe. ff.de offi.asse.vbi ait, q quis pōt esse locū tenēs in propria prouincia, & delegatus, quia ab extra non pōt faciliter haberi. & hoc tenet Cy. & Guiller.quos Bal.refert,& sequitur Par.de Put. in tract.syndi.in parte, assessor, an potestas. fol. 59.nu.18.sed dicit, q de iure cōstitutionis regni assessor, & actorū magister, nō pōt esse de propria patria vnde habet incolatū, vel maiorē partē fortunarū, prout in nro.ca.cauet.* Vel, q sit originarius, vel q fit domiciliarius: quia prouinciales prohibentur, vt in.l. his qui. ff. quib. ex caus.maio.& in.l.cōsiliarijs. C. eo. prout tenet Pari.de Put.ibi, nam prouinciales autē dicūtur qui in prouincia habēt domum.l. prouinciales. ff.de verb.signi.item iudex non pōt esse de prouincia arg.l.3.C.de diuer.offici.lib.12.secūdum. dict.Par.de Put.* ¶ Ias. quoq; hoc altercat in.l. si in eadē.ff.de assesso.nu.7.& dicit, q Guiller. & Albe.tenēt, q locū tenēs pōt esse quis in patria sua, quia censetur esse delegatus ad vniuersitatē causarū, & vt delegatio alicui possit fieri, requiritur, q sit subditus. Tamen dicit, q Martinus Laud.tenet cōtrariū: quia si prohibetur quis esse assessor in patria, qui tamen nullā habet iurisdictionē, quāto minus poterit esse locū tenēs, qui habet iurisdictionē, & pōt pronūtiare, & rationes propter quas quis prohibetur esse assessor, militāt magis in locū tenente. & si vera esset opinio Laudē. grauiter erraretur in practica, tū tu tene eam, & sic q non pōt esse locū tenēs in propria patria. per.d.Ioan.de Pla.& per iura supradicta. Tamē si cōstituitur ad paucos dies, bene potest esse: quia ad multos dies non pōt ordi
narius

46 glo. in. d. ca. ad hæc. vbi dicit, quòd imputatur † episcopo, si archidiaconus examinauit indignũ nisi examinator esset persona valde digna, adeò q̃ excusaretur episcopus, si credidit ei. & ibi Feli. accumulat priuilegia virorũ integræ opinionis vsq; in finẽ, quẽ vide. ¶Quoq; declaratur se

47 cũdùm Feli. in dict. c. Petrus. nisi officiales † dati essent à superiore, & sic potestas ipse eos non elegit, quia eorũ delicta ei non imputabũtur secũdùm Bal. in. c. 1. de offic. delegat. vt suprà posui in versi. sed an quid si ipse potestas. ¶Quoq;

48 declaratur, nisi potestas † exhiberet officialem, vt dicetur infrà in isto tex. in gl. fi. ¶Quoq; de-

49 claratur nisi criminaliter † ageretur, vt suprà dixi in versic. extende. quia etiam si officialis fugeret, potestas non tenetur secundum Rom. in dict. consi. 15. vbi subdit allegando Bal. in dict. l obseruare. §. profitetur. per glo. ibi. & per aliam in dict. c. cùm ad sedem. de resti. spoli. q̃ statutũ volens, q̃ potestas teneatur de delicto familiæ, debet interpretari, nisi agatur criminaliter, & allegat, quia pactum non potest facere, q̃ vnus in corpore puniatur pro alio: glos. in. c. cùm homo. 24. q. 3. ergo nec statutum iuxta glo. in. cap. non putamus. de cõsuet. in. 6. & in Rubr. C. quæ sit longa consuetudo per Bart. in Rubr. C. de decretis. decurio. per. l. non impossibile. ff. de regu. iuris quod dicit Feli. vbi suprà. esse bene notandum. ¶Vbi quoq; dicit, q̃ declaratur, nisi essem contra in casu, de quo per Inno. in. d. c. cùm ad sedem. & refert ibi Abb. notabiliter. 15. colu. ver. item præsupposito. & Bald. in. l. finæ. C. de episcopis & cleri. videlicet, q̃ licet possessio rei inueniatur penes dominum, quæ fuerat occupata per familiares, non tamen præsumitur dominum mandasse, quia potuit pertinere ad dominum ex alia causa, quam ex violẽtia, quia violentia officialium sibi non nocet. ¶Et an dominus teneatur de cõmissis per familiarem, vel cõsanguineum, videlicet Feli. in. dic. Petrus & Barba. in. c. 1. de offi. delegat. & Anto. Franci. in additione. 1. Sed tene, q̃ officiales potestatis seu correctoris, & sic locum tenẽtes, & algazelli, & cæteri officiales fideiussores dederunt de residẽtia facienda, & de iudicato soluendo, potestas non debet cõuenire nec tenetur soluere pro eis, nec eos exhibere, si fideiussores officialium sunt soluendo. vt tex. & ibi glo. & docto. in. l. vnica. C. de periculo nominato. lib. 11. vide quæ dixi suprà, nume. 40. & sic excussio primo requiritur, q̃ fiat cõtra dictos fideiussores, & nõ reperti solutores, qui eos nominauit in dictis officijs per dictã. l. & sic practicatur, & pluries iudicaui. & in cõsilio regali confirmatum, & quia prius debet conueniri substitutus, quàm substituens. vt in prin. istius glossæ dixi. ¶Quid autem si cor-

50 rector, vel potestas conuocauit † multos, vt eorũ auxilio debellaret vnã domũ, in qua dicebatur, quòd erant receptati malefactores, & illam igne concremauit contra iustitiam, propter q̃ illi sic vocati passi sunt damnũ, an potestas teneatur illis ad damnum. vid. in. l. quoniã multa faciunt. C. ad. l. Iuliã, de vi. & in. l. 1. §. si quis homines. ff. vi bono. rapto. & Innoc. in. c. fina. q̃ metus causa, Bal. in. l. nõ eo minus. C. de accusa. 10. q. & Bal. in. l. ii. C. de seruis fugiti. & vid. glo. in. l. fina. ff. si furt. familiæ fecisse dicatur. & Paris. de put. in tracta. synd. in parte, an ex eo. num. 1. fo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

114. vbi quoque dicit, q licet subditi, qui parent domino in atrocioribus non excusentur. l. liber homo. ff. ad. l. aquil. est verum, nisi aliàs periturí essent, si non facerent, per gl. notabi. & ibi Bart. in. l. si seruus. ff. de noxali. ¶ Postremò scias, an illud, quod potestas soluit pro officialibus suis,
51 si potest ab eis † repetere vtendo retentione, vel aliter. Specula. in titul. de iniurijs prope finẽ tenet, q sic, de quo exclamat Pau. de Castro. in. l. videamus. ad finem. ff. de in lit. iura. & tenet Paris de put. in dict. tracta. synd. in parte, an substituens. fo. 248. nu. 5. allegando Bal. in. l. ex facto. ff. de negotijs gestis. & vide Bar. ibi, vbi dicit, q inter eos habet locũ actio mãdati. & tenet Bertachin. in tractatu gabella. in. 7. parte. num. 30. tomo. 6. tracta. fo. 62. dicendo, quòd si dominus soluit pœnam pro famulo in casibus, in quibus nõ tenetur, repetit ab eo. per dict. Specul. in dicto titulo. de iniurijs, & damno dato. versicu. in summa. & Bald. ibi in additio. * Et Ioan. Faber. in. §. penul. Insti. de obliga. quæ ex quasi delict. tenet quòd si condemnatur dominus propter delictum famuli ab eo repetere potest adde. l. licet. §. fi. ff. de naut. caupu. & stabu. & Greg. Lopez in. l. 7. titu. 14. parti. 7. in. glo. *pechar doblado.* in fine. * ¶ Pro quo facit, quod scribit Angel. in l. 4. §. actor. ff. de re iudi. vbi dicit, q syndicus villæ coactus soluere propter mala, potest ab ea repetere. ¶ Et nota, q adeò succurritur sibi in hoc & domino soluenti pro famulo, quòd propria authoritate poterit apprehendere bona illorũ, secundùm Bartol. & ibi latius Paulu. de Castro in. l. creditor fundi. in principio, per illum tex. ff. de actio. empti. secundum Feli. in dict. c. Petrus. de homi. in fine. ¶ Et Bal. in dict. l. ex facto. & Paris de Pute. vbi supra in expresso dicũt, q si potestas fuit cõdemnatus pro assessore, quòd potest ab illo repetere, vel de suo salario retinere. ¶ Supradicta intelligo, licet ipse non dicat, nisi soluisset pro famulo, qui aliquid fecit iniustè ex mandato potestatis, quia tunc imputetur sibi potestas, qui iniustè mandauit, vt notat Dy. in regula, q quis mandato. de regu. iu. in. 6. & Bar. in. l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniurijs. & tenet Paris de put. in dict. tract. in parte, potestas tenetur. fo. 118. num. 5. ¶ Et idem est si sciente potestate, & non prohibente, aliquid iniustè fecit, quia tunc etiam est imputandũ potestati. d. l. 1. ff. si fur. famil. feci. pront ita tenet dictus Amodeus Iusti. in. d. trac. synd. in. d. parte, qui dominus potestas, & officiales, promiserũt parere mandatis syndicorum. col. 3. versi. sed an potestas, qui soluit. quod nota. ¶ Quoq; intelligẽ, nisi potestas participauerit fraude cum familiari, quia tunc non repetit quod soluit pro eo. tenet Bart. & Bald. in dict. l. ex facto. ff. de negotijs gestis. & Paris de put. in dicto tracta. in parte. potestas tenetur. fo. 118. num. 8. & in parte, an substituens. fo. 248. nu. 5. vbi quoq; dicit, quòd facit eum participem sola scientia fraudis. & vide Bart. in dicta. l. ex facto.

SVMMARIVM.

1 *Exhibendo corrector officialem, vel famulũ liberatur.*
2 *Exhibendo familiarẽ, liberatur, licet statutũ non dicat, quòd exhibendo liberetur.*
3 *Exhibitus si satisfacere non potest, in corpore debet luere.*
4 *Exhibendo familiarem, vel officialẽ potestas liberatur, nisi forma suæ electionis, vel prouisionis expresse dicat, quòd ipse teneatur pro eis iudicatum soluere, quia tũc licet exhibeatur, tenetur, vt hic vide.*
5 *Exhibendo dominus famulũ in officio priuato, non liberatur, sed pro eo tenetur, licet exhibeat: quod secus est in officio publico.*
6 *Exhibendo iudex alium delinquentem, liberatur, sicut si exhibuisset officialem.*
7 *Exhibuere cogitur potestas officio finito officiales, & domesticos, vt conueniantur, vel vt testimoniũ ferãt de his, quæ in officio fecerũt.*
8 *Testes an possunt esse in syndicatu officiales, & domestici.*
9 *Pũtare an teneat potestas filiũ suũ in syndicatu famulũ, seu officialẽ, qui aufugit. n. 17.*
10 *Exhibere an teneatur potestas tempore syndicatus famulũ, seu officialẽ, qui aufugit. n. 17.*
11 *Exhibere nũ tenetur potestas officialem mortuum.*
12 *Hæres iudicis, an teneat̃ de barateria defũcti.*
13 *Hæres iudicis, an pro eo teneat ad syndicatum stare.*
14 *Exhibere potestas officiales quot vices teneat*
15 *Fideiussor de repræsentando reum ad suã voluntatem sub pœna certa, & ille reus postea fuit captus per iudicem, & à manibus eius fugit, an fideiussor sit liberatus.*
16 *Fideiussor promittens aliquem præsentare certa die sub certa pœna in iudicio, vel soluere condemnationem de eo fiendam, & ante lapsum termini pro eodem crimine iudex posuit eum in banno, an erit liberatus fideiussor.*
17 *Fugiens officialis tempore syndicatus timore iudicis syndicantis: quia pluries dixit, quòd volebat eum suspendere, seu verberare pro baraterijs, & furtis, potestas an teneatur eum exhibere, vel pro eo soluere.*
18 *Excusatio rei etiam minus legitima prodest fideiussori, etiam in iudicio sistendi.*
19 *Falsi pœna tenetur iudex, qui declarat parti sententiam, quam laturus est.*
20 *Fugiens propter minimam iudicis sæuitiã, vel propter minas atroces, an habet criminis præsumptionem contra se.*
21 *Bannitus excusatur, si non comparet, nec pro curatorẽ mittit, si timet vim inferri nedum sibi, sed etiam causæ.*

sa appellationis liberantur quia in appellatiõis causa mora purgari potest quia non videtur iudicatũ vt. gl. in. l. 1. ff. de actio empti. in gl. verb. agitur in fi. quam sequuntur ibi Bart. & Salic. & Cyn. in. l. si maior. C. de transac. in principio & notatur in. l. ab executore. §. si procurator. ff. de appella. Bald. in. c. quę sit prima causa benefi. amit. §. porro. in fine & in l. alia. C. ad selenia. & Nellus. in tracta. banito. in. 4. part. primi temporis numer. 1. in fi. tomo. 15. tracta. fol. 79. & Alex. in additio ad Bart. in. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. q metus causa. in fine. quinimo in hoc casu purgatio morę locum habet etiam post factam executionem à iure si ius aduersarij integrum erat vt in l. mancipiorum. ff. de option. lega. tenet Paulu. Castr. in. l. & si post tres. ff. si quis Cautio. nu. 11. licet contrarium teneat Bertachi. in tract. gabella. in. 3. part. 8. partis principal. nume. 47. tomo. 6. tractatu. folio. 68. quia intelligitur quando ius non erat integrum aduersario. * ¶ Et si familiaris sic exhibitus † satisfacere non potest credi
3 tori, luat in corpore. l. si quis id quod. ff. de iurisdom. iudi. l. vlt. ff. de in ius vocand. & in. l. 1. ff. de pœnis. & c. finem litibus. de dolo & cõtu. secundũ Ludo. Roma. in. d. consilio. 11. ¶ Sed istũ tex. & iura similia dicentia iudicem teneri pro offi-
4 ciali, nisi eũ exhiberet, intellige verũ †, nisi forsa suæ electionis, vel prouisionis repugnet, putà quia cõtinetur in ea expresse, q ipse teneatur pro eis iudicatum soluere, quia tunc licet exhibeat, tenetur. ita singulariter tenet Ang. Perusinus. in. l. 1. C. ad. l. Iuliam repet. in princ. quia sequitur Ang. de Areti. in. d. §. lege Iulia. Insti. de publi. iudi. vbi dicit hoc esse notãdũ. ¶ Sed Par. de Put. in tract. syndi. in parte, rectores terrarũ. in princip. folio. 116. licet de Ange. nullam faciat mentionẽ, tenet contrariũ, dicendo, q licet in electione officialis ponatur pactum expressum, vt rector teneatur pro se, & officialibus, & familia sua, tũc enim exhibendo eos liberatur. vt in d. §. familiæ. quia ista verba intelliguntur secundum naturam officij. arg. in. l. si stipulatus. ff. de vsuris. & in. l. legati serui. ff. de legatis. 2. & in. l. quidã. ff. de dãno infecto. & in. l. si vno. ff. locati ¶ Secus dicit, si promittit soluere omnẽ cõdemnationem fiendã de officialibus suis, & de sua familia, tuncipsis condẽnatis tenetur soluere, nec exhibendo liberaẽ, quia est fideiussor iudicatũ solui. Secus si esset simplex fideiussor de iudicio sisti, quia tũc sistẽdo liberatur. vt in. l. scimus. C. de iu-

entregare[k] comoel derecho requiere.

k 1 Entregare. k Nota text. q si corrector vel potestas † exhibet officialẽ, vel famulũ delinquentẽ in officio, liberatur ipse potestas, & pro eo nõ tenetur Idem tenet Bar. Pau. de Castro, & Ang. & cæteri docto. in. d. l. 1. §. familię. & §. qđ nouissimè. ff. de publica. & in. l. cum si exhibuissent. code. tit. & Pau. de Cast. in. d. §. quod nouissimè, tenet, q si aliquis de familia potestatis aufugit, & sic nõ potest eum exhibere, tenetur potestas de delictis per illum cõmissis in officio, sed si ipsum exhibet liberatur. & ita seruatur in practi. secundùm eũdem, & idem tenet Petr. de Ferra. in forma libelli inquisitionis, in parte, trãseant in exẽplum. numer. 10. & idem Ange. in. §. lege Iulia. Instit. de publicis iudicijs. ¶ Ex quo infert Ludo. Roma. in cons. 11. in fi. q licet iste tex. nõ di-
2 ceret †, q exhibendo liberatur potestas exhibẽdo familiarẽ liberatur: quia si statutũ diceret potestatẽ pro suæ familiæ facto teneri certis solẽnitatibus nõ seruatis, q tale statutũ interpretãdũ est, nisi potestas famulum, pro quo tenetur exhibeat, maximè quia, vt vulgariter dicitur, statutũ à iure cõmuni interpretationem recipi. vulgata. l. 2. C. de noxali. & l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberã. & l. Cæsar. ff. de publ. & cacùm dilectus. de consuetudi. * Et licèt iudex exhibeat officialem, vel famulum, vel fideiussor de iuditio sisti exhibeat reum, vel captũ in cau

Universidad de Deusto
Biblioteca

de iudicijs. ¶Sed si bene aduertatur Paris de Puteo nõ tenet cõtrariũ eius, quod tenet Ang.qa Ang.loquitur, qñ per formã electionis, vel statuti potestas promisit soluere omnẽ cõdẽnationem fiendã de suis officialibus, & familia, quia tunc nõ liberatur exhibẽdo, quia nõ est fideiussor de iudicio sisti, sed de iudicato soluẽdo. vt in l.grege. §.post litem. ff. de fideiusso. & isto casu loquitur Ang. ¶Et non loquitur quando in forma suæ electionis promisit tenere pro officialibus suis, & familia, quia tũc liberatur exhibendo: quia videtur promittere tãtũ de iudicio sisti simpliciter, & pro eo fide iubere, & ideo sistẽdo & exhibẽdo liberatur. vt in dict. iuribus. & in. l. fanẽ. C. de fideiusso. & Bar. in. d. §. quod nouissimè. & Paris de Put. in. d. tract. syndica. in par. rectores, terrarum. fo. 116. quasi in prin. ver. hoc tũ casu. Et ita tenet Amodeus Iusti. in tract. syndi. in parte, qui dominus potestas, & officiales promiserunt parere mandatis syndicatorum. col. 2. versi. item aduerte. vbi dicit, q dominus Bal. in quodam suo consilio. dicit, q de iure communi potestas exhibendo officialem, & familiam, nõ liberatur, si est debitor ex maleficio, cùm sit vt opera malorũ hominũ. per. l. debet. §. 1. ff. naut. caup. stabu. secus si est debitor ex cõtractu, quia potestas est fideiussor d iudicio sisti. vt in. l. post depositam. C. de assesso. ideo liberatur exhibendo: dum tamen exhibeatur tali modo, q familiaris posit cogi. Vnde dicit, q si exhiberet eũ cũ saluo cõducto, nõ liberatur potestas. l. sed ij qui §. sint autem. ff. de publica. ¶Tamen hodie per istum tex. si exhibet corrector suum officialem liberatur, modò exhibeat ratione delicti, seu ratione contractus, vt ex isto tex. patet: & est speciale in officiali correctoris, seu potestatis. ¶Secus est in alijs dominis exercentibus † officium priuatum, puta tabernã vel hospitium, quia tũc non excusantur, suum officialem, vel famulum exhibendo, secundùm Bar. in dict. §. nouissimè. quia pro eo tenentur, licet exhibeant. Cuius ratio potest esse secundũ Petrũ Ferra. in dicta forma libelli inquisi. num. 10. quia isto casu ex qua si contractu dominus tenetur ad diligentiam & custodiã. Et idẽ tenet dictus Paris de Put. in. d. parte rectores terrarum. in principio. & idem tenet Abb. in. c. 1. de restitu. spolia. col. 2. nu. 7. vbi idem tenet, q exhibendo famulũ dominus liberatur, scilicet qñ dominus exercet officium publicũ, secus si priuatũ, quia tunc non sufficit exhibere malefactorem, sed est in optione dãnũ passi, vt agatur contra famulum, aut cõtra dominum, seu hospitãtem. ¶Quod extẽditur, q non solùm potestas liberatur exhibendo famulum, seu officialem, sed etiã † liberatur, si exhibet aliũ delinquentem, pro cuius delicto ipse potestas tenebatur, vel poterat conueniri. vt tenet singulariter Amodeus Iust. in. d. tracta. syndic. vbi supra in. d. versi. Item aduerte. In parte, & est speciale. Quod facit pro iudicibus, vt faciant capere, vel exhibere malefactorem, & delinquentẽ, si existimant pro eorum delictis cõueniri. quia exhibendo eos, liberantur.* Et Amodeus Iusti vbi suprà. nu. 201. in. 14. tomo tract. fol. 186. ¶Ad quoq;, q potestas, finito officio, cogitur † exhibere iudices officiales, vel suos domesticos, quos habuit in officio, vel vt cõueniãtur, vel vt testimoniũ ferant de his, quæ in officio fecit. tenet Hostien. in summa de testi. in principio. argu. l. post. de officio assesso. tenet Lucas de Penna. in. l. agẽtes. C. de agenti. in reb. lib. 12. colu. 3. vbi dicit, q si post administrationẽ iudicũ deposità ad querimoniã prouincialiũ, seu curialiũ alicuius ciuitatis, aut aliqua alia publica necessitas postulauerit, tenentur iudices suos domesticos exhibere præsentes: & quod plus est, si idonea causa exigerit, torquendi sunt ad detengẽda flagitia iudicũ, quorũ domestici exiterũt. vt in. l. nullus. C. eo. tit. de assesso. in fine. ¶Et q tales officiales, & domestici possint esse testes † in syndicatu, inspecto statu, pro quo ꝓducũtur, q potestate, dũmodo nõ sint ita viles, q sint suspecti ex vilitate vitæ: quia nõ sunt amplius familiares, finito officio, & hoc si recesserunt ab ipso, quia si non recesserunt, adhuc durat familiaritas. tenet Ang. in. l. sciendũ. ff. de vsuris. & tenet Bal. in. l. etiã. C. de testibus. in fine. vbi quoq; tenet, q contra potestatẽ possunt testificari, quia cõtra domesticũ possunt produci: tamẽ si dixerint partim pro eo, & partim contra, non posit diuidi fides testimonij. vt gl. ibi. ¶Quid autem, si lex, vel statutum dicit, q potestas teneatur † in syndicatu præsentare eius familiam, & filius potestatis commisit delictũ, an potestas teneatur eum præsentare? Dic q sic, si seruiebat in officio, aliàs secus. secundùm Dy. in. l. 1. §. fin. ff. de publica. & vectigali. & Amodeus Iusti. vbi suprà. versi. & si statutũ. vbi dicit, q est secus, si statutũ dicit, q si familia illius, qui est potestas delinquit, potestas teneatur eum præsentare, tũc tenetur, etiam si filius in eo officio nõ seruiebat secũdùm Dy. ibi. ¶Quid si officialis fugit, † an potestas teneatur exhibere, aut soluere, in principio istius glo. dixi, q sic, allegãdo Paul. de Castro. in. d. §. quod nouissimè. num. 2. vbi dicit, q ita seruatur. Sed Cataldi. in tract. syndi. q. 264. tenet cõtrarium, dicens, q si est statutum, q potestas teneatur tempore syndicatus familiam præsentare, adhuc non tenetur, si aufugit: quia ad impossibile nemo tenetur, nec ad casum fortuitum cautum tamen est, q ponatur in bãno. vt in. l. sed & si quis. §. si quis. ff. si quis cautio. tunc nõ videt stare peripsum, sed per rẽpublicã, cuius authoritate politus fuit in banno. Et idẽ videtur tenere dictus Amode Iusti. vbi suprà. in d. ver. & si statutum. vbi dicit, q ab illa pœna pecuniaria, quam potestas tenetur pro suo officiali, liberatur exhibendo eum, vel si non stat per eum, quo minus exhibeat, sed si fugit, non põt eum exhibere. ¶Sed tu tene dictum Pau. de castro, quia sic practicatur. Et nõ obstãt supradicta, quia nõ est statutũ, nec lex, quod exhibeat suam familiã tantũmodo, imò q soluat, vel exhibeat, vt in isto text. nostro dicitur. ¶Et videtur Amod. Iusti. vbi suprà, vbi ait, q si officialis vel familiaris potestatis facit homicidium, vel furtũ, & immediatè aufugit, ita q potestas non põt eũ præsentare, nec tenetur ad impossibile. arg. in. l. lucius. §. fi. ff. de excusa. tuto. quia casus fortuitus viro bonæ fidei obesse nõ debet. l. si à bonę fidei. ff. de rei vendi. & casus fortuitus per consiliũ hominũ prouideri non põt, secundùm Amode. vbi suprà, versi. & si est statutũ. vbi quoq; dicit, q cautela est, q eo casu, quo aufugit, q ponatur in banno: quia tunc non videtur stare peripsum, quo minus eum repræsentet. vt notat Bart. in. l. si fideiussor. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogan. gloss. in. l. capitis. ff. de fideiusso. Nec obstat si dicatur, q stetit per potestatem, qui posuit eum in bãno: quia potestas fecit hoc licitè, & ex necessitate officij. Cautius tamen dicit q faciet, si faciat eũ accusare vel denuntiare ab offenso vel denuntiari à syndico, q̃ procedere per inquisitionẽ. ¶Tamen si ipse potestas anteaq̃ fugiat, posuit eũ in carcere, & ex carcere fugit, tenetur potestas de fuga, quia posuit malos custodes. secundùm Amode. Iusti. vbi suprà, & tenet idẽ Paris de Put. in tract. syndic. in parte, an ex eo. n. 12. & nu. 21. & nu. 24. & 25. fol. 114. quẽ vide. Quod non habet locũ in officiali mortuo: † qa rectores nõ tenẽtur pro delictis officialis mortui, quia facultatẽ illum exhibendi non habent, nec per eos stat, quo minus exhibere possint. vt tenet Bar. in. d. §. quod nouissimè. nu. 2. & Paul. de Cast. ibi, per glossã. ibi, quæ incipit, per accidens. & idem tenet Angel. in. l. sed hic. §. siue autem. eod. tit. quod extẽdit, etiam si secũdùm statutũ promisit potestas soluere omnẽ condẽnationem officialium, & familiarium, & ille, qui deliquit, decesit, quia ex sua promissione nõ potest conueniri, quia est fideiussor iudicato soluendo, quæ stipulatio non committitur, nisi lata sentẽtia: sed sententia nõ potest ferri cõtra defunctum, ergo non tenetur secundùm eundem. quod est notãdum. & idem tenet Bal. in. l. si decesserit. ff. qui satisda. cogan. & ibi Iaso. nu. 6. per. d. §. fin autẽ. vbi dicit, q solũ in casu, in quo posit familiaris condẽnari post mortẽ, in illo teneretur potestas, vt patet ex his quæ ibi dixit, & nõ in alijs. ¶Tamẽ dicit Amo. de. Iusti. vbi suprà, versi. item aduerte. in fi. q supradicta fortè procedunt quando ipse officialis fuit principaliter conuentus, & non potestas: quia si potestas fuisset conuentus principaliter, teneretur etiã post mortẽ officialis. vt dicit esse tex. notabil. in. l. fi. §. hoc autẽ. ff. naut. caup. stabula. qui tex. rectè probat, sed non loquitur in officio publico, sed in priuato. Et credo, q hac de causa dictus Amodeus hoc intellectũ posuit sub isto dubio fortè, & credo, q Iaso. vbi suprà dicat verũ, quia solùm tenetur post mortẽ tantũmodo in casibus, in quibus post mortem potest officialis, vel familiaris condemnari. ¶Qui casus sunt illi, in quibus hæres iudicis post eius mortẽ tenetur, & vide aliquos q Ang. & Paul. de Castro in. l. dies cautioni. §. hæc autẽ actio. ff. de dãno infect. vbi in illis casibus tenetur. & vi. tex. & ibi Lucã de pẽna. & Ioann. de Pla. in. l. in succesione. C. de decurio. lib. 10. ¶Et vide tu Ang. de Are. in tracta. maleficij. in parte, per iudicem maleficiorũ. versi. si. qui incipit, Et dico. vbi quoq; dicit, quòd si iudex † aliquid recepit per concusionem, vel per barateriam, illud cũ quadruplo debet restitui. vt Bald. in. l. fina. C. ad l. Iuliam repe. quæ pœna dicit, quòd transit in hæredem officialis, licet contra eum non fuerit lis contestata, vel ad hæredem eius nil peruenerit. vt in. l. 2. & ibi Bald. C. eodem. & est text. singula. in. l. in hæredem. ff. de calumnia. & vid. quæ dicam in. c. 1. in de syndica. nu. 16. ¶Quia talis officialis debet mũdas habere manus. vt in. l. omnis. C. eo. tit. ad. l. Iul. rep. & Bal. ibi. & si nõ habet, de qualibet barateria põt à quolibet accusari. l. iubemus. C. eo. & ibi quoq; Bal. & etiã ab eo à quo extorsit, dummodo querela porrigatur infra tẽpus syndicatus. vt in. l. vnusquisq; & ibi Bal. eo. tit. quod dicit notandũ pro syndicatoribus, & cõtra alios officiales barateros. In istis casibus credo, q teneretur potestas pro suis officialibus mortuis, quia in istis põt post mortem conueniri, in alijs autem casibus non tenetur: qa hæres † iudicis nõ tenetur stare ad syndicatũ pro eo, nisi conueniretur pro eo, quod peruenisset ad hæredem. est textu. & ibi gloss. in. l. Iulianus. la primera. ff. de iudicijs. & ibi Angel. ¶Illicò nec potestas pro suo officiali. & vide

Ange.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ange.in.l.1.ff.de priua.delictis.quasi in principio,sequendo Bart.ibi,vbi tenet,quòd licet hæres potestatis non teneatur stare ad syndicatum pro eo,nisi cum potestate fuerit prius lis contestata.vt in dict.l.Iulianus.tamen si non potuerit lis cõtestari cum eo forsitan propter eius subterfugia,tunc bene hæres tenetur,licet cum potestate lis non fuerit contestata.per.l.vt perfectius.C.de annali exceptio. ¶Et an si hæres potestatis teneatur stare ad syndicatum, vide Pari dem de Puteo in tracta.syndi.in parte,hæres an hæres mortuo potestate.fol.126. ¶Quot autem
14 vices † tenetur potestas exhibere suos officiales, & familiares,in casu,in quo est obligatus exhibere? Dic quòd vna tantùm: quia si promisisset expressè præsentare toties quoties opus fuerit, liberatur bina præsentatione facta.vt voluit singulariter Angel.in.l.si finita.in principio.ff.de damno infecto.& idem tenet Roma.cons.15.in fine.& Paris de Put.in.d.tracta. syndicat.in.d. parte,an ex eo.nu.26.idem tenet Ange.in.l.2.§. qui exhibendi.ff.de custo.reorum.vbi ponit alias quæstiones in ꝓposito satis singulares,quę quotidie occurrũt. ¶Et prima quæstio est,Qui
15 dam promisit iudici præsentare † eum ad suam voluntatem sub certa pœna,si ille reus fuit captus per iudicem,& deinde à manu eius fugit,an liber sit fideiussor? Et dicit, quòd Odofre. dicit, ꝙ sic:si captus fuit pro eadem causa, quia iã est ei satisfactum & non refert à quo satisfaciat. vt in.l.fi.&.l.3.ff.de condi.instit.&in.l.3.ff. mãda. vnde omnis obligatio est extincta. Sed si fuit captus pro alia causa,tunc non esset liber,nisi fideiussor comparuisset coram iudice,& protestatus fuisset, ꝙ habebat illum pro præsentato. Sufficit enim dicta verbalis præsentatio ex quo actualiter præsentari non potest, quia positus est in carcere,quod dicit Ang. esse notabil. dig. & quotidianum, & menti tenendum.& eius opi.Odofr. est verissima.* Sequitur Hippolyt. de Marsi.in rep.rub.ff.de fideiusso. num.142.*
¶Aliam quæstionem in proposito quoque po-
16 nit.Aliquis fideiussor promisit † aliquem præsentare certa die sub certa pœna in iudicio criminali,vel soluere condemnationem de eo fiendam,& ante lapsum dicti termini pro eodẽ crimine iudex ponit eum in banno, an fideiussor erit liberatus à pœna,si eum non sistit in termino,post quẽ terminum extitit diffinitiuè condemnatus? Et dicit quòd Odofred.dicit,quòd non, quia in eadem causa non debet officium iudicis impediri,vnde banniendo eum, non dicitur stare per iudicem quo minus compareat. l.capitis.ff.de fideiusso.secus si ante euẽtum ter
minii iudex banniret pro alio maleficio.vt in.d. l.sed & si quis.ff.si quis cautio. ¶Audi ergo tu, qui fideiussisti,& times non soluere condemnationem rei,vt ordines, ꝙ reus ab alio accusetur de aliquo crimine,& banniatur per alium iudicem:nam postquam positus erit in banno, tu si deiussor eris securus,quia per iudicem stetit, ꝙ eum sistere non possis.vt in.l.iure ciuili. ff. de conditio. & demonstra. quod nota secundùm Angel.vbi suprà.Et vide istam quæstionem latè examinatam per Bald.in sua practica, in Rubrica de quæstionibus emergentibus,circa merita causæ.§.tertiò quæritur. ¶Quæro quoque de quæstione,Quidam officialis potestatis stabat in Syndicatu,contra quem fuit datus libel-
17 lus criminalis de † corruptione,furto, & baratria:& lite pendente iudex syndicatus,idest residentiæ pluries dixit, Ego intendo verberare, vel laqueo suspendere istum officialem ad terrorem aliorum,sibi minando mortem, quibus verbis auditis ductus timore officialis aufugit, propter quod syndicator petebat à potestate, vt solueret,vel eum exhibeat potestas, allegat hanc fugam dolo syndicatoris procuratam fuisse,& eius opera.Paris de Puteo in dict.tract.syndica.in parte,subijcio subtilem & vtilem quæstionem.folio.120.loquendo in fideiussore potestatis,vel officialis,dicit,quòd omissis,quæ dici possent pro & contra consuluit, ꝙ fideiussor officialis,vel capitanei,Baronis, non teneretur ad pœnam fideiusionis, quia obstat exceptio doli contra syndicatorem, quia minas mortis intulit capitaneo,vel officiali,vt aufugeret.arg. in.l.1.versi.dolo.ff.de eo per quem factum est. & bene facit textu.in.l.si opera creditoris.ff.de doli excep.vbi dicitur, ꝙ si opera creditoris debitor perdidit pecuniam, quam soluturus erat creditori,subuenitur debitori,& ista verba minatoria fuerunt ordinata ad casum fugę,ergo tenetur minans casu sequuto.argu. in.l. fi.§. si ea conditione.ff.ad.l.Rhodi.de iact.propter quod fideiussor,& sic potestas,qui fideiussor suorum officialium est,vt in gloss. proxima dictum est, videtur non posse sistere officialem ex indicijs illius syndicatoris,tales minas proferentis.arg. in.l.si pater.ff.de instítu.& substitu.&.l.3.ff.de fideicommiss.liberta.§.fina.vbi si per hæredem steterit quo minus illa pareret,quæ dedit medicamenta sterilitatis, quòd illi imputatur.& facit textu.in.l.2.§.simili modo.ff. si quis cautio. vbi de impedito ad iudicium venire impedimẽto causato facto officialis.videtur enim officialis ille prorumpendo ad tales minas ab se abdicare iurisdictionem cõtra eum, cui minatus est.

per

per text.in.l.1.C.si quacunque prædi. potesta. secundùm Barto.Bal.& Ang.& Saly.in.l. quia poterat.ff.ad Trebellia.vbi Imol.in.d.l.1. quæstionem istam decidit,& dicit, ꝙ si officialis facit iniuriam alicui,vel sibi minantem feruorem infert, quòd ille,cui minatur,cum tota familia sua,est exemptus à iurisdictione sua in omnibus causis ciuilibus,& criminalibus,& alium iudicem sortiuntur,nam minacés feruores officialium iustum metum inferunt,secundùm Bald. ibi.& in.l.1.C.si rector prouinci.& sic cum propter hoc fuerit iudex,seu syndicator iurisdictione priuatus, non poterit pœnam à fideiussore petere,nec cogere ad exhibendam, vel ad solutionem faciendam, quia in eum non habebat amplius iurisdictionem ministerio legis ab eo abdicatam,per tex.in.dic.l.1. si qua cum prædi.
18 ¶Accedat quoq; ꝙ excusatio † rei etiam minus legitima in iudicio sistendi prodest fideiussori. vt in.l.sed & si quis rei capitalis.in princi.eo.ti. & quia tales minas atroces inferendo, syndicator est in dolo,vt dictũ est,qui dolus nunc ex facto sequuto intelligitur.per.d.l.1.§.sed an dolo. ff.de doli exceptione.vbi text.dicit. Ideo hanc exceptionem prætor posuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis cõtra naturalẽ æquitatem prosit,qui dolus probatur ex anteceden tibus minis, & suasionibus, quas fecit contra ipsum.per glo.notabilem in.l. apud celsum. in prin.eo.tit.quam Bal.allegat in.l. veteri. C. de fideicommissa.liber.& in.l.dolum. C. de dolo. & omnia iura clamant, ꝙ fraus & dolus alicui patrocinari nõ debet. ¶Imò tenetur iudex pœ
19 na falsi, † quia declarat parti sententiam, quam est laturus.arg.in.l.obseruandum.ff.de officio. præsi.coniũcta.l.1.de falsis.& in.l.si quid aliud. §.1.ff.de pœnis.& in.l.omne delictum.§.explo-

ratores.ff.de re militari. ¶Et quia reus,qui aufu
20 git † propter nimiam iudicis sæuitiam, vel propter eius minas atroces,non habet præsumptionem criminis contra se. vt in.l. lege Cornel. ff. ad Silania.& per doct.moder. in.l. admonendi. ff.de iureiur. ¶Et quia talis fuga tanquam ab eo procurata prodesse non debet.argu.in.l. itẽ hic qui.ff.ex quibus caus.maio.nam quando suasio alicui dolosa,est proxima causa damni,tenetur suadens de dolo,& etiam de damno,vt in.§. cæterum.instit.ad legẽ aquiliam.& in.l.cum quis persuaserit.ff.de dolo. ¶Et sic cum syndicator fuerit in dolo,seu culpa,ob quam fuga fuit cautesata,fideiussor non tenetur ad pœnam, nec potestas ad soluendum,nec exhibẽdum.& ita per ista iura, & per alia plura tenet dictus Paris de Put.vbi suprà.vbi quoq; dicit, ꝙ qui in illo casu melius senserit,melius consulet. ¶In adiuto
21 rium Pari.de Put.facit,quod tenet Ange.in dite,bannitus.in.4.q.vbi tenet, † ꝙ excusatur bã nitus,si non comparet,nec mittit procuratorẽ, si timet vim inferri,nec dum sibi,sed etiam causæ,vt si est repulsus propter partialitates,vel hã bet causam cum potẽte, etiã si sit bannitus ex causa, & culpa sua, prout tenet additionator Abb.in.cap. quæ in ecclesiarum. de constitu.in additione,quæ est in nume.17.in parte,si culpa sua reget.& ibi Feli.col.45.& Domi.in.c. statutum.§.cum verò.de rescrip.libr.6.& idem tenet noster Pala.Ruui.in rep.Rub.de dona.§.78.fo. 56.nume.30.vbi singulariter.

Prætorum Cap.IIII.finis.

Sequitur Caput.V.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio,in quibus casibus suspenditur.*
2 *Per aduentum successoris expirat officiũ prædecessoris.nu.5.& .10.*
3 *Officiales,qui syndicari debent,ab officio,debent suspendi.*
4 *Officialis accusatus de crimine commisso circa officium,accusatione, vel inquisitione pendente suspendi debet. Quid si est electus in potestatem,& opponitur contra eum,an ista oppositione durante exercebit officium.*
5 *Iurisdictio prædecessoris expirat post præsentationem prouisionis,quia anteaquam præsentetur,iurisdictio non aufertur, prædecessori. num.10.Officium vsque ad annum datur.*
6 *Corrector,seu potestas licet tempus sui officij finitum sit,officium deponere non debet, sed successorem expectare,& de causis cognoscere,& omnia agere vsq; in aduentum successoris:& quoq; debet habere salarium consuetũ. nume.8.9.10.& .16.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 *Iudex si non compleuit officij sui tempus, non tenetur recipere successorem in officio. numero. 13.*

8 *Vniuersitas, seu ciuitas correctore deficiente non potest exercere iurisdictionem, nec iudicem ponere.*

9 *Iudex delegatus datus cum præfinitione temporis, expirat elapso tempore.*

10 *An iurisdictio concessa ad beneplacitũ principis expiret per mortem concedentis.*

11 *Iudex ingredi debet per illam portam, seu per partem prouinciæ, quam ingredi moris est.*

12 *Iudex pati debet, quòd successor suus in officio intret, & ei debet præbere baculum iustitiæ vt officium exerceat, aliàs in crimen læsæ maiestatis incidit, & in istam pœnam incidunt rustici, & populus, qui recusat illum habere in iudicem.*

14 *Castellanus non debet dimittere Castri custodiã finito tẽpore, si dominus custodẽ nõ mittit.*

15 *Iurisdictio, an potest exerceri vltima die officij.*

a **SVspendidos.** [a] Idem caue-tur in prouisionibus officiorũ, vbi rex inter alia dicit, *y por esta nuestra carta mandamos a qualquier persona, o personas, que tienen las varas de la nuestra justicia, y de los officios d alcaldia e alguazilazgo dessa dicha ciudad, e su tierra, que luego las den, y entreguen al dicho nuestro Corregidor, e que no vsen mas dellas sin nuestra licẽcia so las penas en que caen las personas priuadas que vsan de officios publicos, para que no tienen poder, ni facultad, ca nos por la presente los suspendemos, e auemos por suspendidos de los dichos officios.* Et sic nota vnum casum, † in quo iurisdictio suspenditur. ¶ Item suspenditur per appellationem, recusationem, & relationem. vt tenet Bal. in c. 1. §. fi. quo tempore miles. in vsi. feudo. nume. 2. &. 3. ¶ Item per restitutionem. vt in. l. si causa. C. de transact. ¶ Item si papa committat causam appellationis ex certa scientia, quæ de iure non tenebat. vt in. c. pastoralis. de offi. delega. ¶ Item suspẽditur per recursum ad superiorem, qui succedit loco appellationis. vt Bal. vbi suprà. ¶ Et quoq; suspẽditur in casu nostri text. cũ quo cõcordat tex. in. l. vnica. ff. de offi. præfe.
2 auguſt. vbi cauetur, † q per aduentum successoris expirat officium prædecessoris, & præfectus augustalis amittit imperium eo ipso, q successor intrauit. ¶ Idem dicitur de officialibus † syndicandis, quia abstruerent testes scientes veritatem, vel eis minas inferrẽt, vt tenet Paris de Put. in tracta. syndica. in parte, officialis finito officio. foli. 26. nu. 6. & in parte accusatus in officio. fol. 41. nu. 2. in libro portatil. ¶ Et idem dicitur de officiali accusato † de crimine commisso circa dictum officium, quia pendẽte accusatione, siue inquisitione potest suspẽdi ab officio. * Propter criminis enormitatem* per. l. q si fortè circa finem. ff. de solutio. & ibi Bart. & Institu. de suspe. tuto. §. fr̃qs secus si deliquerit extra officium. vt in. l. Reo. & in. l. quanuis. aliàs incipit Calpedius. eo. ti. ff. de solut. & tenet Stephanus aufreri. indecisioni. Tolosa. 371. in ordine. * Et tenet Peregri. in part. iudex. q. 5. in fin. in glo. maleficij quem vi. & quæ dixi. in. c. 7. in. capi. iudi. syndica. in glo. suspenda. * ¶ Sed quid, si aliquis est electus in potestatem alicuius ciuitatis, seu castri, & quidem se opponit huic electioni, dicens eam non valere, an pendente lite exercitiũ exercebit? Dic q non, si nõ inchoauit exercere. l. qui status. ff. de re mil. sec⁹ si inchoauerit. vt in. l. 1. §. pen. ff. nil no. appel. pend. &. l. reus. §. 1. de muneri. & honori. c. nõne. 8. q. 4. tenet Petr. Antiboli. in tract. de muneri. in. 3. par. nu. 69. tomo. 6. tract. foli. 25. in electo autẽ in prælatũ dic, vt in. c. cõstitutus. de appel. & in. ca. nil. §. fi. de electio. ¶ Et q nõ admittatur pendẽte lite, & donec exceptio fuerit discussa, quæ debet discuti infrà tres menses. tenet Plat. in. l. 2. C. de dignita. lib. 12. in. fi. Et facit tex. in. §. si quis autẽ talis. in auth. quomodo oport. episcopi. colla. 1. & idẽ tenet Pla. in. l. fi. C. de iure fisci. lib. 10. vbi ad excludendum ab honoribus consequendis sufficit

Prætorum.

TRosi que los officios que por la carta que lleua mã

Caput. V.

damos que estẽ suspendidos, [a] para q̃ el, y sus officiales los tẽgan, no daran

sufficit sola accusatio, licet nondũ sit lata sententia. vt in. d. l. reus delatus. ff. de muneri. & honori. vi. text. & glos. in. l. vnica. C. de reis postula. lib. 10. & ibi docto. vi. Iaſ. in. l. 1. ff. de re iudi. nu. 14. cum sequentibus. ¶ Sed solùm rex debet de hoc cognoscere, & per eum debet terminari, vt in Pragmat. 9. in lib. Pragma. ibi, *que no se conozca dello, sino por nos.* & vide Bal. in. c. 1. de confirm. vtil. vel inutil. nu. 4. vbi de hoc. ¶ Sed iste tex. & iura similia, quæ dicunt, q̃ expirat officium, & suspẽdatur per aduentũ successoris, intellige post
5 præsentationem † literarum, id est prouisionis: quia præsentatio literarum, & nõ data considerãda est. vt in. c. capitulum. sanctæ crucis. de rescrip. & in. c. si qualiter. de cleri. nõ resi. &. c. di lectus. el. 2. de prẽbẽd. &. C. quia frustra. de vsur. &. c. vt debitus. de appel. ¶ Quã præsentationẽ debet facere in concilio ciuitatis, vt dixi suprà in. c. 1. in glo. *les fuere mandado.* in prin. & in versi. & quia in istis officijs. & tenet Bald. in. l. 1. C. vt lit. pẽden. vbi dicit, q̃ rescriptũ non prodest sine præsentatione, & antea quam iudici præsentetur, non aufertur iurisdictio, nec confertur, & dicit q̃ ita est veritas, & ita habetur in prouisionibus regalibus officiorũ, in quantũ dicunt, *tenga por nos el officio de corregimiento de essa ciudad por vn año, contado desde el dia que por vos fuere recebido al dicho officio.* Quia vsq; ad annum consueuit dare officium potestatis, tenet Bar. in. l. omnes populi. ff. de Iusti. & iur. col. 17. num. 52. & tex. in. l. 2. tit. 16. lib. 2. in ordi. rega. & tex. singul. in. l. nemi nem. C. de suscept. præp. & arca. lib. 10. vbi officiales non debẽt esse perpetui, sed annales, vel ad plus biennales. & ibi Lucas de Pen. fina. col. & tex. in. c. fundamẽta. §. fi. de elect. in. 6. & Pla. in. l. ius senatorum. C. de dignit. lib. 12. & sic seruatur. ¶ Et q̃ stetur præsentationi, vi. quæ dixi suprà in. c. 1. in gl. *officio.* Idem tenet Bald. in. l. fal sus. C. de furtis. 6. col. nu. 17. tenet, q̃ ante omnia debet fieri præsentatio rescripti, quia eius iurisdictio pendet ex eius productione, quod dicit notabile. & tenet idẽ Hippoly. de Marsil. in. l. si quis nec quæstio. ff. de quæstio. nu. 66. ¶ Imò si
6 non sunt literæ præsentatę, talis corrector, † seu potestas licet tempus sui officij sit finitum putà annũ, non debet statim deponere, sed debet successor expectare, & debet de causis cognoscere, & omnia agere vsq; ad aduẽtũ successoris. vt in. l. meminisse. ff. de offi. proc. & lega. & ibi Bar. & vsq; ad eius aduentũ ius dicere. vt ibi in tex. propter ciuiũ vtilitatẽ. vt in. l. 1. §. administratorem. C. vt omnes iudic. tam ciui. quàm crimina. & in l. 1. ff. de offic. præfect. August. & in. l. si fortè. ff. de officio præfecti. quinimo si successorem non expectat, tenetur, vt tenet Amodeus Iusti. in tracta. syndi. in parte, olim potestatem. per. d. l. meminisse. & per docto. in. l. eum qui. §. iudicare. ff. de iuri. om. iudi. quinimo pro reliquo tempore, quo sedet vltra tẽpus ipsius officij, debet habere salariũ consuetũ. tenet Roma. singulari. 390. per tex. in. §. illud. in auth. de administrato. colla. 7. * Et Bal. singul. in consi. 8. vol. 4. quod extende in rectoribus ciuitatum villarum & in iudicibus ordinarijs nostri temporis qui cõmuniter sunt annales: quia etiam habent seruire officium & ius dicere in aduentum successorũ: tenet Albe. in. d. l. meminisse. nu. 2. versi. sed quæro: & vi. quæ dixi, suprà. in. c. 1. in glo. 1. nu. 2. ver sic. & sic q̃ vniuersitas. * ¶ Quod extẽdit Bar. in. l. legati. ff. de offi. procon. & lega. q̃ intantũ debet cognoscere, q̃ nõ dicitur suum officiũ finitũ, nisi aduenerit successor, & etiã si non sit confirmatus in officio, pot vti iurisdictione donec successor aduenerit. quod nota, quia ita tenet extendendo dict. l. meminisse. ¶ Et Cataldinus in tract. syndi. q. 253. dicit, q̃ gesta per potestatẽ, & etiam per aliũ officialem, finito officio tenẽt, & valent donec successor veniat, quẽ expectare tenetur vsq; ad cuẽtum. per. d. l. meminisse. & idẽ tenet Guido pap. in decisio. 501. vbi ait, q̃ quando iudex nouiter creatus nondũ accepit possessionem officij dictæ iudicaturæ, valẽt gesta per antecessorem, qui est in possesione ipsius officij, donec alius adeptus fuerit possesionẽ dicti officij, quia apud eum remanet administratio cum tit. vt in. d. l. 1. §. administrationẽ. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quàm crimi. quod habet locum in maioribus, & minoribus iudicaturis, secũdùm Guid. papã in. d. l. decisio. vbi dicit q̃ ita seruatur. & vi. quæ dixi suprà. c. in glos. *nuestros.* nu. 1. ¶ Supradicta quoq; habẽt locum in benefi cialibus. vt tenet Roma. singula. 566. per glo. singula. in. l. tribunus. ff. de milita. testa. ¶ Quod est intelligendũ, quãdo iudex prædecessor cõpleuit tẽpus officij: quia si nondũ finiuit, non tene
7 tur recipere † successorẽ ad officiũ, quia sua prosuisio, vel creatio ante finitũ tempus prædecessoris ipso iure nõ valet. vt tenet Bald. in. l. scire oportet. §. consequẽs. in fi. ff. de excusatio. tuto. vbi ad literã tenet, q̃ si officialis est creatus in aliquo officio, & ante eum dimissum, vel remotũ, alius, est creatus loco eius, ipso iure non valet eius creatio. & infrà dicetur nu. 13. ¶ Et in tantum est verũ, q̃ finito officio debet remanere in iurisdictiõe, q̃ vniuersitas, † vel ciuitas correctore deficiente, non potest exercere iurisdictionẽ, nec iudicem ponere. vt tenet Montal. in glo. ordin. in parte, vniuersitas. allegando tex. in. c. accessis
8

Universidad de Deusto
Biblioteca

sent.de constitutio.& ibi tenet Inno.nume.3.& dixi supra in.c.1.in gl.*nuestros*.nu.1.contrarium vult Bald.in.c.cùm omnes.de constitu.num.22. vbi dicit, q dictum Inno.fallit quãdo, magistratus vacat.per tex.in.l.vbi absunt.ff.de tutori.& cura.datis ab his.vbi idem tenet Bald.quia licet ibi sit speciali fauore minorum, nõ minor fauor est totius populi, quàm minorum.vt in.l.Barbarius.ff.de offi.præto.sed istæ fallentiæ Bal. non credo: quia ipsemet Inno.loquitur expresse rectoribus deficientibus, seu vacantibus, vt per te poteris videre, & ipsemet Bal.in.d.c.cùm accessissent.nu.10.transit cum dicto Inno.dicendo, q vniuersitates non habẽt iurisdictionem contentiosam quoad exercitium per se, sed per rectores suos, nisi quando rectores deficiunt.per.d.l. vbi absunt.quod dicit q non placet Innocen.& ratio dicit q patet, quia populus nõ habet aptitudinem ad hoc, quia solùm habet vniuersitas, seu populus iurisdictionem habitu in conferendo, sed non in exercendo per se. ¶ Item intelligitur in iurisdictione ordinaria, secus in alio of-
9 ficio, vel in iurisdictiõe † delegata. vnde legatus cum temporis præfinitione, illo elapso non potest cognoscere.tenet Bald.in.d.l.meminisse.& sequitur additio ad dictã decisionem Guidonis. & idem tenet Petrus de Ferra. in forma libelli, de declinatio.iurisdictiõis alicuius.in parte, nec fuisse iudicem.nu.18.& Abb.in.c.super eo.el.2. de appella.nu.7.& Specul.in ti.de iudi. delega. §.excipi potest.versi.Item q; iurisdictio nu.8.& idem Petr.de Ferra.in forma libelli sentẽtiæ definitiuæ.in parte, nos Bernardinus.nu.23.¶ Et vide Par.de Put.in.d.tract.syndic.in parte, sequitur de modo.fol.29.loquendo in ordinario, vbi dicit, q licet de iure authenticorum debeat ante aduẽtũ successoris officiũ deponere per duos dies.vt in auth.de colla.§.illud.in fi.colla.7.de-
10 bet intelligi, † postquam notificauerit successori aduentũ suũ.secundùm Azo.in summa tit.vt oẽs iudi.causæ.¶ Imò & post aduẽtũ successoris, si eius officiũ non est de momẽto ad momẽtum finitũ, pòt admittere, licet non necesitetur.glo. in.c.si Christus.de iureiuran.& notatur in.l.me
11 minerit.c.vnde vi.& dicit q est capitulũ regni, q omnis officialis debet notificare aduentũ suo prædecessori, & ex tunc gagia cõputantur à die notificationis, tũ dicit, q in regno nũquã deponitur officium, nisi post ingressum factum visis, & lectis commissionibus, vt in constitutione regni, quæ incipit, scire te volumus.vbi dicit, quòd antiquus officialis exercet officium ante aquam sibi sint delatæ literæ desistentiæ.vt in. dicta.l.1.ff.de offi.præfe.august.& ita in nostro regno Hispaniæ quoq; seruatur. Et vide Pari. de Put.in tracta.syndi.in verbo, ad officialis successor.numer.6.fol.151.in porta.vbi ait, quòd si princeps concesit iurisdictionem ordinariam ad beneplacitum, & moritur princeps, q nõ expirat iurisdictio ante aduentum successoris.per d.l.meminisse. & sic erit ordinarius, donec per successorem reuocetur.vt in authẽ.de quæstori. §.super hoc.colla.6.idem tenet Archi.in.c.scripsit.7.q.1.& Specu.in tit.de loca.§.nũc aliqua. nu.178.& ibi Ioan.And.in additio.& Bart.in.l. 1.§.si plures.ff.de exercito.nu.1.vbi idẽ tenet.& idẽ tenet Ioann. Fab.in.§.item si adhuc.Institu. mandati.* Et Bal.in.d.l.meminisse.ff.de offici. proconsul.nu.2.* Licet contrarium teneat ipsemet Par.de Pute.in.d.tracta.in verbo, officiales perpetui.fol.191.nu.3.dicendo, q officialis datus ad beneplacitũ sedis apostolicæ, est perpetuus, secus si est datus ad beneplacitum papæ, quia eo mortuo, expirat, quia intelligitur, q expiret adueniente successore, vt dictum est, aliàs secus. * Vi.l.2.tit.2.libr.2.ordi & l.24.tit.2.lib.7. ordi & Grego.Lopez.in.l.20.titul.15.part.2.in glos. *de los officios.* * ¶ Quod fallit in vicario episcopi: quia Mortuo episcopo, expirat iurisdictio vicarij, nisi capitulum, quod succedit, eum cõfirmet post mortem episcopi tenet Guido papa singu. 560.* Quod etiã fallit in alio officio quam in iurisdictione ordinaria, & ita non habet locum in concedendis beneficijs vel præbendis prout tenet Bald.in.d.l.meminisse.nu.1.* ¶ Et vi. Bald. in.l.falsus.C.de furtis.vbi tenet, q facta ab officiali reuocato valẽt anteaquã sint tibi literæ desistentiæ præsentatæ.Et idẽ dicit in episcopo reuocato.Et procedit hoc ex ordine: quia successor per duos dies ante debet significare aduentũ suum prouincialibus, vel ciuibus cum aliquali cõmendatione sui ipsius.vt dicit tex.in.l.obseruare.§.anteaquã.ff.de offi.procõsul.& etiã antiquo potestati amicabiles literas destinare, vt in suo aduentu occurrãt officiales,& non turbẽtur ab officijs.vt in.d.§.anteaquã.&.§.illud.¶ Ingre-
11 ditur quoq; per illam portam, † seu partem prouinciæ, per quam ingredi moris est, vel aduenit ad illam ciuitatem, seu terram prouinciæ, in qua solent alij plurimum venire, & se præsentare.vt in.dic.l.obseruare.§.proficisci.quia multę ciuitates habẽt in hoc prærogatiuam, quòd priꝰ vadat ad vnã ciuitatem, quàm ad aliã, & sic ingressa præsentat literas desistẽtiæ decessori, quibus princeps significat, q officiũ deponat nouo præsidi, quibꝰ lectis, & signatis, prædecessor sceptrũ deponat in manibus noui, & sibi assignet tribunal, secundùm Pari.de Put.vbi suprà. ¶ Et prædecessor obedire debet: quia qui † non vult pati quòd successor suus in officio intret, cõmittit crimen læsæ maiestatis.vt tenet Franc. Lucanus in tracta.de priuilegio fisci.versi.item quod non vult.nu.4.in.2.parte.de crimine læsæ maiestatis.tomo.6.tracta.fol.11. Et vid.Angel. in.l.qui ve.ff. ad.l.Iuliã maiestat. vbi tenet, q si potestas Bononiæ, vel alicuius ciuitatis successori suo denegat præbere baculum, vt possit officiũ exercere, incidit in crimen læsæ maiestatis.& idẽ tenet Amode.Iusti.in tracta.syndi. in parte, olim potestatem.& dicit esse tex. in.l. 3.ff.ad.l.Iuliã maiesta. Et est tex.expressus in.l. 2.tit.2.partit.7.versic.*la dozena es.* Et quod tenet Guiller.in.l.Imperium.ff.de iuri.om.iudi.¶ Et secũdum dictum Amode.vbi suprà quoq; tenetur, si non expectat successorem.per.d.l. meminisse.& in dictam pœnam incurrũt rustici,& populus, qui recusat illum habere in prætorẽ, quẽ princeps elegit.secũdùm Fran.Luca.in.d.tract. vbi suprà.quod nota.¶ Et hoc, quãdo primus iu-
13 dex finiuit suum † tempus, vt dictum est.nu.7. quia si ante tẽpus primi iudicis finitum successor peruenerit, non debet admitti vt est tex.iuncta glo.in.l.1.§.administrationem.in verbo, peruenerit.ibi, finito tẽpore primi.C. vt omnes iudi.tam ciuil.quàm crimi.& tenet quoq; glos. in authen.de administrato.§.illud.in verbo, vocantur interdicta.colla.7.¶ Sed cõtra supradicta,& d.l.meminisse.videtur tenere Bart.in.l. itẽ quæritur.§.qui impleto.nu.8.&.9.ff.locati.quem sequitur ibi Paul.de Cast.in fi.vbi dicunt, q officia, quæ ex necessitate gerũtur, vt in tutela, non videtur tacitè illud renouatum, licet quis in eo remaneat.vt in.l.2.§.1.versic.q si finita.ff. de eo qui pro tuto.Et ideo dicit Barto.q isti rectores, qui mittuntur per ciuitatẽ, & castellani, qui mittũtur ad custodiam Castrorũ, licet finito officio remaneant, non sunt Castellani, quia illud officiũ solo cõsensu nõ renouatur, sed necessitate, illata authoritate publica. ¶ Sed mihi videtur, q non sit contrarium, imò simile: quia licet non sint iudices, remanent in officio authoritate publica,& propter publicam vtilitatem. vt Barto. ibi dicit. & hoc propter ciuium vtilitatem.vt in dicta.l.meminisse.ibi,& vtilitas prouinciæ exigat esse aliquem, per quẽ negotia sua prouincia-
14 les explicent,& sic videtur esse iudex,& loco iudicis esse.¶ Quod dicit idem Bal.esse in Castellano.in.l.ex diui pij.C.locati.in fi. vbi tenet, † q finito tempore Castellanus nõ debet dimittere custodiã Castri, si dominus non mittit alium ad custodiendum, quia bonã fidem debet agnoscere, & nõ debet reddere præcipiti festinatione: nam propter casum tempus prorogatur, secundùm Bald. ibi.& facit tex. in.l.3.ti.18.part.2.in fine.de quo per docto. in.l.mora.ff.solut.matri.vbi per Bar.nu.17.& nu.18.& ibi Alexan.nu.18.vbi cũ Bar.tenet.& per Ias.ibi. n.17. vbi singulariter.vbi quoq; ibi per eum, an si habebit salariũ pro custodia artis tempore elapso.

lugar que otro los tenga, ni vse [b] dellos, saluo el, y sus officiales como por nuestra carta le fuere mandado.

¶ Sed an vltima die officij potest iurisdictionẽ
15 † exercere.glo.in.c.& si Christus. de iureiuran. in verbo, seruandũ.dicit, q non.tamen si fiat, valet.per.d.l.meminisse.& illã glo.approbat Bar. in.d.l.eum qui.ff.de iuri.om.iudi.& Cy.& Fulgo. Quod dicit Abb.notãdum in.d.c.& si Christus.nu.7.pro intellectu illarum legum. Sed dicit, q nõ debet vltima die iudicare, scilicet, post aduentum successoris erubescit enim propter abdicationem iurisdictionis, ante aduẽtum successoris licitè iudicat.¶ Itẽ dicit, q debet intelligi glo.in ordinario, secus in delegato, nam ille iudicat vltima die iurisdictionis.vt in.ca.cõsuluit. de offi.delega.& idem tenet Alexan.in.d.l.eum qui.nu.7.vbi dicit, q aduentus successoris non accipitur pro ingressu in officiũ, sed pro aduentu, sine ingressu.vt dicit Bal.ibi. & hoc ostendit verbum, debet, positum ibi iunctis nota.per gl. in.d.c.& si Christus,& ita dicit de mente doctorum in.d.c.cõsuluit.& idem tenet glo.in authẽ. de administra.§.illud.in verbo, dies.colla.7.vbi tenet, si prædecessor adueniente successore per duos dies ante administrationem deponere debet, sed recedere non debet, hoc dicit verum, si successor aduenerit, non aliàs,& hoc probat Barto.ibi. versi.oppono.& sic dicit Alex.in.d.l. eũ qui in fi. q hodie seruatur.d.auth.administra.in fin.¶ Et quoq; in nostra Hispania seruatur, q anteaquã successor in officio se præsentet in concilio ciuitatis,& baculũ accipiat, prædecessor iudicat,& negotia expedit, licet successor sit in ciuitate.& ita pluries feci,& multi alij faciunt, quia ex sola electione nõ quæritur ius electo.vt Bar. in.d.auth.& supradixi.¶ Et non solùm exercet officiũ vsq; in aduentũ successoris, vt dictũ est,
16 imò debet † habere salariũ cõsuetum pro illo tẽpore, quo sedet,& iurisdictionẽ,& officiũ exerceat.vt tenet tex.in.d.§.illud.& ibi Bar.vbi dicit, q vsq; ad eius aduẽtum emolumẽta publica per

cipere debet. & idem tenet Roma. in singulari. 401. & tenet iudex in expresso. Bal. in consili. 8. in. 4. volumine per. d. l. meminisse. ff. de offi. pro consul. & lega. & per. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. & per. l. pen. §. vxor. ff. solut. matrimonio. & per alia iura.

b **Vse.** b Aliàs si iurisdictionem exercẽt dolo malo non habentes potestatẽ iudicandi à principe, eos punire debet, quia incidũt in crimen læsæ maiestatis. vt tenet Angel. in. l. lex duodecim tabularum. ff. ad. l. Iuliam maiesta. vt dixi suprà in. c. 1. in glo. 1. col. 1.

c **Carta.** c Quam per te vide, quia in ea cõtinentur casus omnes istius capituli, qui custodiri iubentur.

Prætorum Cap. V. finis.

Sequitur Caput. VI.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum, & lex, an ligent in foro conscientiæ.*

a **Mandamos.** a Quòd verbũ, præcipimus, est durum verbum cõtra negligentes. vt tenet Cardina. in Cle. 2. de magistris. in. 15. notabil. nu. 29. in. fin. † vbi dicit, q obligat ex p̃cepto. & vi text. in. c. præcipitur. 14. q. 1. vbi archidia. dicit, q mandatũ consistit inter cõsilium, & præceptum. est enim vltra consiliũ, & citra præceptũ. mandatũ enim cogit sicut præceptũ, & peccat si nõ adimpletur. de quo per Cardina. in Cle. 1. de ætate & qualit. in. 8. q. vbi dicit, q prælati negligẽtes super eo, quod disponitur, peccãt mortaliter. per. c. deniq; 4. distin. quod notat gl. in. c. ea quæ. de offi. archid. de quo per archi. ca. vtinã. 76. distin. vbi dicit, q ad intelligentiã huius sciendũ est, q præcepta, quæ per modũ statuti, vel cõstitutionis proponũtur, nõ eodẽ modo obligãt omnes, sed secũdùm q requiritur ad finem, quẽ legislator intẽdit, cuius authoritatem si aliquis transgrediendo statuta contẽnat, & hoc modo transgrediatur, q impediatur finis, quem intẽdit, peccat mortaliter talis transgressor. ¶ Si autem ex aliqua rationabili causa nõ seruet, præcipuè etiã si legislator adesset, non decernet esse seruanda, talis transgressor non cummittat mortale peccatum: & inde est, q nõ omnes, qui omnino non seruant ieiunia ecclesiæ, non peccãt mortaliter. ¶ Sed contra hoc opponitur, q præcepta ecclesiæ obligant sicut Dei præcepta, secũdùm illud Luc. 10. Qui vos audit, me audit. c. qui vos. 8. q. 1. Sed ad præcepta Dei omnes tenentur, illicò. & ius soluendo dic, q præcepta Dei sunt præcepta iuris naturalis, quæ secundùm se sunt de necessitate salutis: sed statuta ecclesiæ sunt de his, quæ non per se sunt de necessitate salutis, sed solùm de institutione. & ideo possunt esse aliqua impedimenta, propter quæ aliquĩ ad ea obseruãda huiusmodi non tenerentur, secũdùm sanc. Tho. prout tenet Archi. in. d. ca. vtinam. ¶ Tu vi. Abb. singu. in. c. nam concupiscentiam. de constitu. nu. 2. vsq; in finem. vbi ponit perfectam distinctionẽ, an, & quando qui venit contra legẽ, vel regulam, incurrat peccatũ mortale. Et sequitur Archi. in. d. c. vtinam. & mirabiliter per Speculum cõscien. in. 1. tracta. ca. 17. vbi per totũ, an leges humanæ obligẽt in foro conscientiæ. ¶ Vide tu quoq; Bald. in. l. cũ quis. in. 6. col. num. 14. C. de iuris, & facti ignor. vbi ponit, an lex positiua excuset, vel obliget in foro pœnitẽ. Et dicit, q Petrus de Vltramo. auditor dñi Card. Raineldi in isto casu distinctionẽ facit, sic. ¶ Aut lex humana dicit cõtra legẽ diuinã. ¶ Aut secundũ eam. ¶ Aut præter. ¶ Primo casu dicit nõ excusare in foro pœnitẽtiæ, & ponit exẽplũ in vsuris. Nã si lege antiqua permittatur, dicit illã legẽ non valere: quia conditor legis humanæ nõ põt tollere legẽ superioris. vt in. l. ille à quo. §. tẽpestiuũ. ff. ad Trebel. & quia conditor legis humanæ, siue sit Papa, siue Imperator, est cõstitutus à Deo, & ab eo habet potestatẽ legem cõdẽdi. Sed ille qui alicui mãdat, non intelligitur mãdare, vt quicquã faciat contra se. vt in. l. si homĩẽ. ff. manda. ergo cõcluditur, q non est data potestas

Prætorum.

Caput. VI.

Qve fuerẽ al lugar dõde an ð ser recebidos fasta sesenta

Troſi les mãdamos a **que del dia**

potestas condendi legẽ humanam cõtra legem diuinã, cùm legem diuinã concedat ipse Deus. ¶ In secundo casu, q̃ lex humana est secũdùm legẽ diuinã, tunc dicit legem humanam in foro conscientiæ ligare, & etiam à peccato excusare, cùm sit condita secũdùm legem Dei: imò punire debet magistrãs gressores huius legis, quàm si esset simplex humana, vel diuina. argumẽ in. l. si cùm dies. §. fi. ff. de arbitris. & in. l. celsus. eo. tit. & illa ratione, quia duplex funiculus difficillimè rũpitur. ¶ In tertio casu, quando lex humana condita est præter legem diuinã, quoq; ipse subdistinxit, q aut lex humana fundata est super præsumptione, aut super veritate. Et certè primo casu dixit non excusare. ponit exemplũ de reiudicata. Nam si teneo fundum alienum, quẽ scio alienũ esse, & petitur à me in iudicio, & propter defectũ probationis, vel aliã causam absoluor, certè dicit ipse, q licet de iure positiuo, & humano ista sententia faciat ius vt postea nõ teneatur restituere, tamen in foro conscientiæ non excusor. ¶ Itẽ posuit exemplũ de mutuo. Nam sicõtra instrumẽtũ mutui aliquãdo non posit excipi de iure positiuo, tamen nõ excusor de iure, & in foro conscientiæ, & pœnitentiæ quoad Deum, & hoc ea ratione: quia istud ius humanũ est fundatũ super præsumptione, & incerto. vt Dy. in regula. Locupletari. de regul. iur. in. 6. & Inno. in. c. quia pleriq; de immu. eccle. ¶ In secũdo casu, q̃ ius est fundatũ super veritate, & certo, tũc bene excusat in foro pœnitentiæ. vt in præscriptione, in qua est bona fides, & iustus titulus, tunc dicitur q excusat in foro conscientiæ, & pœnitẽtię. Et etiam si præscriptor sciat postea rem alienã esse, & hoc ea ratione: quia cùm causa põt auferri dominium, item possunt auferri actiones: sic ergo qui legitimè præscripsit, tutus est, non solùm in via fori, sed etiã in via poli, quod est equitas secundùm Bal. quæ in via poli multùm consideratur in materia conditionis indebiti, & etiã in via fori consideratur, & alia exempla, vi. per eum. vbi suprà. ¶ Et an præter pœnam deportationis teneatur in foro cõsciẽtiæ restituere ipsa bona fisco. vi. Bart. & Luc. de Penna in. l. 1. C. de his, qui se defertunt. lib. 10. in. 2. col. vbi distinxit, an bona ipso iure propter delictum cõfiscantur, & tunc statim sunt fisco, & si detinet, furtum facit. Secus si non veniunt ipso iure publicãda, seu confiscanda, sed per sententiam, tunc fiscus non habet ius, nisi post sententiam, & rectè detinet.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio fauore reipublicæ super terminis pascuis, & lignis permittitur, & etiam super bonis vacantibus, & in istis casibus proceditur, non oblato libello, nec lite contestata, nec seruatis aliis iuris solennitatibus.*

2 *Inter querimoniam, & quæstionem est differentia.*

3 *De illo qui promisit non mouere quæstionem.*

4 *Iudex debet ire ad videndum locum, de quo est quæstio pro finibus, & debet artis peritos mittere, & mouere partes, vt sint præsentes.*

5 *Iudex eligens æstimatores, seu declaratores, debet eos eligere partibus præsentibus.*

6 *Si ad mandatũ iudicis qui non patitur fundũ mensurari, vt contumax punitur.*

b **Se informen.** b Permittitur ergo tiõ fauore reipublicæ sicut permittitur præsidi in prouinciæ inquirere de bonis vacantibus, vt in. l. n. C. de bonis vac. lib. 10. & idem, quod iste text. tenet Montal. in glo. ordi. in parte. rex deputare tenetur. & est text. similis huic in. l. 5. tit. 1. lib. 8. in ordinamen. regali. & tex. in. l. 5. tit. 3. libr. 7. in dictis ordi. & Montal. in gl. ordina. in parte; inquisitio. vbi tenet, q permittitur inquisitio facta denũtiatione super iure, q conciliũ alicuius loci intendit contra aliud cõcilium, vel aliã personã habere super terminis pascuis, vel super lignas scindendo, vel glandes colligendo. & glossi. in. l. 3. C. finium regund. & text. singula. in. l. 9. tit. 11. lib. 3. eodem. lib. in ordinamen. regali. quia officium autem, & potestas iudicis est, fines custodire, si apparent. quod etiam perscripturam lapidum antiquorum probari potest vt eleganter per Bart. & Acurs. in. l. nouellorum. ff. de religi. & sumpti. fune. & tenet Bald. in. c. cùm causam. de probatio. numer. 9. si autem sunt turbati fines, debet emendari quod malè gestum est. vt in. l. agraria. ff. de termi. amot. q nil si apparet, & debet de nouo apponere iuxta consilium geometricũ. vt in. l. si quis super. C. fini regun. in. l. inter Castellanũ. ff. de arbitris. & sequi id, quod verisimile est, & magis sequi vias publicas, & regales in descriptione finium iurisdictionum, quam vias paruas, & vicinales, quæ subiectæ sunt multis mutationibus, secundùm Bald. ibi. * Et alios casus, vbi procediturper inquisitionem vi. per Peregrin. in part. inquisitio. qõ. 5. in. glossi. quibus. & in glossi. fiat vbi singulariter. *

¶ Vbi. & in isto casu, & in alijs proceditur, non oblato libello, nec litè contestata, nec seruatis alijs solennitatibus iuris vt supra: & proceditur ad diffinitiuam, copia pattibus data, & inquisitione publicata: & talis processus factus per inquisitionē dicitur ordina-

diligẽcia[c] de las sen-

rius, vt tenet Archidi. in c. si quid hoc. 86. distin. in fi. ¶ Et idē tenet Ange. in. l. si quis super. C. finiū regū. vbi dicit, q̄ istud verbū, querimoniam, verificatur ante litē cōtestatam: secus in verbo, quęstionis, & sit differētia † inter quęstionē, & querimoniā. vt Pau. de Cast. ibi. Tamen Bart. ibi putat, q̄ qñ est quæstio solùm de finibus, & nō de proprietate lite non cōtestata, posset ad diffinitiuā sententiā peruenīri, quia non cadit hic immissio ex primo vel secūdo decreto. vt tenet Bar. in auth. si omnis. C. si vt ab hæredi. abstine. sed cōtrariū tenet ibi Bal. & cū Bal. cōtra Bart. tenet Abb. in c. quia indicāte. de prescrip. nu. 8. & dicit, q̄ Bar. cōfunditur ex. c. tuæ. vt lite nō cōtesta. ¶ Quod est notādum secundū Pau. de Cast. vbi supra ad hoc, qñ aliquis promisit sub pœna † non mouere quæstionē, vel querimoniā, vt incurrat pœnā eo ipso, q̄ dedit libellū, de quo per Bar. in. l. amplius nō peti. ff. rem ratā haberi. ¶ Quid de eo, qui promisit nō venire contra: qualiter dicitur cōtrauenire? Dic vt in. l. si quis maior. C. de transactio. q̄ per solā interpellationem iudicis, vel per supplicationē datam principi de causa cōmittenda. ¶ Et in casu illius tex. & similiū, † iudex si opportuerit, debet ire ad videndū locū, de quo est quæstio pro finibus, & debet mittere peritos artis. glo. & docto. in. d. c. quia indicante. & in. d. l. si quis super. & ibi glo. & in. l. si irruptione. ff. eod. fini. regun. in. §. ad officium. vbi dicit, q̄ ad officium iudicis pertinet de finibus cognoscere, & mensorē mittere, & q̄ ille debet esse præsens si opportuerit, & isto casu debet mouere partes ad interessendū. vt Bar. singulariter in. l. qui bona. §. huic stipulationi. ff. de damno infecto. nu. 2. vbi dicit, q̄ debet statuere terminum partib⁹, vt sint tali die, tali horā, cum tali magistro, vel secum in illo loco, & debet omnia hæc facere scribi, & instrumentum fieri, quādo iudex est in loco, aliàs posit processus periclitari. quod dictū Bar. sequitur ibi Pau. de Cast. & dicit, q̄ pluries vidit practica. & idem tenet Ias. in. §. quædam actiones. Institu. de actio. nu. 77. & tenet Abb. quem vide in. d. ca. quia indicāte. nu. 6. & 7. vbi quoq; tenet, q̄ non est necessarium, vt iudex teneatur ire præsentialiter tempore mensurationis. ¶ Et facit quod tenet Feli. in. ca. veniens. 7. colū. de testi. versic. quarto. vbi dicit, q̄ si iudex † eligat æstimatores, vel declaratores, qui habēt referre, debet eos eligere præsentibus partibus, & relatio eorum pōt fieri partibus absentibus dummodo iurent prius bene, & legaliter mensurare. vt Ias. in. d. §. quæ dā. nu. 78. Et facit quod notat Bal. in. l. minorum. 2. col. versic. sed hic est dubitandū. C. in quibus causis restitu. in integr. non est necessa. & in. l. fi. circa medium. C. de seruijs. vbi dicit, q̄ in relatione nuntij non est necessaria præsentia partis. ¶ Et si iudex † ex officio mandat mensurari fundum alicuius, & ille non patitur metiri, vt contumax, & inobediens potest puniri. tenet glo. & ibi Ange. in. §. fi. institu. de offi. iudi. in princi.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia in iudice, & prælato reprobatur.*
2 *Diligentia debet esse arbitrio boni viri.*

Diligencia.[c]

Quę est materomniū, virtutum. Specula. in tit. de aduocato. §. 5. versi. commendat autem. & in. §. 9. versi. item cautus sit antiquus. ¶ Item est mater omnium artium, vt in Clementina. 2. §. 1. & ibi Cardi. de sepult. ¶ Nouerca verò eruditionis est negligentia, secundùm Cardin. ibi. versic. quinto nota. per tex. in capit. nihil. 82. distin. & Seneca epistol. 1. dicit. Turpissima est iactura, quæ per negligentiam fit, & maximè in prælato, † & iudice reprobatur. secundùm Cardi. ibi. ¶ Et ista diligētia † debet esse arbitrio boni viri. vt Barto. in. l. cùm filius. §. si pater. ff. de legat. 2. & in. l. si ita scriptum. ff. de manu. testament. & in capitul. 1. in fine. de eo, qui mittitur in possess. in. 6. & in Clementi. 1. de offic. ordin. & Alexan. in consil. 60. in. 4. volumine.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ appellatione, intelligitur de diffinitiua.*
2 *Quando in contractu fit mētio de sententia, intelligitur de diffinitiua.*
3 *Statutum, quòd de sententia soluatur gabella, non soluitur de interlocutoria.*
4 *Statutum, quòd à sententia non possit appellari, intelligitur de diffinitiua. nu. 6.*
5 *Quando est eadem ratio, vel maior in interlocutoria, quæ in diffinitiua, tunc intelligitur de interlocutoria.*
7 *Statutum, quod sententia non possit fieri sine consilio sapientis, intelligitur de diffinitiua.*
8 *Largè intelligendo appellatione sententiæ venit interlocutoria, & in materia fauorabili, vel indifferenter.*
9 *An sententia arbitri veniat appellatione sententiæ.*
10 *An omnis vox iudicis sit sententia.*

d 1 **Sentencias.**[d] Quarum appellatione intelligit de † diffinitiuis, & nō de interlocutorijs. glos. in. l. 1. §. biduū. super verbo, latè. ff. quando appellandum sit: & tenet Gui. pap. in singu. 611. vbi dicit, q̄ quādo in iure loquimur de sentētia, intelligitur de diffinitiua, nō de interlocutoria. & est glo. in. c. cùm olim. de testi. in gl. fi. & text. & ibi Abb. in c. super eodē. el. 2. de appel. nu. 6. & gl. in Cle. 1. de re iudica. & in Cle. 1. de sequestra. possessio. & fruct. per do. & ibi Pau. de Cast. in. l. quod iussit. de re iudi. ff. 1. col. & in Rubr. & Hippoly. de Marsi. in. l. de minore. §. pluriū quoq;. ff. de quæstio. nu. 113. & probatur. in. l. dicere. ff. de arbitris. & facit tex. in. c. veniēs. in prin. de iu. iur. & tex. in. l. quid ergo. §. quæsitum. ff. de his, qui not infamia. & ibi Bald. & voluit idem Bald. in. l. 2. C. de arbitris. Et idem Bald. in. d. c. cum olim. circa finem. dicit, q̄ facit ad statuta de executionibus
2 sententiarum. ¶ Quod amplia † idem esse, qñ in contractu fieret mentio de sententia, quia intelligitur solùm de diffinitiua. vt tenet Ias. in rubr. ff. de re iudi. nu. 9. ¶ Et ideo dicit Bald. in addition. ad Specul. in tit. de senten. prolatio. col. 2. q̄
3 si stat † statutum, quòd de sententia debeat solui gabella, non soluitur de sententia interlocutoria. & Feli. in rubrica de re iudi. colū. 5. versiculo. vnde si de sententijs. vbi ista & alia vide. ¶ Et Ias. & Feli. vbi supra subdunt, quòd si à sententijs non possit † appellari, intelligitur à diffinitiuis tantùm. quod voluit Guillerm. de Cu. & Bal. in. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minō. & Bald. in. l. 1. circa vlti. column. C. ne liceat tertiò prouoca. & in. l. post sententiam. C. de sententen. interlocuto. om. iudi. 2. col. & in. l. vnica. C. si de momenta. posse. fue. appella. ¶ Et hoc secundùm Bald. in dict. l. ex causa. §. nunc videndum. non erat absurdum, quia licet nun cōceda
4 tur restitutio in integrum super principali, conceditur super emergēti. vt ibi in versi. sed si cum ex damno. vnde dicit Guiller. & Bal. ibi, q̄ licet statutum disponat, q̄ in criminalibus causis nō posit appellari, vel restitutio in integrū cōcedi super principali, tamē cōceditur super emergenti. quod tenet Alex. in rub. ff. de re iudi. nu. 2. & Ias. ibi. nu. 10. vbi dicit, q̄ istam decisionē sequitur Benedict. de Plumbi. & reputat eā notab.

tencias[d] que son da

dignā in. l. etiā. §. absens. ff. de manumis. vindicta. ¶ Et quoq; fallit supradicta regula, si ea

das en fauor del

dē, vel maior esset † rō in interlocutoria, sicut in diffinitiua, quia tunc intelligeretur de interlocutoria, vt tenet Alex. in consi. 50. in. 2. volu. n. 17. per dictum Benedi. de Plūbi. in. l. etiā. §. absens. ¶ Vnde secūm Alex. in. d. rub. nu. 3. dicit, q̄ Guiller. & Bal. in. d. §. nunc videndū. dicunt, q̄ licet
6 statutū disponat, q̄ † in criminalibus causis non posit appellari, vel restitutio in integrū cōcedi, intelligitur quoad diffinitiuā sententiam, & causam principalē, non antē quoad id, quod cōcernit interlocutoria, vel quoad aliquod incidēs, licet prima facie fortassequilibet diceret cōtrariū. Et illā decisionē Guiller. de Cuneo in. d. §. nunc videndū. tanquā mirabilē reassumpsit Bal. in. d. l. post sententiā. C. de senten. interlo. om. iudi. & in. l. vnica. C. de momēta. posse. & in. l. 1. ff. de offi. præ. prætor. ¶ Vbi dicit Bal. Aut statutū dicit, q̄ à sentētia potestatis nō posit appellari, & tunc procedit, q̄ intelligatur de diffinitiua tantùm. Aut statutū dicit, q̄ à potestate non appel
letur, & tūc nec à diffinitiua, nec ab interlocutoria poterit appellari. per. d. l. 1. ff. de offi. præ. præto. vbi est tex. q̄ à prefecto prætorio nō pōt appellari. & istā decisionē sequuntur est Abb. in. c. pastoralis. in prin. de appel. & idē Bened. de Plūbi. in. d. l. etiā. §. absens. ¶ Vbi limitat hoc verū, nisi cadē esset rō in interlocutoria, quæ in diffinitiua, qa tūc licet statutū prohibeat appellari, à sentētia potestatis, nō poterit etiā appellari ab interlocutoria. allegat notata p gl. in Cle. 1. in verbo, sentētiā. de re iudi. & per gl. in. l. 1. in verbo, nouī operis. ff. quòd quisq; iuris. & quia verbū, sentētia, vtrūq; cōprehēdit, & sit vniformis adv trūq;. vō gl. in. d. cle. 1. ¶ Sed istā limitationē reprobat Alex. in. d. rub. nu. 3. per iura & rōnes, de quibus ibi per eū. Tū Ias. ibi. nu. 14. dicit eam tenēdā. Et q̄ eā sequit, & reputat bene notādū. idē dns Alexā. sibi cōtrarius in. l. 1. in prin. 5. col. nu. 15. ff. qđ quisq; iur. & in cōsi. 50. in. 2. vol. n. 17. & 18. & sequit Feli. in. c. causam q̄. de reseri. vlt. col. & pleni in rub. de re iu. col. 5. in fi. ver. cęterū vbi dicit, q̄ hęc opinio est fortè sustētabilior. & vltra istas autoritates Ias. tenet cōtra Alex. p fūdamēta, vt ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

pe. eũ. ¶ Et q̃ est dictũ, q̃ appellatione sentẽtiæ intelligatur de diffinitiua, est verum, nisi in vna parte locutũ esset statutũ simpliciter, & in alia de diffinitiua, quia tũc prima pars importat diffinitiuã, & interlocutoriam: nam sequẽs expressio denotat statutum prius sensisse de quibuslibet sentẽtijs. ita tex. cum glo. in. d. Cle. 1. de reiudica. in verbo. sentẽtias. prout tenet Alexã. in. d. rub. nu. 5. & ibi Fracis. Curti. in additio. & Abb. in. c. super eo. el. 2. de appe. & Matheſi. nota. 94. ¶ Ad prædicta est videndus Bald. in. d. l. vnica. C. ne liceat tertio prouoc. vbi subdit, q̃ si statutum † disponit, q̃ sententia ferri non possit sine consilio sapiẽtis, & aliter nõ valeat, intelligitur de diffinitiua. Quod dictum sequitur Roma. in l. si quis mihi bona. §. pe. ff. de acquir. hæredi. & tenet Alex. in. d. rubri. num. 15. & Hippolyt. de Marsi. in. l. de minore. §. plurium. ff. de quæstio. nu. 114. ¶ Vbi quoq; dicunt, q̃ faciũt tradita per Bar. in. l. dicere. ff. de arbitris. vbi dicit, q̃ si statutum arctat arbitrum ad causam finiendam infrà mensem sub certa pœna, nõ euadit pœnam, si dicat, Absoluo partem ab obseruatione iudicij, & quilibet remaneat in suo statu. quia ista non est diffinitiua, quæ perimat negotium principale. de quo per eundem Bar. in. l. generali. C. de decurio. lib. 10. Quod videtur facere ad. l. 6. ti. 16. lib. 3. in ordi. regali. & ad pragmaticam. 95. factam Vallisoleti, anno. 1513. per nostrum Carolum regem, vbi disponitur, q̃ in causis pecuniarijs summæ ex milliũ marabitinorũ appellatio cuius ad regimẽtum pertinet, dicti iudices debẽt pnũtiare diffinitiuè infra triginta dies, alias incurrũt in pœnã; vt ibi: q̃ si iudices sint deputati ad dicta cãu nõ pronũtiant diffinitiuè, vt negotiũ perimatur, sed si pronuntiant absoluẽdo partem ab obseruatione iudicij, & reseruando cuilibet partium ius suum, q̃ incidunt in pœnam dictarum legũ per supradicta. ¶ Quod ego nõ credo verum: quia isti iudices possint in dicta causa appellationis in pronuntiatione sentẽtiæ confirmare, reuocare, augere, vel minuere, & facere prout inuenerint q̃ debet fieri, & sic possunt talem sentẽtiam ab obseruatione iudicij proferri: per text. expressum in. d. l. 6. ordina. ibi, *los dos dellos si los tres non se concertaren, den y pronuncien sentencia en el dicho pleyto, aprouando, o reuocando, o aũidendolo, o mengũando la primera sentencia, como fallaren que se deue hazer.* Et sic per ista verba finalia, *como fallaren que se deue hazer*, possunt talẽ sententiã ab obseruatione iudicij, pferre, si de iure debet fieri. Alex. quoq; in. d. rub. dicit esse verum strictè: tamen large † intelligendo, veniat sententia interlocutoria appellatione sententiæ. Ita Bald. in. l. 1. ff. quod quisq; iuris. & Bal. in addition. ad Specul. vbi suprà. & tenet Paul. de Castro. in. d. rubric. ff. de re iudi. licet Alexan. de eo nullam faciat mentionem, vbi dicit, q̃ secus est de stricto significato. ¶ Adde quod tenet Abb. in. dic. Clemen. 1. de re iudi. in recollectis. vbi tenet, quod in materia fauorabili, vel indifferenter appellatione sententiæ venit etiam interlocutoria. Et facit, quia in illa rubrica de sententijs veniunt etiam iura loquentia de interlocutorijs. ¶ Vnũ quoq; nota, q̃ verba iudicis non possunt facere, q̃ interlocutoria sit diffinitiua. ita Bal. in. l. ante sentẽtiæ. c. quorum appella. non recip. & Perr. de Ancha. consi. 438. incipiente, vicarius potestatis. etiam si iudex dicat per hanc sententiam diffinitiuam. & tenet Francis. Curti. in additio. ad Alex. in. d. rub. in additione, quæ est in num. 5. & Feli. in. d. rub. col. 2. ¶ Vbi quoq; dicit Alex. q̃ sententia interlocutoria, quæ diffinit vnum articulum causæ, potest quodammodo appellari diffinitiua. ita Bal. in. d. l. iusurandum. C. de rebus cred. & glo. ibi. & glo. in. l. generaliter. eo. tit. & Felin. vbi suprà. ¶ Scias etiam, q̃ appellatione sententiæ non venit † sententia arbitri, secundùm Andre. Sicul. Barb. in. d. rubr. de re iudi. per. l. quidergo. §. ex compromisso. ff. de insami. Pro quo adde Abb. in. ca. 1. col. 1. de arbitris. vbi ex hoc infert ad statutum de soluenda gabella ex sententia. Et ideo Abb. in. c. cùm dilectus. in. 2. notabil. eod. tit. probat hanc non esse propriè sententiam per tres defectus, de quibus ibi per eum. & in. c. ex parte. eod. ti. 4. notabil. dicit q̃ appellatur arbitriũ, vel laudum: quia arbiter non habet iurisdictionẽ, sed quandã notionẽ. vt in. l. ait prætor. cũ ibi notat. ff. de arbitris. ¶ Nec statutum irritans sentẽtias, non habet locum in ista. Ita Butrig. in. c. super quæstionẽ. in princ. 5. col. versi. nota. 2. de offi. delegat. Imol. tenet ibi cõtrarium in. 6. col. in casibus in quibus sentẽtia arbitri meretur executionẽ. de quibus in. l. pen. c. de arbitris. ¶ Sed Andr. Sicul. in. d. c. super quæstionum. 13. col. dicit, q̃ respectu partium sententia est, nõ quoad tertios. Nec obstat text. in. d. §. ex promisso. quia solùm dicit, q̃ non infamat secundùm eum, & non bene, secundùm Feli. in. d. Rub. 6. col. quia ex. dicit, nõ per omnia sentẽtia est. & quanuis pro Imo. faciat dictum Bart. in. d. §. ex cõpromisso. dicentis, q̃ si ex forma statuti sentẽtia meretur executionem, dicitur tunc sententia, & infamat. ¶ Tamẽ in contrarium facit, quod late, & efficaciter firmat Abb. in. c. irrefragabili. §. fi. de offi. ordina. vlti. colũ. probans, q̃ licet statutum daret executionẽ arbitro, nõ propterhoc dat iurisdictionem arbitro, nec facit dictum suum

suum valere, vt meram sententiam. vt latius per eum, probãtem, q̃ eius sentẽtia nõ infamat contra Bar. in. d. §. ex cõpromisso. & hoc mõ procederet indistinctè dictũ Butric. in. d. c. super quæstionũ. secũdũ Feli. vbi suprà. ¶ Quod dicit prædicta limitari,

nisi esset sentẽ- terminos[c] del, & de

tia arbitrorũ iu

ris, vel statutorũ, quia propriè sententia est Bal. in. l. 1. col. 3. C. de pericul. & cõmo. rei vend. quia æquiparatur ordinarijs. Bar. in. l. fi. C. de iudicijs & dixit Feli. in. c. fi. de re iudi. & in. d. rubri. vbi ponit, qñ dicatur sententia interlocutoria, vel
10 diffinitiua. ¶ Vbi in prima col. dicit, q̃ omnis † vox iudicis faciẽs ad causam, est interlocutoria. tenet Ang. in. l. ex stipulatione. C. de senten. allegat glo. quam dicit singula. in. §. ad excludendas, in verbo, interlocutionibus. In authen. de litigios. collatio. 8. & non est alibi talis modus loquendi secundùm enndẽ Jas. in dict. rub. ff. de re iudica. & illam gl. sequitur Bald. in. l. arbitro. 3. col. ff. qui satisdar. cogan. & in. l. post sententiã. C. de sentẽ. & Cardi. in. c. perpẽdimus. de sentẽ. excom. col. 33. & Alex. in. d. rub. num. 6. * Et vi. Grego. Lopez in. l. 2. tit. 22. part. 3. in gl. *de otras semejantes*, vbi idem tenet & ponit exempla sentẽtiæ interlocutoriæ. * ¶ Cui adde simile glo. in. §. diffinitiua. 1. q. 6. quæ dicit, q̃ omnis alia pronũtiatio iudicis excepta diffinitiua dicitur interlocutoria. & illam extollit ibi Domi. & idem tenet Anto. Corse. in notabil. suis, in parte, præceptum & vi. glo. in. c. hæc quippe. 3. q. 6. & Abb. in rubri. vt lite non. contesta. & idem Domi. 2. quæstio. 1. in summa. 4. col. dicens, q̃ gloss. in. d. auth. & in. d. §. ad excludẽdas. esse approbatam à quodam Francis. de Aretio. in tract. sentẽtiarũ. & reprobat diffinitionẽ glossæ. in Cle. 1. de re iudi. quòd interlocutoria dicatur illa, quæ fertur inter principiũ, & finẽ causæ. c. gratũ. de offic. delega. & tamẽ est interlocutoria glossa. in. l. cum clericis. in verbo, sententiarum. C. de episcopis & cleri. quæ semper allegatur secundùm Bald. ibi. & etiã citatio aliquãdo sic etiã post diffinitiuã, vt aliquãdo in executione. vt Inno. in. c. veniẽs. el. 2. de testi. & ideo glos. in. d. §. diffinitiua, magistratius locuta est, secũdũ eund. Dom. quã etiã sequitur in. c. 2. de constitu. Et ideo Paul. de Castro. in consilio. 25. quòd interlocutoria propriè debet declarare aliquod dubium. Vnde facere aliquem capi, detineri, vel citari, est propriè interlocutoria. secundùm quem sequitur Feli. in. d. Rubrica. column. secunda. quòd dicit esse notandũ ad statuta faciẽtia mentionẽ de interlocutorijs. ¶ Ex quo dicit Alex. in. d. Rubrica. nu. 7. q̃ infertur doctrina notabilis, q̃ diffinitiua dicitur illa, quę emanat super eo, quod principaliter agitur: interlocutoria verò dicitur, quę emanat super incidenti, vel emergenti seorsum à principali, de hoc est videndà glos. in. l. secunda. ff. de appellatio. recipi. & Bart. ol. in. l. 1. §. fin. circa vlti. column. ff. de præto. stipula.

SVMMARIVM.

1 *Termini antiquiores an præualeant in causa finium regundorum.*
2 *Territoria licet mutentur, non nocẽt, nec prosunt antiquis finibus ecclesiarum, vel ciuitatum.*
3 *Confinium mutatio in dubio non præsumitur.*
4 *Libellandi forma, quando confines sunt mutati.*
5 *Quando de fundo fit mentio, quanuis erretur in confinibus demonstrandis, non vitiatur dispositio, si constat de fundo.*
6 *Demonstrare sufficit volenti certum fundum dare duas demõstrationes, & eas probari.*

c 1 **Terminos.** [c] In causa ista finiũ regũ dorũ termini † antiquiores præualent. text. & ibi Bald. in. l. 2. C. fini. regun. nisi noui. probentur. vt ibi. vel nisi in contractu, vel priuilegio alij esse contineantur. vt in. l. prima. C. eod. & Bald. ibi. vt si papa, vel imperator concesserit alicui castrum, & designat confines maiores, vel minores finibus antiquis, quia in potestate ipsius est in propria iurisdictione mutare fines territoriorum prodo non conceduntur, vt dictum est, veteres termini sunt custodiendi, & si non apparent eorum vestigia, debent poni noui secundùm Bald. in. capitulo. ex literis. de probatio. numer.
2 1. ¶ Et suas, quòd licet territoria † mutentur per mutationes principum, vel diuisiones iurisdictionum, ista non nocent, nec prosunt antiquis finibus ecclesiarum, vel ciuitatum. gloss. est in. capitul. 1. in verbo, diuisis. 10. distinct. & in Clemen. ne Romani. in verbo, diœcesis. de electio. notat Anton. post Hostien. in. capitul. quærimoniam. in fin. de iure patro. Quod dicit Felin. in. capitul. cùm causam. fi. column. de probatio. esse vtile pro descriptionibus terrarum, quæ fiunt in extimis, quia non probant inter clericos

cos confines parochiarũ. ¶ Vbi quoq; tenet Feli. quòd in dubio non præsumitur † immutatio cõfinium. Casus dicit esse, & ibi Bal. in l. in finalibus. ff. finium regund. quod dicit esse vtile: quia dicens confines esse mutatos, hebet probare. * Et ibi Floria. & Bald. in d. c. cum causam, nu. 3. de probatio. inquiens q̃ termini appositi ab homine sunt mutabiles: termini vero à natura appositi vt flumina & montes æterni sunt, & in eis quod olim fuit verum idem hodie est verum vt in l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de dam. infecto. & vi. Altiatum in tract. præsentio. in. 13. præsumptio. * ¶ Et formam † libellandi quando sunt mutati confines, ponit Bar. in l. demõstratio falsa. in fine. ff. de condi. & demonst. quia debet dici in libello, quòd fundus olim positus in tra tales confines est fundus, qui est hodie intra tales, & quòd est idem fundus, aliàs posset de facili periclitari totus processus secundùm eundem. ¶ Scias quoq;, quod quando fit mentio de fundo, † quanuis erretur in confinibus demonstrandis, tamen non vitiatur dispositio, si cõstat de fundo, vt est glos. in l. forma. in principio. in verbo, vicinis. ff. de censibus. & sequitur Bald. in l. prima. in principio. in. 3. columna. ff. de edendo, & ideo dicit Bald. in lege penultim. 10. colũ. C. de execu. Rei iudica. quòd error confinium non habet vitiare sententiam. allegant omnes text. optimum in l. patronus. §. 2. ff. de legat. 3. ¶ Quoq; tene, quòd sufficit † demonstrare volenti, certum fundum dare duas demõstrationes, & eas probare, & postea non nocet, si poneret quosdam confines, quos non probaret. Ita late, & eleganter notat Bartol. in dict. l. demõstratio. columna. vltim.

SVMMARIVM.

1 *Termini ciuitatum, sunt termini rurorum suorum.*
2 *Rura, seu vici, reguntur legibus, statutis, & consuetudinibus ciuitatis.*
3 *Loca inferiora debent regi, & gubernari secũdum statuta loci superioris.*
4 *Priuilegia concessa ciuitati, an extendãtur ad castra, rura, seu ad villas.*
5 *Statutum, & consuetudo ciuitatis debet seruari in ruribus, & terris subiectis ciuitati.*
6 *Ciuium appellatione veniunt comitatenses.*
7 *Condemnata ciuitate, an videntur condemnati comitatiui.*

Tierra. f 1 f Nota tex. q̃ termini † ciuitatũ, vel villarũ, sunt termini rurorum suorũ. text. in l. præfectus vrbis. ff. de offic. præfe. vrb. ibi cũ terminos vrbis exierit. & in. l. 1. §. cũ vrbẽ. eod. titu. ¶ Et ita rura, seu vici vel castra

2 su tierra, f y en cuyo poder an estado, o estan, y las

ciuitatis regũntur † legibus, statutis, & consuetudinibus ciuitatis. glos. est in. l. ex ea causa. ff. de postulã. in verbo, sentẽtiã. & tenet Ioan. de Pla. in. l. si diuina dom⁹. in fine. C. de exacto. tribu. lib. 10. & Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in tit. de treug. & pac. q. pe. & Bal. in. l. cũctos populos. C. de summa tri. & fide Catholi. & text. expressus institu. de satisda. tutorũ. in fine. & in c. cùm olim. de cõsuetudi. versicul. anglicanis. ¶ Et Philippus Decius in consilio. 538. nume. 12. vbi dicit, † q̃ loca inferiora subiecta debẽt regi. & gubernari secundùm statuta loci superioris. & tenet Bart. in. d. §. cũ vrbẽ. nu. 8. & facit. l. 2. ff. de legi. & l. fin. C. de testa. & vi. Ias. in. §. rursus. Institu. de actio. col. 7. nu. 42. vbi idẽ tenet. ¶ Et

4 ibi nu. 40. tenet, an priuilegia † cõcessa ciuitati, extẽdãtur ad Castra, rura, vel villas, & Domi. in c. si ciuitas. de sentẽ. excõ. in. 6. ¶ Et vi. Paul. de Castr. in. d. l. ex causa. vbi dicit, q̃ licet sit verũ, q̃ consuetudo, vel statutũ ciuitatis debet seruari in ruribus, & in terris subiectis ciuitati, dicit in telligendũ verũ nisi sit statutũ cõtrariũ in dictis terris subiectis ciuitati approbatum per ipsammet ciuitatem. per. l. de quibus. ff. de legibus. * Et Alberic. de Rosat. in l. si serui. C. de noxali. actio. nu. 1. dicit q̃ villę & Castra possunt penalia statuta condere contra dantem damnum in predijs comitatum vel vicinorum. * ¶ Et quoq; quando statutum, vel consuetudo loci inferioris non sit iniustum, & quando non contradicit statutis ciuitatis superioris bene possunt eis vti, vt tenet Roma. consi. 218. colũ. 2. incipiente, præsens casus duplicem. vbi inducit. text. in. d. §. fin. Institu. de satisdatio. tuto. & quod notat Bart. in tracta. Tyberiadis. in Rubrica. de insula. versicu-

5 sed quæro eligentes. in. 2. colũ. dũ cõcludit, q̃ locus, qui alteri subijcitur, vtitur propriis cõstitutionibus, dũmodo honestæ sint, & aliud non appareat de mente eius, qui locũ occupauit. Quod refert quoq;, & sequitur Philip. Decius in. d. cõsilio. 538. nu. 13. & vide quæ dixi suprà in proœmio in glo. *islas de Canaria.* ¶ Et facit, quia appel-

6 latione ciuiũ veniunt † comitatẽses, licet appellatione comitatensiũ nõ continẽtur ciues. tenet Bart. in l. vrbis appella. ff. de verbor. signific. colũmn. 2.

lũ. 2. versic. sed quæro. per text. expressum in. l. qui ex vico. ff. ad municipal. vbi qui ex vico ortus est, eã patriã intelligitur habere, cuius reipublicę vnicus ille respõdit. vbi glo. ponit exẽplũ in virgilio: quia vocatur Mãtuanus, licet ex vico eius. ſ. pletolæ, fuerit ortus. & facit. l. ciuibus. C. de muneri. & hono. libr.

faga parecer g ante si, y saque la

10. & tenet Ioan. de Pla. in. d. l. diuina domus. C. de exacto. tribu. libr. 10. in fine. vbi quoq; dicit, q̃ ille, qui est ex vico ciuitatis, dicitur de ciuitate. ¶ Et tenet Imol. & Flori. in rubrica. ff. solut. matri. vbi dicunt, q̃ appellatione ciuium, venit ille, qui est de ciuitate, & diœcesi, vel comitatu. & facit text. in. l. sed & reprobare. §. amplius. ff. de excusa. tuto. versi. si comaneus. & in. l. 1. & ibi Bar. ff. ad municipal. licet glo. in. c. Romana. de rescrip. cõtrariũ sentiat. Adde tex. & ibi Bar. in. l. 1. C. de priua. carce. ¶ Et quod dicit Bar. in. l. 3. C. de naturali. libe. vbi perillũ tex. dicit, q̃ ille, qui ex vico est, sortitur originẽ ex ipsa ciuitate, cui subest vicus secũdùm Alexan. in additio. ad Bar. in. d. l. vt bis appella. ¶ Et sic potiuntur terminis ciuitatũ, quia ciues dicuntur. probat tex. in. l. 12. tit. 3. libr. 7. in ordina. regali. ibi. *sobre proprios que son de las ciudades, & villas, & lugares.* &. l. 4. ti. 28. part. 3. ¶ Et quia appellatione loci principalis includitur locus illi inhærẽs. text. & ibi Domi. in. d. ca. si ciuitas. de sent. excom. in. 6. 2. notabili. & vi. Feli. in. ca. Rodulphus. de rescri. 1. colũ. cũ sequẽtibus. & Archidi. in. c. statutum. in princip. in. 2. colum. de rescrip. in. 6. super verbo ciuitatibus. ¶ Et Abb. in. d. c. Rodulphus. nu. 6. vbi cõcludit, q̃ appellatione ciuiũ non solùm illi de comitatu veniũt, sed etiã illi de territorio. per. d. l. ex vico. & per. l. qui in cõtinentibus. ff. de verbo. signifi. & Bart. in. l. 1. ff. ad municipal. & in. l. 2. ff. de verbo. signifi. & l. per nõ dubito. ff. de capti. & est bona glo. in. c. 1. de vsu. in. 6. Et hoc intelligit in materia larga, vel saltẽ indifferẽti, secus putat in materia restringibili, licet aliter sentiat Bar. in. d. l. 2. vbi dicit, & condemnata

7 † ciuitate, videtur condẽnati comitatiui. Quod dicit Abba. vbi suprà, procedere in materia communi ciuibus, & comitatiuis. ¶ Et quid sit comitatus, dicit Ioã. de Pla. in. l. vnica. C. de venatio. ferarũ. lib. 11. in fine, quod est districtus ciuitatis. gl. in. §. rursus. institu. de acti. versi. potestate.

SVMMARIVM.

1 *Potest iudex ex officio suo iubere exhiberi instrumenta ad ius ciuitatis facientia.*
2 *Copia actorum est danda cuiq; potenti priuato, vel fisco, & etiam copia sententiæ.*
3 *Qui non edidit instrumẽta, præsumitur ea subtraxisse.*
4 *Acta episcopi continentia excõmunicationẽ debent iudici edi, & cuiq; postulanti.*

Parecer. g 1 g Nota ex isto text. quòd iudex † ad nullius petitionem, sed ex officio suo potest iubere edere corã se instrumẽta facientia ad ius ciuitatis. ¶ Idẽ videtur tenere Pau. de Castr. in. l. is apud quẽ. C. de eden

2 do. nu. 10. vbi tenet, q̃ copia † actorũ sunt danda vnicuiq; petenti, & iurãti sua interesse, etiã si nõ fuit in iudicio tam ciuiliũ quàm criminaliũ. Et non solùm priuato, sed etiam fisco, & multò magis si petantur à publica persona, vt à iudice causæ, vel à notario, qui scripsit, & penes se habet vel si sunt in Camera cõmunis. vt Barto. in. l. ex quibusdã. §. diu⁹. ff. de iure fisci. versi. reasumo. vbi quoq; dicit, q̃ si exhibitio petitur à iudice, vel ab aliquo publico officiali, qui habet acta publica, debet indistinctè fieri edictio per dict. l. is apud quẽ. & Ang. in. d. l. ex quibusdã. §. diuus Adri. idẽ tenet. & quoq; dicit, q̃ licet sit verũ, q̃ inter priuatos reo nũquã exhibet acta, vel instrumẽta cõtra se. vt in. l. qui accusare. C. de edendo. tñ in causa fisci exhibere tenet, & põt cogi à republica, vt exhibeat. & ita dicit, q̃ intelligit. d. l. is apud quẽ. secũdùm lecturã glosse, & verã in. d. §. diuus. * Et vi. Bal. in. l. 1. §. edictiões. ff. de eden

3 do. fi. col. nu. 3. in fi. vbi dicit q̃ si fiscus petat gabellã ex cõtractu. petit à reo q̃ edat instrumẽtũ q̃ tenetur edere & qđ est speciale in fisco q̃ petãtat instrumentum à reo ad suam intentionẽ fundãdam vt in. l. nec quiquã. ff. de edendo. & idem dicit Bal. vbi suprà, esse in emptoribus gabellarũ quia succedũt in locũ fisci sed in hoc de gabellario cõtrariũ putat verius Alex. in. d. l. nec quicquã. nu. 2. * ¶ Et nõ solùm tenetur exhibere acta verunetiã sentẽtias, cùm appellatiõe actorũ veniant sentẽtia. Bar. in. l. si in fraudẽ. §. neq;. ff. de iure fisci. & Cy. & doct. in. l. 2. C. vt lite pẽdẽ. ¶ Et

4 si ille, qui habet talia instrumẽta nõ † edit, præsumit subtraxisse, qñ est, pbatũ tale instrumẽtũ fore ad causam fisci, vel reipublicę pertinẽs, & ipse põt exhibere, & nõ exhibet, quo probato, verè tũc præsumitur subtraxisse, & præsumitur illud instrumẽtũ sibi nociturũ, & ideo fidẽ facit contra eũ secũdùm Bar. in. d. l. ex quibusdã. §. diu⁹. vbi vide. & hoc in causa ciuili. ¶ Sec⁹ in causa criminali secũdùm Ang. ibi: qa qñ petit ab ipsa parte, cõtra quã criminaliter agitur, tũc regulariter

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non cogitur exhibere. ¶ Fallit in casibus, in quibus seruitor quẽtur aduersus dominũ, in quibus etiam contra se quis cogitur edere instrumenta in capitali causa, secundum dic. l. is apud quem. ¶ Secus quando exhibito postulatur à iudice, vt in casu nostri text. & similibus, putà quando acta armarij cõmunis continent bannum, vel cõdemnationem alicuius, vel infamiam, vel etiam
4 acta episcopi † continentiae excommunicationẽ debent iudici, & cuicunq; postulanti edi, cùm talis exhibitio sententiæ terminorũ prosit omnibus, vel excommunicato, seu infamia liget apud omnes. vt in. l. ex causa. ff. de postula. & tenet Bar. in. d. §. diuus. ¶ Et Ange. ibi dicit, q; etiã tertius veniens potest petere notario copiã excõmunicationis. inter est enim sua, vt possit eui tare eum, & non solùm à notario potest petere, verumetiam ab ipsomet excõmunicato potest petere copiam excommunicationis, secundum Ang. ibi. quod nota. ¶ Facit ad hoc pragmatica. 54. condita per nostrum Carolũ in villa de Madrid. anno. 1534. vbi cauetur, q; iudex ordinarius debet capere delinquentes cõdemnatos per per quisitores, & executioni mandare sentẽtias per eos latas, quas sententias debet perquisitor, vel earum exempla dimittere iudicibus ordinarijs, & hoc quando proceditur contra absentes.

SVMMARIVM.

1 *Copia debet sumi de verbo ad verbum.*
2 *Legatario petenti copiam testamenti, non debet sibi dari tenor totius copiæ, sed solùm particula legati.*
3 *Copia sumpta de mandato iudicis, probat.*
4 *In exemplanda copia requiritur partis citatio nisi periculum sit in mora, Vel nisi sit consuetudo, quòd pars non citetur, Vel nisi exemplatio sit de antiquo, Vel nisi fiat authoritate Regis, vel Papæ.*
5 *In exemplando mandatum vel instrumẽtum procuratoris, non est necessaria citatio domini.*
6 *In exẽplatione an sufficiat citatio generalis.*
7 *Copia apud acta probat, licet originale non reperiatur, nisi arguatur de falso.*
8 *Copia apud archiuum cõmune, plenè probat.*
9 *Copia eiusdem notarij manu sumpta qui conficit prothocollum probat.*
10 *Vbi vltra exemplationem requiritur alia solennitas extrinseca, vt subscriptio principis tunc quantuncunq; talis scriptura sit exemplata authoritate ordinarij, non probat.*

Copia. h Quæ debet sumi de verbo ad
h 1 verbum, † nullo addito, vel diminuto. vt Bal. in. l. fi. C. de preci. impera. offer.
2 ¶ Quod secus est in legatario † petẽte à notario copiam testamenti, quia non debet sibi dari copia totius testamenti, sed solùm illius particulæ legati, & institutionis, quæ ad eũ spectat. tex. in c. contingit. de fide instrumẽ. & tenent Cy. Bal. Paul. de Castro. & Ias. in. d. l. fin. de preci. impera. offer. & text. in. l. 112. titul. 18. parti. 3. & text. in. l. 5. titul. 2. parti. 6. & Angel. latè in consilio. 164. ¶ Quæ copia sumpta de iudicis mandato,
3 † & de volũtate partis, probat in iudicio. vt Bar. in auth. si quis in aliquo documẽto. C. de edẽd. in princ. nu. 2. ¶ Et si in instrumẽto narratiuè fit mẽtio de mãdato, nõ probat mãdatũ. tenet Frã ciscus Curti. in addition. ad Alexandr. in dicta. auth. si quis in aliquo. in additiõe quę est in. nu. 11. & Alex. in consi. 81. col. 4. volu. 3. ¶ Et in dicta
4 Copia exigẽda, vel exẽplanda, requirit partis † citatio secũdũ oẽs. in. d. auth. si quis in aliquo documẽto. & per Bald. in. l. adoptio. de adoptio. & in. l. 2. de testa. in. 6. q. & per eũdẽ Bal. in. l. chirographis. ff. de administr. tuto. & in. l. fi. circa vlti. col. ff. de tabulis exhib. & in. l. 2. C. de fide instr. ¶ Quod est verũ, nisi periculum esset in mora, quia tũc nõ requiritur citatio. Ita tenet Inno. in ca. fi. de fide instru. allegat in arg. c. cùm dilecta. versi. nos igitur. de confir. vtil. vel inutil. & cap. quoniã. §. 1. vt lite nõ cõtesta. q; est singula. secũdũ Ang. in. d. auth. si quis in aliquo. cui sequitur ibi Alex. nu. 2. & dicit, q; idẽ tenet Specul. in tit. de instr. editio. §. ostẽso. vers. quid si citatio. ¶ Et quoq; nõ requiritur citatio, vbi est cõsuetudo, q; nõ fiat. Ita Bal. in. d. auth. si quis in aliquo. nu. 14. quẽ sequitur Alex. in cõsi. 41. in. 2. volu. ¶ Et vbi reperitur exẽplatio de antiquo, probat Roma. consi. 36. col. 6. & per Ias. in. d. auth. si quis in aliquo. Et requiritur citatio, quãdo quis est prę sens, secus si absens. vel nisi exẽplatio fiat autho ritate superioris, puta papæ, vel regis. tenet Alex. in additio. ad Bar. in. d. auth. si qs in aliquo. ¶ Et quoq; in exẽplãdo mãdatũ, vel instrumẽtũ
5 † procuratoris nõ est necessaria citatio domini, tenet Bald. in additio. ad Specul. in titu. de instru. editione. colum. 2. versic. publicatio. ¶ An sufficiat generalis † citatio, vide per docto. vbi suprà. & per Hosti. Abb. & alios in. ca. Albericus. de testi. per Bald. & Angel. in dict. authent. si quis in aliquo.
6

aliquo. vbi dicunt, quòd ciatio requiritur, quando aduersarius est certus, secus si incertus adde Alexan. in consili. 110. in. 3. vol. tamen licet aduersarius sit incertus, si de facili potest certificari, non sufficit citatio generalis, sed specialis. Ita Alex. i cõsil. 8. col. pe. in. 2. volu. & vi. Bar. in cõsili. 91. ¶ Et ille aduersari' debet citari in exemplatiõe, qui est aduersarius re, & actu, nõ spe. Ita Bal. notabiliter in. l. nequis. §. vbi decretũ. ff. de officio. procõsulis, & legati. de qua materia, vide per antiquos, & moder. in. d. auth. si qs in aliquo. & in. d. ca. fi. de fide instrumẽ.
7 Copia † tamẽ apud acta probat, licet originale non reperiatur, quia illa fingitur vice originalis. tenet Bald. in addition. ad Specul. in titulo. de rescrip. præsenta. versic. 1. & in. l. fin. column. 2. versic. venio ad alia notabilia. C. de fide instru. in. l. nostram. pe. col. versic. & adde mirabilem. C. de testamen. & in. l. si chirographis. suprà allega. ¶ Quod est verum, nisi arguatur de falso, quia oportet originale produci, aliàs Copia apud acta non probat, secũdum Bal. in. d. l. fin. versic. veni ad alia. vbi etiam per Bar. in. 3. col. ¶ Quæ Copia probat, quando originale est deperditum semiplenè, & non plenè, secundum Bart. in. d. l. admonendi. ff. de iur. iura. 9. col. vers. sed quæro quid in exemplo. & in. l. 2. ff. de fide instru. glo. in. l. sicut. C. eo. & Bald. in. l. fi. C. de edendo. ¶ Quod est verum, nisi Co
8 pia fit apud archiuũ † cõmunis, quia tunc plenè probat secũdũ Paul. de Castr. in. l. 1. §. editiones. ff. de edend. per notata per Cyn. in. d. l. chirographis. in princ. & ibi Bar. & per Bal. in. d. l. fi. & tenet Pau. de Castr. in. l. publicati. C. de testam. sic etiã dicitur de registro secũdũ Bal. in. l. fi. in fin. C. de re iudi. ¶ Quod intellige quando talis Copia ex archiuo publico probat. s. in territorio, vel extra territoriũ inter subditos, secus aliàs. tenet Alexã. in cõsili. 138. in. 1. volu. nu. 6. allegando Bald. in. l. exemplo. C. de probati. & dicit, q; est arg. in. l. fin. ff. de iuri. om. iudicum. & ca. animarũ periculis. de cõsti. in. 6. & dicit q; idẽ voluit Ioã. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de instru. editio. §. nũc dicẽdũ. in additione magna, incipiẽte, Quia de argentario. circa finem illius. & Anton. de Butri. in. c. 2. de fi de instr. 2. col. versic. 8. & idẽ tenet Bald. in Rubri. C. de fi de instru. pen. & vlti. colum. 1
¶ Copia tamẽ sumpta manu † ipsius notarij, qui cõficit prothocollũ probat. Bar. in d. auth. si quis in aliquo. n. 3. versi. dic ergo. 1

Copia h dellas, & se informe quales dellas estan executadas, y si despues de executadas entrarõ en los tales terminos las personas q̃ los teniã antes, o otros contra el tenor de las tales sentencias, y que las hagã luego executar, y dexar los tales terminos libres, y dembargados q̃ansi estouieren tomados, y occupados cõtra el tenor, y forma de las sentẽcias. Y mãde, que no los tornẽ mas a tomar, y occupar solas penas en ellas cõtenidas, las quales exe-
9 cutẽ en los que contra ellas fueren, o fallaren que auido, atento el tenor, y for

& ibi Bal. 1. col. nu. 4. & Bar. in. l. si qs ex argetarijs. §. prætor. & ibi Bal. & Ang. ff. de edẽ. & Bal. in addi. ad Spe. in ti. de instr. editi. versi. exẽplũ. & Ioã. de Imo. in. l. fi. ff. quẽ admo. testa. aperiã.
10 ¶ Tn † adde, q; licet publica scriptura exẽplata authoritate iudicis, pbet, & fidẽ faciat sicut ipsa originalis, vt dictũ est, tn̄ si vltra exẽplationẽ, requirit alia solẽnitas extrinseca, vt est suscriptio manu principis, tũc talis scriptura quantuncũq; authoritate ordinarij exẽplata, non probat. vt est casus secundùm Pla. ibi in. l. probatorias. C. de diuersis offi. apparito. libr. 12. quasi in principio. & dicit esse notandum ad limitationem prę dictorum. & authent. si quis in aliquo documento. C. de edendo. & pro i'lat. est tex. singula. in. l. 114. titul. 18. parti. 3. in fine. quem vide.

SVMMARIVM.

1 *Modus procedẽdi cõtra occupantes terminos. numero. 11.*
1. & lectura. §. qui es. ff. de officio. præfect. vrb. vbi tenet quòd regens prouinciam, vel ciuitatem subditos in pace conseruare debet: & debet rumores impedire, & subditos ad quietè viuendum non solum, ortare, sed cogere. * ¶ Et prius causa pauperis quàm diuitis est tractanda. glo. in capitul. in primis. secũda, quæstion. prima. & in. l. si quis ad declinandam. C. de episcopis & cleric. & tenet Barb. in capitu. significantibus. de offi. delega. columna. 10. vbi ponit multa priuilegia paupertatis. ¶ Et vi. Bartol. in. l. illicitas. §. nec potentiores. ff. de offici. præsid. vbi ait, quòd
2 præses † non debet pati, quòd potentes, * grauent & opprimant minus potentes. * sicut faciunt canes, & aliæ bestiæ. Nec quòd nocentes opprimant innocentes, nec mali homines opprimant bonos: & iudex debet semper esse fauorabilis, & protector pauperum, ne iniustè molestentur, & erit sibi maxima eleemosyna. secundùm Bartol. in dicto. §. nec potentiores. * Et Alberic. in. l. quia. ff. de aliena. iud. tenet q potentes præsumuntur esse crudeles: vt in. l. 3. ff. de dona. causa mort. ideo potentiores cogũtur soluere id quod debent, vt ibi. * ¶ Et vide Ioann. de Plat. in. l. prima. C. de apochis publi. libr. 10. numer. 3. vbi dicit, quòd potentiores consueuerunt minores opprimere. vt in. l. prima. C. de censi. libr. 10. vbi Pla. in fine dicit, quòd de natura potentium est semper opprimere ipsos pauperes, & ideo iudices debent tueri comitatiuos a vexationibus, concussionibus, & extorsionibus exactorum. text. & ibi dict. Plat. in. l. præter. C. de lucris aduoca. lib. 12. & in. l. prima. C. ne liceat poten. quibus oppressionibus rectores locorum debent prouidere ne fiant. secundùm Plat. ibi, & secundùm Luc. de penna ibi in dict.
3 l. prima. columna. prima, est † præsumptio contra potentes, quòd inferunt impressionem debilibus, & presumitur eis iniurijs afficere, & violentiam eis inferri facilius. vt in. l. ad inuidiam. C. quòd metus causa. & quòd eis importunis necessitatibus opprimãt. Item quòd aduocati eis deferunt, non suscipiendo patrocinium contra eos, sed potius pro illis. Et ideo dicit Aristotel.
4 2. ethico. quòd ira, † & inimicitia potentium est timenda. De quo vi etiam Lucam de penn. in. l. secunda. C. vt rusti. ad nullum obsequium. in verbo, terribiles. lib. 11. ¶ In tantum isti potẽtes, qui inferunt talia pauperibus, puniuntur,

mo vsan Plos officia les dellas de sus offi cios. Y si ay perso-

quòd donationes, & oblationes eorum, qui pauperes opprimuntur, à sacerdotibus refutanda sunt. vt in capitul. obligationes. 90. distinctio. * Et. l. fin. titu. 19. part. 1. vbi ponuntur personæ a quibus sacerdotes non tenentur obligationes recipere. * ¶ Et vt dictum est, iudex in hoc debet prouidere, vt tenet Lucas de penna in. l. secunda. C. ne quis libe. inuitus actum reipublicæ. libr. 11. vbi ait, quòd præses in prouincia † supplet vicem imperatoris, & ideo dicti sunt præsides, qa alicuius loci tutelam præsidialiter tenent, vt dicit Isido. etymolo. 9. vbi agit de regibus, & quia eorum subiectis debent esse præsidio. vt in dict. l. secunda. potissimè his, qui per quandam fortunæ circumuentionem læduntur. vt in authẽ. de his, qui ingre. ad appe. §. hoc ita. versic. vnde nos. colla. 5. ¶ Et sicut muri sunt præsidia ciuitatum, qui confirmant securitatem habitantibus in eis. vt in. l. 1. C. de expensis ludo. libr. 11. & ibi Lucas de penn. in princi. & tex. in. cap. si rector. 43. dist. & sicut Abisay fuit præsidio Dauid, & liberauit eum, ne pereuteretur à Philistæo. 2. reg. c. 21. ita in prouincijs vnius cuiusq; maximorũ iudicũ cõplet officiũ ĩ tali defensiõe. vt in d. auth. vt iudices sine quoquo suffrag. §. qđ aũt pmittimus. vt tenet. d. Luc. de Pẽ. in. d. l. 2. C. ne qs liber inuitus. ¶ Et ideo dicit Mõtal. in glo. ordi. in parte, iudices auditores, q cũ humiles homines opprimunt à potẽtibus, ad officiũ boni rectoris pertinet, vt data ei q̃rela de prædictis ex officio, pcedãt, cũ tales per se iubere nõ possunt, vel nõ audent allegãdo Bart. in extrauagã ti ad reprimendũ. ¶ Quia cũ diuitiæ addũt amicos plurimos, & cõciliant, & à paupertate autẽ quos habet separant, opprimuntur. vt tenet Luc. de Pen. in. l. dñi prædiorũ. C. de agrico. & censi. lib. 11. col. 2. ideo debẽt defendi. ¶ Et facit q superior in officio põt defendere subditum suũ, qñ videt eũ grauari. vt tenet Bart. in. l. præcepit. C. de cano. largi. lib. 11. qđ dicit, q facit, p epis, qui eorũ officio defendũt clericos. ¶ Intantum, q si corrector, seu potestas nõ resistit magnatibus,
6 † vel potentioribus ne opprimãt populares, & personas miserabiles, tenetur i syndicatu. tenet Amod. Iusti. in tract. syndi. in parte. itẽ in eo q plures innocẽtes condemnauerunt. col. 8. versi. Item tenetur. per text. in. l. illicitas. §. nec potentiores. ff. de officio præsi. de quo vi. Alexand. in. l. qui bona. §. si quis iuxta. ff. de damno infecto.

nas poderosas que fagan agrauio alos pobres, q & lo fagã

nume.

Universidad de Deusto
Biblioteca

numer.3. ¶Vbi Bartol.in dict.§. nec potentio-
7 res.in principi.tenet,qđ si aliquis timet † offen
di ab aliquo magnate,quod potest ille, qui ti-
met,officium iudicis implorare,propter quod
ille magnas cogitur à iudice prætare securita-
tes de non offendẽdo illum,facit tex.& ibi Sal.
& Paul.de Castro.& docto.in.l.denuntiamus.
C.de his,qui ad ecclesiam confuge.& in.l.san-
ctum.ff.de rerum diuisi.& Innoc.in capitulo.1.
de officio delega.in fine. & capitul. gratim. de
sent.excõ.& capi.fi.& capit.de benedicto.32.q.
prima.& tenet Ioan.de Plat.in.l.1.C.in quibus
caus.coloni domi.accusa. pos.lib.11. quia vt ibi
dicit, si cauetur pro dãno quod timetur dari à
re ruinosa alteri rei.vt per totum titu.ff.de dam
no infecto.multò magis,p dãno qđ timetur da
ri personę per Specula.in tit.de pig.§.sequitur.
versic.quid si timeo.& ibi Ioan.And.in addi.&
in titu.de offi.delega.§.sequitur.vide vers.porrò.& latè per Stepha. aufre. in decisio. Capel.
Tolo.decisione.489.& docto.in cap. literas. &
in cap.ex transmissa.de restitu.spolia. vbi præ
statur à viro cautio mulieri timenti offendi à
viro. ¶Et quòd ad securitatem præstandam iu-
8 dex † potest quenliber cogere, est text.in dict.
ca.literas.& iudex debet facere eũ assecurari,vt
dictũ est,ad similitudinẽ rerũ,pro quibus cauet
de dãno. vt per totũ titulũ.ff.de dãno infe.de-
bet & multò magis caueri periculo personæ,qa
animatum corpus cęteris rebus præfertur.vt in
l.sancimus.in fin.C.de sacrosanct.eccles.Et ista
satisdatio debet dari, quia non tenetur quis se
credere capitalibus inimicis. vt in ca. accedens.
el.2.vt lite non cõtesta. & Clemẽ. pastoralis.de
re iudica.& in.l.quia ista.§.1.ff.ad trebellia.&.c.
statutũ.§.1.de rescript.lib.6. nec talis satisdatio
mutat maliuolum animum.vt in.§.nouissimè.
Institu.de suspect.tuto.facit quod notat Inno.
in.c.ex parte.el.1.de appella. ¶Attamẽ ista cau
9 tio,seu securitas † debet dari causa cognita đ inimicis,vel si persona sit talis,quæ consueuit hu-
iusmodi facere,& petẽs securitatem sit talis,qui
possit verisimiliter lædi: ista omnia habet iudex
considerare,quæ veniunt in causæ cognitione,
vt Cyn.in dict.l.denuntiamus.& tenet Mõtal.
in dict.glo.ordina.in parte securitas.1.&.2.col.
¶Et in tantum est verum, quòd iudex non de-
bet moueri ad dictam securitatem præstandam
sine causæ cognitione. Quòd habet locum,siue
iudex procedat ad instantiam partis, siue proce
dat ex officio suo: quia grauare quem ad satisdã
dum, est sæpe laboriosum.l.2.§.fi dubitetur.ff.
de iudicijs. Ita tenet Ioann. de Imol.in.l.2.§.1.ff.
soluto matrimo. vbi reprobat Dynn. qui dicit
non esse opus causæ cognitione,quando iudex
mouetur ex officio. ita tenet Hippolytus de
Marsil.in.l.1.§.præterea.ff.de quæstio. numer.
75.Et ista securitas non debet concedi sine eui
denti causa: vel si quis petat propter sictum ti-
morem alterius,& sic in iniuriam, & infamiam
illius,debet puniri.vt in.l.vni. C. de his qui ad
statu. confuge. l.capitalium. §. ad statuas. ff.de
pœnis.vt tenet Platea in.l.iubemus. la.1. C. de
prepos.sacri cubiculi.lib.12.quasi in fine.
¶Et ista cautio quando petitur ad instantiam
10 partis non debet esse nuda, † & sic iuratoria,sed
requiritur cautio fideiussoria,secus quando pro
ceditur ad cautionem ex officio suo,quia tunc
sufficit nuda cautio.& hoc modo potest procede
re opi.Dynn.in dicta.l.2.ff.soluto matrimonio.secundùm Feli.in cap.cùm in. de constitu.
columna.22.quod dicit Hyppolytus vbi suprà,
quòd si esset verum,quòd quando ex officio iu
dicis petitur ista cautio,tunc sufficiat nuda, nõ
erit opus causæ cognitione,quia cessat ratio Ioa
nis de Imol.quòd sit laboriosum cauere. quod
dicit ibi Felinꝰ.notandum, & gustandum tan-
quàm nouum.Sed ipse Hyppolytus vbi suprà,
nume.79.dicit quòd talis restrictio sibi non pla
cet.& in nu.12.idẽ tenet,& quòd hoc non pro
cedit indistinctè in omnibus personis, sed po-
test procedere tantùm in illis personis, quibus
facilè est fideiussorem inuenire, vt sunt homi-
nes diuites,qui consueuerunt de facili fideiuss-
sores inuenire,secus autem dicit esse in homi-
ne paupere, vel forensi, & in similibus, quia
raro tales inueniũt fideiussores. ¶Et ideo tenet
Hyppo.de Marsi.vbi suprà,nu.17.q si à talibus
exigatur cautio de nõ offendẽdo, vel ex officio
iudicis,vel ad petitionẽ partis, q sufficit cautio
11 † nuda cũ generali obligatiõe omniũ bonorum
suorum,& necessario non tenetur præstare dic-
tam cautionem fideiussoriam, & hoc, si iura-
se non posse inuenire fideiussorem.& tenet
in expresso Iaf.in additio. ad Porcam,instituta
de suspecti.tuto.column.5. Et ad hoc mouetur
Hyppolytus ex pluribus.& primò ex text. &
gloss.in.l.de creationibus.versicul.in quantum
possibile est.C.de episcopali audientia. vbi gl.
dicit,quòd satisdatio pauperi remittitur,& a di
uite exigitur, & per alia fundamenta per eum
ibi tradita,quæ per te vide. ¶Et quoque dictam
conclusionem tenet in nu.16.scilicet, quòd si
pauper,vel forensis,cui requiritur,vt det cau-
tionẽ de non offendẽdo,vel de alia re,iurat non
posse inuenire fideiussorem,quòd erit stãdum
suæ iuratoriæ cautioni: imò si secus diceretur,
dicit,quòd sequeretur absurdum, & valde in-
conueniens,

conueniens,quòd quis tenetur ad impossibile,
quod minime dicendum est in hoc casu, nec in
alio:quia impossibilium nulla est obligatio.l.
impossibilium. ff. de regulis iuris. & in.l. cùm
hæres.§.1.ff.de statu.libe. &.l.si stipuler.1.&.2.
responso.ff.de verborum obligatio.vt per Hip-
polytum.vbi suprà.numero.117.cum sequenti-
bus. ¶Quinimo dicit Montaluus.in glossa. or-
dinamen.in parte securitas. columna secunda.
quòd si is, à quo fideiussor securitatis petitur,
idoneas habeat facultates, sola eius promissio
sufficit.dicit esse argu.in.l.sciendum.ff.qui satisdar.cogan.quod intelligit,si est idoneus in ea-
dem ciuitate,aliàs secus.argum.l. fideiussor. ff.
eodem.titulo.qui satisdar.coga.& quoque in-
telligit de promissione cum hypotheca bono-
rum,vt plenior sit cautela. ¶Et quòd non ha-
32 beat locum in forense, † vi.Bartol.in.l.sed si su-
sceperit. §. si ea res. ff.de iudi. & Hippolytum.
vbi suprà.numero.81.vbi ait,quod si aliquis fo
rensis est inimicus meus,& venit ad istam ciui-
tatem non possum petere ab eo istam cautio-
nem de non offendendo, quia adhuc non facit
aliquid propter quod hic possit conueniri, &
quia forensis non est iurisdictionis suæ. ¶Quod
fallit, nisi forensi sibi multùm conuersaretur.
quod clarius firmant Bald.& Angel.ibi,& Feli.
vbi suprà.& tenet quoquæ Hyppolytus in re-
peti.l.fi.ff.de iuri.om.iudicum.nu.120. & idem
tenet decisio Tolos.489.& Ias.in.l.si super pos
sessione.C.de transac.nu.7. ¶Sed.d.decisi.To-
los.dicit ibi,q est de stylo curiæ parlamenti,q
citatus in eadem curia ad præstandum assecura
mentum,reiectis omnibus exceptionibus tene
tur præstare cuicunq; petenti,si sit laicus, licet
non alleget,seu proponat factum,seu iniuriam
& hoc dicit,q est propter excellentiam curiæ,
quæ suprema est,& capitalis,licet ille,à quo re
quiritur assecuramẽtũ,nõ sit regnicola. in alijs
autem curijs inferioribus tenetur proponere,
& probare.quod nota.& idẽ credo q debet pra
cticari,quãdo talis satisdatio securitatis petitur
13 in curia regis. ¶Aduerte tamẽ,q licet quis † de-
derit causam timori,potest nihilominus petere
dictam cautionem de non offendendo: & si nõ
potest præstari,fiat in ditio pœnalis. & sic pro-
cedit opi.Bar.in.d.l.qui bona.§.iuxta.ff.de dã-
no infe.quam ibi Imol.reputat æquiorẽ, & eũ
approbat ibi Alexan.& sequitur Feli.in rub.de
treuga & pace.colũ.6.versic.8.declaratio. & ibi
per eum multa de ista securitate. & Hippol. de
Marsil.in.d.§.præterea.nu.86.& Iasi.in.d.l.si su
per possessione.col.2.C.de trãsa. in.6. & quoq;
approbat dicta decisi. Tolo.in fin. ¶Vbi quoq;
14 dicit, q si quis petit à me † huiusmodi cautio-
nem,non teneor eam præstare,nisi etiam ille ca
neat de me non offendẽdo,quãdo etiam ex par
te mea est timor iustus,secus si vanus. Bar.in.d.
l.si quis mihi bona.§.si qs.allegat & Hyppoly.
in.d.§.præterea.nu.83. ¶Abb.tamen in.c.1.vt li
te non contesta.nu.8.tenet,q licet offendens a
liquem si timet, põt implorare officiũ iudicis,
15 † vt compellat ad prestandũ cautionem de non
offendendo,hoc verum,si offendens fuit iudi-
cialiter punitus,quia tũc potest petere istã cau-
tionẽ. Et dicit,q videtur cõcludere Ioan. And.
in additio.ad Speculat.in tit.de pigno.§.sequi-
16 tur.versi.sed quid si timeo. ¶Minæ autem † so-
læ nõ sufficiunt semper ad hãc petitionem cau
tionis,sed relinquitur arbitrio iudicis.Bar.in.l.
hæc autem.in prin.ff.si cui plusq;.per.l.falci.&
ibi Ioann.de Imol.& iudex debet considerare,
vtrum minans sit persona consueta exequi mi-
nas suas,vt habetur per Abb.in.c.1.de offi. dele
ga.& Hyppol.de Marsi.in.d.l.1.§. præterea.ff.
de quæst.nu.76.& dicta decisio Tolo.iam dict.
17 ¶Sed dicta cautio de non offendendo † non po
test peti per superiorem ab illo,qui est ei subie-
ctus,vel debet ei reuerentiam,secundùm Paul.
de Cast.in.d.l.qui bona.§.qui damni.ff.de dam
no infect.per.l.1.§.qui honorandæ. ff. quarum
rerum actio non detur. Alex.tamen tenet cõtra
rium in.d. §.si quis iuxta. quia tex.in allega.§.
honorandæ.non loquitur,quando præcessit iu
sta causa timoris,prout tenet dicta decisio To-
18 los.vbi dicit,q de † stylo curiæ est,q etiam do
minus compellitur dare securitatem vasallo,&
sic in nostra Hispania vtitur in cõsi. regali, vbi
datur tale assecuramentum quod vocatur, *carta de amparo*. ¶Talis cautio de non offendendo
19 non debet † præstari ad tempus perpetuũ: sed
debet moderari arbitrio iudicis. Ita Bar.in.l.illi
citas.§.nec potentiores.ff.de offi.præsi.n.7.sed
quando iudex dat istam securitatem,potest in
ea apponere longum tempus,putà decennium
ita tenet Pau.de Castr.in.l.valerian°.ff.de præ-
to.stipula.nu.7.& Hyp.in.d.§.præterea.n.80.
& idẽ tenet dicta decisio Tolo.in medio. ¶Ti-
mens offendi non solùm potest petere cautio-
20 nem ab inimico suo, † vt eum non offendat,sed
etiam ne offendatur à suis,ita q necipse,nec fa
miliares sui,& cõplices offendent.vt Bart.in.d.
§.nec potentiores,nu.5.& Bal.in.l.1.in fi.ibi,sex
tò operatur.C.de episcopis & cleri.dicẽs,q om
nis faciens pacem debet promittere pro familia
ribus socialibus,& adhærentibus,si vult esse fi-
21 delis. ¶Et qui dicuntur † familiares, & domesti-
ci adhærentes, & complices, & similes. vide

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per Feli.in.d.rub.de treuga & pace.126.col. vbi in.c.declaratione dicit, q̃ adhærentes dicuntur illi, qui assistunt consilijs, & filij familiares, & domestici. vt Bar.Bal.& Ange.in.l.1.C.si rector prouinc.& omnes illi, qui sponte sunt eius voluntatis, cuius est principalis, & illi, qui assistũt intentioni, operibus, consilijs, & fauoribus dicuntur sequaces, & veri adhærentes. ¶ Vnum tamen nota, q̃ licet sit alicui data securitas, vel salua guardia, potest petere † vt sit eidem licitum portare arma ad defensionem, & ducere secum familiares, quia licet cautũ fuerit, nõ est tutus, cùm satisdatio maleuolum animum nõ mutat. ff.de suspec.tuto.l.quia satisdatio. & in.§.nouissimè.Institu.eod.ita tenet Saly.in.d.l. denũtiamus.in fi.& allegat.l.fin.C.de ero. milit. anno. lib.12.& idem tenet Guiller.de Cu.& Bar.in.d. §.nec potentiores.nu.8. & dictã decisio Tolos. in prin.& vi.Pla.in.d.l.fi.C.de eroga.milit. vbi tenet, q̃ licitum est subditis Castris, & Villis, & ecclesijs petere sibi dari à superiore gẽtes armorum pro sua custodia, vel saluo cõducto pro aliquo transitu faciendo, quando immineret aliquis metus hostium, vel damnorum: tamen ista gens, quæ appellatur salua guardia. non potest dari, vel apponi sine literis principis, vt ibi in.d. l.fi.& sic, q̃ ista salua guardia nõ potest dari per præsides, vel alios iudices: quia salua guardia dicitur quodã modo esse quid regale. vt in tit. quæ sunt regalia, secũdm Plat. vbi suprà. vbi dicit, q̃ fallit, nisi iudices facerent ex præscripta consuetudine. Et quoq; generalẽ, & specialem guardiam possunt præsides, & alij iudices ex eorum officio dare cum causæ cognitiõe. vt dictum est. & Plat. ibi. & quando quis custoditur ad sui fauorem, vt qui habebat inimicos, & sibi datur custos ad custodiendum, tũc ille debet soluere expensas tali custodi. secũdùm Plat. ibi. ¶ Et non solùm põt concedere vt ducat arma, verũetiam
23 põt facere iudex, q̃ vnus † non trãseat ante portam, vel domũ alterius, quia est iusta causa vitãdi rixas, & scandala. Et eodẽ modo potest quis cogi per iudicẽ mutare hospitium. in quo habitat causa dictæ discordiæ vitandæ. vt tenẽt Bar. Paul.& doct.in.l.quod iussit.ff.de re iudi.& ibi Ias.nume.25.& 26. q̃ ego pluries feci in ciuitate Plazentiæ. ¶ In curia tamen Franciæ, vt dicit dict. decisi. Tolos. non cogitur quis ad præstan-
24 dam † cantionem securitatis, quia fragilis multùm videretur. Sed solet aliquis poni sub protectione, & salua guardia, aut saluo conducto cũ in dictione pœnali. & ita quoq; seruatur in curia nra Hispanię. *vt in.l.tit.2.part.7.ibi, *la nouena*. & ibi Greg.Lopez.& l.18.ti.18.par.3. & ibi dictũ glossato. & talis charta securitatis debet notificari, & per præconẽ publicari. vt dictus Grego.Lopez in.l.fin.tit.16.part.2.in gl. *fagan saber*. & si ipse scit absque eo q̃ sibi notificetur, nõ est necesse q̃ amplius cercioretur, vt Grego. Lopibi in gl. *despues que le apercibiessen*. * ¶ Et an potestas potest cogere ciues, † & prouinciales suos
25 ad pacem faciendam? Vide Bartolum.in.l.congruit.ff.de officio præsid.nume.quarto. & Par. de Put.in tracta.syndica.in parte, concordia.folio.32.& mirabiliter per Felinum in dicta rubr. de treuga & pace.in princip.per. 4. colum. vbi ponit regulam, & fallentias. & tenet Hippoly. de Marsil.in consilio.98. & Bartol.in.l.furti.§. qui iussu.ff.de his, qui notan.infami. & ibi Paulus de Castr.& eundem Paul.in.l.quidam æstimauerunt.ff.si certum peta.nume.sexto. & ibi per Alexand. & Ias. vbi resolutiuè habetur, q̃ officialis, seu iudex, qui regit prouinciam, potest suadere ad pacem, non autem cogere, & offensus sic adeundus est, non autem cogendus, vt remittat iniuriam: quoniam æquitatis ratio non patitur, vt quis inuitus cogatur parcere iniurianti, nisi in foro pœnitentiali. vt tenet Bal. in.l.vnica.§.quies.ff.de offic.præte. vrbis. & istam dicit Hippolyt.de Marsil. in consilio.98. esse cõmunem opinionem. nu.quarto. quæ opinio limitatur pluribus modis, vt ibi per eum. & per Felinum in dicta rubr.de treuga & pace. in princip. ¶ Nec obstat quod dicit Barto.in.d. l.congruit.vbi dicit, quòd potestas terrarũ potest cogere ciues ad pacem quia contra Bartol. sunt & text.& glo.& plures doctores. & contra eum est communis opinio, vt Alexan.in.l.prima.§.& post operis.column.secunda.ff.de noui operis nuntia.& idem contra Bartolum. tenet Hippolyt.in dicto consil.nume.octauo. & dicit quod illa lex æquissimum.ff.de vsufru.& §.si inter duos dict.l.si vsufruct.loquitur in causa ciuili, & in actione communi diuidundo, quia tunc potest iudex cogere partes ad concordiam ne veniant ad arma. secus in causa criminali. ¶ Et vi.Abba.in capitul.humilis.de maiori.& obedi.numer.2.vbi tenet, quòd quando lis fuit diuturna, & intricata multum inter partes, ita, quòd de facili decidi non potest, potest iudex compellere partes ad concordiam. quod dicit notandum. vt text.in.c.placuit.90.distin. ¶ Et quoq; quando inimicitia esset scandalosa, & respublica inquietaretur, potest compellere ad pacem. vt dixi in.c.2 in glo.parcialidad. nu. 23. ¶ Rex aũt bene potest cogere aliquem ad pacem, & concordiam, licet alij inferiores nõ. tex. notabil.in.l.furti.§.quiiussu.ff.de infami.& In
noc

noc.perillum text.in.c.cùm inter. de elect. Ias. in.l.quidam æstimauerunt.ff.si cert.petat.col. 2.tenet Restau.Castal.in tracta. de Imperatore q.110.col.7.versi.41.tomo.5.tracta. vbi quoque dicit, q̃ hoc potest facere sacrum consiliũ, quia habet eandem vim. ¶ Et quia iudex in crimi-
nalibus potest exhortari ad pacem, vt dixi, intelligepostquã delictũ est punitum, quia ante nõ debet studere ad concordiam. Ita tenet Alexand.in.d.l.1. §.& post operis. nu.11. & dicit, quòd hoc notat Bal.in.l.cùm affirmes.C.de libera. caus.* & vi. quæ dixi in cap.2.in glos. *parcialidad*. nume.21. cum sequen. supra eodem. * ¶ Vltra supradicta
26 quæritur, qua pœna † puniatur infringens securitatem? Bart.in.d.§.ne potentiores.nu.9. istã quæstionem ponit. & dict. decisio Tolos.in fi. in hoc dicit, quòd Ioã. Fab.in.d.l. denũtiamus. dicit sibi videri, q̃ lege iulia maiestatis punitur. vt in.l.1.ff.ad.l.iul.maiesta. & ibi notatur. & in titul.de pace tenen.& eius viola.in vsi.feud.§.si quis hominem. quia si occidit, & tũc pœna mortis, vt ibi. Aut vulnerat, & tunc mutilatur. vt in
3 §.si quis alium.in.d.tit.in vsi.feud. Aut aliàs iniuriatur, & tunc pœna pecuniaria. vt in.§. sequẽti, vbi notatur perillum tex. quòd frangitur securitas, etiam si non tangatur. Frangitur etiam, si quis aliquem de familia, cui præstita est securitas. verberat. Et idem dic de illo, qui concubitat vxorem, filiam, vel sororem assecurati, quia videtur fracta securitas, nec earum consensus excusat. ita tenet Ioan. Fab.in. d.l. denuntiamus. & dict. decisio Tolos.489. circa quod vide tex. in.l.1.titu.8.libr.4.in ordinamen.regali.in fine. versic. *E ordenamos otrosi*. & latè Montal.in.d.gl. ordi.in parte.securitas.vbi de materia. ¶ Et vide Mansuerium latè in sua practi.in tit.de assecuramento. ¶ Et ille, qui contra securitatem regalẽ tendit, loco proditoris habitus est. vt.l.2.titu.2. partit.7.ibi, *La nouena*. & si non valet probare, præsumitur contra partem ratione personæ, & qualitatis, & loci ac temporis. vt tenet dictus Mansue.ibi. ¶ Vnum tamen nota, quòd facta
27 † pace cũ aliquo de non offendendo, restringit ad offensam rõne inimicitiæ præteritæ, nõ ad nouã ex post facto insurgentẽ. vt Bart.in.l. aut facta.ff.de pœnis.& Abb.i.c.cũ inter. de renũtia. & tenet sum, Sylu.i parte, iuramẽtũ tertio.§.16.

Fagan emendar.

r Nota tex. in quo i cau sa ciuili permittitur inquisitio. idem tenet Ioã. de Plat.in.l.si vacantia.C.de boni.vacan.lib.10. nu.2.vbi ait, q̃ in causis ciuilibus ad publicam vtilitatem tendentibus proceditur per inquisitionẽ contra quoscũque tenentes bona pauperibus distribuenda. Et idem tenet Alexan.in.l.dies cautioni.§.hoc autem iudicium.4.colũ.nu.4.ff. de damno infecto. Et dicit q̃ est casus pro episcopis, vt possint ex eorum officio facere inquisitionem contra tenentes bona distribuẽda pauperibus, vel in alias pias causas. vi. quæ dixi suprà in glo. *ley de Toledo*. nume.5.

r todo emeudar r si buena miente pudieren, y sino, que nos lo notifiquẽs cõ tiempo, y esto contenido en este capitulo prometa de lo fazer, y cumplir, y executar a todo su leal poder, y si elas-

SVMMARIVM.

1 *Casus in quibus crimina referuntur superiori punienda.*
2 *Non crimina, sed vindicta principi est referẽda, alias iudex est in culpa.*
3 *Excusandi sunt præsides, cùm de potentibus non sumunt iustitiæ rigore vindictam.*
4 *Iustitiarij debent regi notificare quando incolæ Castrorum, seu ciuitatis renuunt soluere collectas.*
5 *A referendo principi iudices debent se abstinere.*
6 *Significare an possunt iudices principi i iure-*

s Nota casum, i quo crimina superiori † referuntur punienda. alium habes in.l. Palatinos.C.de colla.fundo.fiscali.lib.11.& ibi Ioã. de Plat.vi.tex.in.l.aditos.C.de episco.aud.& in.l. tribuni.& in.l.necnon.C.de re milit.lib.12. ¶ Et vi.Ioã. de Plat.in.l.cũ adoptiuũ. C. de decurio. lib.10.vbi dicit, q̃ qui decuriões, & principaliores ciuitatis crimẽ capitale cõmittũt, debet principi rescribi de pœna imponẽda. per.l. moris.§. iste.vbi bonus tex.cũ gl.& in.l.diuifratres.in fi. ff.de pœnis. ¶ Quia regulariter est contra.qa nõ
2 crimina, sed vindicta † principi referenda est. vt in.l.si quos.in fi.C.de off.præfe.præto.& idẽ tenet Specula.in tit.de relatio.§.2.qui incipit, de quibus.in prin.& allegat text.in.c.custos.27.q. 1.& c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.&.c.si homò.&.l.constitutiones.ff.de appella. ¶Et tenet Lucas de penna.in.l.seruum domini.C.de delato.lib.10.col.2.vbi ait,q̃ iudices debent esse diligentes ad maleficia punienda,ita q̃ ad principem non crimina,sed vindicta perueniat.per.d.l.

si quos.&i hoc eo ipso censetur iudicantiũ culpa,si ad superiorẽ citius peruenit delinquentium culpa,quàm vindicta,c.peruenit.18.distin.&.27.q.2.sacerdos.&.c.si homo & notat Innoc. in ca.sicut.de accusa.vnde.secundùm.d.Luc. de Penn. non sufficit prælato,siue pastori,suis ouibus annuntiare cõsilium Dei,& quid eas euitare oporteat,imò debet punire non satisfacientes.vt ibi per eum.& idem tenet Plat.in.l.quotiens.C. de lucris aduoca.lib.12.vbi nec crimen.nec pœna imponenda est principi intimanda,sed absolutè culpa punienda. ¶Et sic, q̃ isti correctores debent pauperes defendere de manu potentiũ, si possunt, aliàs debent principi significare, vt
3 hic.Ex quo patet, q̃ excusandi † sunt præsides, cum de potentibus non sumunt iustitiæ rigore vindictam. vt tenet Lucas de Penna.in.l. missi opinatores.C.de exacto.tribu.lib.10.in fin.vbi in hoc refert August.dixisse nonnullos toleramus,quos corrigere, vel punire non possumus. 23.qõ.1.c.quisquis.& facit.l.fluminum.§.quanquam.1.respon.& versi.cassius.ff. de damno infecto.&text.in.c.de rebus.12.q.2. &.c.quali.23. q.5.ibi, vel digna debeant vltione compescere, vel ad nos vsque perducere.Et facit text.in cap. 1.de milit.vasa.qui contu. est in vsib. feud. & in §.si verò forsan.in authent. de quæsto.collat.6. vbi tenent,q̃ si inferior iudex non potest facere iustitiam propter potentiam inferiorum,litigantium,tunc potest adiri iudex superior, put tenet Guido pap.singul.201. ¶Et sic quoq; dicit
4 Luc.de Penna. q̃ iustitiarij † debent significare regi Castra,& ciuitates, quorum incolæ in soluendis collectis se exhibent renitentes.vt in authen.vt iudi.sine quoquo suffra.§.volumus.colum.2.& in.l.2.C.de offi.recto.pronin.Et idem dic in eo,qui tenetur capere, & præsentare malefactorem,si hoc non potest propter impotentiam,debet tamẽ hoc iudici nuntiare,& intimare,prout tenet Bal.in.l.si qui latrones. C. de his qui latro.occulta.nu.3.& vi.Bart.&ibi Alex.in additio. ¶Extra casus autem à iure statutos iudi
5 ces † abstinere debent à referendo principi ea, quæ in facto consistunt. Hæc enim res nũquàm infamat,& materiam gratiæ, & ambitionis tribuit.vt in.l.eum qui.ff.de iudic.in fine. nam vt dicit.d.Lucas de Pen.vbi suprà,sunt nanq; plura,quæ magis potest ipse scire, quàm princeps.

fistente,o gouernador, o Corregidor fuere negligẽte en cumplir lo fuso di-

cho tocante a los dichos terminos, q̃ se embie otro a fu costa[t] que lo cũpla.

vt in.l.1.§.1.ff. de testib[9]. ¶In iure autem bene † possunt significare principi i ciuili, vel in criminali;cũ de iure causæ dubitant,vel si non inueniũt ius expressum: & in hoc non est culpandus iudex, si superiorem consulat.vt in.c.1.de noui oper.nuntiatio. & in c.1.21.distin.vel si dubitat de intelle.l. vel canonis,vel si est contrarietas iurium.vt in ti.de relatio.C.& tenet Specula.in tit.de relatio. per totum.vbi vide quibus est facienda relatio, & quãdo,& qualiter,& quid sit eius effect[9]. & vi. text. in.c.intimasti.de appella.& text.singularem in l.10.tit.22.parti.3.& ibi Montal. & ibi de pœna iudicis referentis.& Alexand.in.l.iudices.C.de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Si scandala oriuntur in ciuitate, & iudex se dare non potest, statim debet principi notificari sub pœna priuationis officij.*
2 *Iudex negligens punitur.*
3 *Tutor,curator,& administrator remouetur propter negligentiam,& procurator.*
4 *Iudex remoueri potest.*
5 *Rixantes videns iudex aliquos, & non se interponens,potest a officio remoueri.*
6 *Rex propter negligentiam potest à regno priuari.*
7 *Prælatus propter negligẽtiã potest remoueri.*
8 *Executor ad pias causas si est negligẽs, potest remoueri.*
9 *Priuatio potest fieri ex eodem processu.*

A su costa. † Argum.à simili in l. 2.titu.16.lib.2.in ordi-
1 na.regali.vbi habetur, q̃ † iudices ciuitatum, & locorum,cùm in eis scandala oriuntur, nec per se ipsos se dare valent,statim notificent regi sub officiorum priuationis pœna. Et in talibus rex mittat perquisitorem specialem expensis iustitiæ negligentis.& facit tex.in.l.vnica.§. officio tuæ se-

tuæ sedis.C.de monopolijs & conuentu negoti.
2 vbi iudex † negligens punitur,& etiam crimina liter accusatur,& remouetur ab officio, & ad interesse partis conuenitur.vt doct.ibi. ¶Et sicut
3 administrator † propter eius negligentiam, vel contumaciam potest per iudicem remoueri. vt tex.in.l.cum qui res.C.de procura. & dicit Bal. singula.in.l.mandatum.C.manda.6.col.q̃ habet locum non solùm in tutore, & curatore, & in alio legitimo administratore. ¶Sed etiam in procuratore, quia si iudex videt procuratorem absentis esse contumacem, potest eum priuare officio.secundùm Bal.& Saly.c.in.d.l.eum qui. quod est notandum in practica secundũ Ias. ibi. nu.3.prout ibi tenet Ang.& Fulg.& Bal.Et ista remotio procuratoris ideo spectat ad iudicem, quia fit ratione contumaciæ commissa circa processum iudicialem,& sic circa ea,quæ spectãt ad iudicem.l.Sed & si per prætorem.§.sed & si dũ decreto.ff.ex quibus caus.maio. ¶Secus si remotio fieret ob aliam causam secundùm Ias.vbi suprà:licet contrarium dicat Pau.de Castro.ibi,q̃ solum loquatur illa lex, eum qui res.in tutore, & curatore,& administratore.nam cum isti constituantur à iudice,possunt etiam per iudicẽ remoueri:procurator autem non constituitur à iudice, sed à partibus ideo non debet per iudicem remoueri,quia contra Pau.quoq; tenet Bald.in l.mancip.C.de serui.fugi.4.notab. de quo oblitus est Pau.dicens mirum esse in.d.l. eũ qui res. q̃ procurator remoueatur à iudice. & idẽ tenet
4 Alex.ibi.num.3. ¶Ita potest iudex † remoueri. text.est in.l.si quos.C.de offi.præfe.præto.ori. vel illici.quanuis Bal.nõ recordatus de illo text. in.d.l.mancipia.aliter videatur decidere. vt Ias. in.d.l.eum qui res.nu.4.vbi quoq; allegat Bal. in.l.1.§.quies.in fine.ff.de officio præfe.vrb.vbi
5 notatur q̃ si officialis † vidit aliquos rixantes,& non interponit se,potest ab officio remoueri.allegat Petr.& Cy.in.l.seruus.C.de noxali. & reputat menti tenendum.idem Bald.in.l. nullus. 2.notabil.C.de summa Trini.& fide catho. ¶Et
6 eodem modo rex † propter negligentiam põt à regno priuari.ca.grandi.de supple.negli.prælato.lib.6.& ibi Ioan.And.& Domi.iuncta glo.ibi, in verbo,regis.& dicũt idem esse in comitibus, & alijs dignitatibus secularibus, intelligẽdo vt ibi
7 per eos. ¶Eodem modo prælatus † negligens circa res ecclesiæ,& possessiones, & earum iura potest deponi à prælatura.c. dictum.cum glo. 2.81.distinct.c.cùm ad monasterium.§.fi. de statu.regul.& glo.ibi.quod limitatur, quando est negligentia magna,& crassa.& glo.in.c.sæpe.in glo.fi.in verbo,priuare.12.q.2. & Domi.vbi suprà.& Abb.in.c.ea.quæ.2.notabil.de statu monacho. ¶Idem dicũt Alex.& Ias.vbi suprà, allegando Bal.ibi. Idem esse in. † executore ad pias
8 causas:quia licet talis executor duret per annũ, tamen si interim est contumax in aliquo præcepto sibi iustè facto per episcopum,potest statim priuari ab officio commissariæ. Specula.in tit.de instru.editio.§.nunc verò aliqua.versicul. quid si executor suspectus.& Bald.in.l.id quod pauperibus.penul.col.q.23.C.de episcop.& cleri. ¶Quinimo talis priuatio † administrationis
9 potest fieri ex eodem processu.vt Bart.& Bald. & Ias.in dict.l.eum, qui per rationes. de quibus ibi per eos.

Prætorum Cap. VI. finis.

Sequitur Caput. VII.

SVMMARIVM.

1 *Sportulas debet iudex habere præcedendo ordinariè.*
2 *Sportulas an debeat habere iudex in causis summarijs.nume.7.*
3 *Aduocati nõ debent percipere salarium à pauperibus.*
4 *Si quis comparet coram iudice, & dicit notario,scribe, quòd ego peto à Titio centum, an videatur ordinariè procedere?*
5 *Libellus in casibus, in quibus non requiritur, requiritur aliqualis petitio.*
6 *Libellus potest omitti, quando in rescripto est apposita clausula summariè, & de plano, & sine figura iudicij.*
8 *Sportulæ pauperibus remittuntur.*

MAn de lleuar. a Scilicet, ordinariè procedẽdo. † vt notatur in l. prolatum. C. de senten. & interlo om. iudi. vbi tales sportulæ iudici non debẽtur, quando nõ proceditur ordinariè in causa, dato libello, & seruatis alijs solẽnitatib⁹. ¶ Sed extra ordinariè proceditur, vt in causis breuibus, & leuibus, de quibus in authẽ. nisi breuiores. C. de sentẽ. expericu. recita. & l. leuia. ff. de accusa. & tenet Ioan. de Plate. in. l. in sacris. §. modum. nu. 5. C. de proximi. sacro. scrini, lib. 12. ¶ Et ideo secũdum eundem arbitrator, qui est amicabilis compositor, non seruans ordinem iudiciarium sicut arbiter. vt in. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & ibi Bart. non accipiet sportulas, sicut accipiet arbiter. ¶ Et idem est in summarijs † causis, in quibus iudices non debent habere sportulas: quia illæ causæ sunt magis fauorabiles, quia expediũtur celerius. vt tenet Bal. in. l. generaliter. 1. col. C. de epis. & cle. nu. 2. vbi idem dicit esse in causis miserabiliũ personarũ, idẽ tenet Bal. in. l. fina. C. de fructi. & litis expens. 3. col. nu. 10. & idem tenet Ias. in. §. tripli verò. Insti. de actio. num. 54. & 55. * Et Peregri. in parte sportulæ. * ¶ Et facit quod tenet idẽ Bal. in. l. si furiosi. C. de nuptijs. vbi dicit, q aduocati † pauperũ non debẽt recipere salariũ, quia pauperes nõ habẽt vnde præstẽt: & quia paupertas est quædam afflictio, & non debet addi afflictio afflicto. & facit tex. in. §. sit tibi quoq;. in auth. de mãda. princi. colla. 3. & facit quod notat Bal. in. l. 1. C. de suffragio. & gloss. in. l. properandũ. §. illo. C. de iudi. ¶ Quid autem si quis cõparet coram iudice, & dicit notario actorũ, scribe † q ego peto à Titio centũ, in quibus peto ipsum condẽnari mihi, an per hoc dicatur ordinariè procedere, vt teneatur sportulas soluere, quæ in Hispania nostra costas appellantur, & in Marchia dicuntur capita solidorum? Dicit Bar. in. d. l. in sacris. q non dicitur per hanc literam in scriptis libellum offerre, licet notarius hoc scribat, nec videtur procedere ordinario modo, sed potius extra ordinẽ. quod dicit esse notandũ, quia posset coniungere de facto. quem sequitur Ias. in. d. §. tripli verò. Instit. de actio. col. 4. nu. 33. vbi ponit alios docto. hoc tenentes. sed Bal. in auth. offeratur. C. de litis cõtest. in fi. nu. 20. intelligit hoc in causis, in quib⁹ requiritur libellum offerri in scriptis, quia p hoc, q libellus esset oblat⁹, eo q apparet petitio redacta i scriptis, non probaretur. Secus in causis, in quib⁹ potest procedi sine libello. vt ibi. per eum & casus, in quibus non requiritur libellus, vi. per Abb. & ibi per eius additio. in cap. 1. de libell. oblatio. & ibi per doct. ¶ Tamen nota, q in casibus in quibus non requiritur † annalis petitio, vt describatur in actis, vt sententia ex ea possit formari. tenet Bal. in. d. authen. offeratur. 1. col. nu. 5. & secundum eundem ista qualis qualis petitio non dicitur in modum libelli offerri ad ordinariam petitionem, sed ad simplicem iudicis instructionem. & bonum est hoc protestari, vt Speculi. in tit. de libelli cõcep. §. restat. versi. fin. & idem Abb. in. d. c. 1. nu. 11. ¶ Sed vi. Hippol. de Marsil. in singula. 102. vbi dicit esse menti tenendum, q licet ad validitatem sententiæ requiratur porrectio libelli, & litis contestatio, aliàs ad sententiam perueniri non posit, tamen si in † rescripto est appositа clausula summariè, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, poterit omitti libellus, & litis contestatio. tenet Ioan. Monachus in. c. fi. de hæreti. in. 6. quod dictum refert, & sequitur Roma. in consi. 519. de quo per Hippoly. vbi suprà. ¶ Sed ego teneo, † q licet procedatur summariè, & extra ordinẽ, si acta iudiciaria scribuntur per notarium, seu tabellionem, & iudex sententiam profert, vel aliquid iubet, q debentur sibi sportulæ processus, iuxta tenorẽ aranzel, & sic vtitur. ¶ Attamen istæ sportulæ remittuntur pauperibus, † si non habent vnde soluant. vt tenet Bald. in. d. l. si furiosi. C. de nuptijs. & tenet gl. in. c. eũ ab omnib. de vita & honesta. cleri. vbi dicit, q si pauperes sunt litigantes, debent etiam ab sumptibus abstinere, quia nec tunc ordinarius habet sportulas. vt in authenti. de mandatis principum. §. sit tibi quoq;. colla. 3.

Et idem

Prætorum.

TRosi mandamos, q̃ luego que el asistente, o gouernador, o corregidor fuere recebido al officio, se informe si ay tabla, o

Caput. VII.

aranzel de los derechos, que el, y sus officiales, y escriuanos, y los otros escriuãos, y carceleros, y q̃lesquier otros officiales d̃ justicia han de lleuar, a y aq̃l guarde b y faga guardar: y si no le quiere, que le faga hazer junto cõ los diputados q̃ el cabildo de la tal ciudad, o villa, donde fuere para ello nõbrare c hasta sesenta dias primeros siguientes, conformãdose con las tasas antiguas quanto buenamente pu

*Et idem tenet Greg. Lopez. in. l. 6. tit. 22. part. 3. in glo. llananiente. vbi de materia. * Et idẽ tenet pragmati. 56. in lib. pragmati. vbi cauetur, q omnia monasteria reformata in obseruantia, ac hospitales, ac monasteria monialium cuiuscunque ordinis, etiam reformati in dicta obseruãtia, non debent soluere istas expẽsas. vide quæ dicam infra in. c. 39. Et quia pauper nõ tenetur soluere mercedẽ notario. tex. & ibi gloss. in. l. tam dementis. C. de episcopa. audi. & Alexã. in. l. argẽtarius. in fine. principij. ff. de edẽdo. & Abb. in. c. cũ instantia. &. ca. procurationes. de censibus. & Ias. vbi suprà. n. 56. ¶ Licet contra supradicta facit quod tenet Lucas de Penna in. d. l. in sacris. col. 2. vbi dicit, q inquisitor, cui est commissa inquisitio super crimine cõtra aliquem, non debet accipere sportulas, quia præses debet inquirere de criminibus sumptu suo. vt in auth. vt nulli iudi. §. nulli. & in authent. de mandat. princi. §. illud. Quod debet intelligi in alijs expensis, puta in accessorijs. vt infra dicetur. in. ca. 9. & quando iudex non pronuntiauit.*

b Guarde. b Idem tenet Bal. in auth. generaliter. C. de episcopis & cleric. i. columna. numero. 2. vbi dicit, quod istæ sportulæ præstantur secundum consuetudinem fori. vt in authentica de iudicijs. §. nec autem. collatione sexta. & præstantur ab vtraque parte, vt ibi, & præstãtur tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Lucas de Penna, in dict. in sacris. 3. columna. C. de proxim. sacro. scrinii. libro. duodecimo. ¶ Et an valeat consuetudo in oppositum in istis expensis percipiend. Vi. Abba. in. capitulo. cùm ab omni. de vita & honestat. cleri. numero. decimo. & Roman. singula. 180. & Antonius Corset. singulariter in notabilibus suis in parte, sportulæ.

Caput. VII.

SVMMARIVM.

1 *Factum ab his, qui authoritatem à concilio habent, à concilio factum esse videtur.*
2 *Actus gestus à delegato, non dicitur gestus authoritate sua, sed delegantis.*
3 *Electio facta à prioribus authoritate concilij ciuitatis, valet.*
4 *Potestas data executoribus distribuendi inter pauperes, eligere non possunt illum, quem testator non potuisset, vel noluisset eligere.*
5 *Substitutus creatus a commissario, potest officium exercere, si habet potestatem à testatore creandi eum.*
6 *Qui actum ex concilij commissione fecerunt, an poterunt reuocare.*

c 1 Nombraren c No. tex. quòd factum † ab his, qui authoritatem à concilio habent, videtur factũ esse à concilio. Simil. tex. & ibi Barto. in. l. Item eorum. §. si decuriones. ff. q cuius vniuer. nomine quod Bart. ibi dicit esse notandum pro remissionibus, quæ tota die fiunt in concilijs ciuitatum. Et l. 8. stylli. & facit tex. & ibi doct. in. l. vnũ ex familia. §. si de falcidia. ff. de leg. 2. & Bal. in auth. principales. §. hoc etiam. C. de iureiu. propter calũ. dan. & Montal. late in. l. 1. titul. 7. foro legi. lib. 1. in glo. *en el concejo.* versic. item nota, q quasi quibus. de rescrip. in. 6. allegat eum Bar. in. qõ. quæstionis. vbi in principijs hoc extendit, q sua, incipiente, aduñantia generalis, iuxta illa tantum videtur factum à concilio, q licet isti, qui habent potestatem faciendi faciant, non ex primendo cuius authoritate faciũt, imo q plus est, si disponens etiam ignoret se potestatem habere, vel actus. vt dicit ibi. d. n. § 1. & d. multum. ff. de condi. & demonstra. * Et l. 20. tit. 5. partit. 1. in tantum est verum, q valet illud quod factum est à nominatis personis per consilium q valet, licet non reducatur iterum ad consilium: quia sufficit esse commissum, vt Montal. vbi. suprà. versi. item nota q quando: & tenet Bal. in. l. 2. §. postea. ff. de origin. iuris. & vi. Albericus in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. nu. 43. & tex. in. ca. in causis de electio. sed intellige supradicta, q factum ab his qui authoritatem à concilio habet, videtur factum à concilio quando talis commissio, seu substitutio fuit facta per omnes de concilio: quia in hoc nõ sufficit maior pars: tenet Fel. in. d. cũ oẽs. de cõsti. col. 11. nu. 18. in fi. versic. 14. *

S 2 ¶ Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Et ideo dicit Domi.in.d.c.cum aliquibus.1.colum.q̃ actus † gestus à delegato, non dicitur gestus authoritate sua, sed delegantis. per text. in ca.præterea.&.c.sanè.el.2.de offic. delega. ¶Et Ludo.Roma.in consilio.116.versic.tertio. tenet, quòd electio † facta per priores autoritate eis cõcessa à concilio ciuitatis, valet. vt Bart. in.l.a.ff. de opti. lega. gacum authoritate superiorũ ipsi priores fecerunt, non ipsi fecisse videntur, sed illi, quorum authoritate factũ est. ca. is cui. de præben. libr. 6. & in. d.l. item eorum. §. decuriones. & idem tenet Paul. d Castr. in. d.l. vnum ex familia. §. fi. de falcidia. nu. 2. &. 3. & sic secundùm eum ille eligens, vel nominãs dicitur exercere mũdum ministeriũ, & nullum ius tribuit, sed omne ius habet electus ab illo, qui potestatẽ dedit. & per hoc plura deciduntur secũdùm eum. ¶Primò, quòd executores testamentorum, † quibus data est potestas distribuendi inter pauperes, non possunt eligere illum pauperem quem testator eligere non potuisset, scilicet, filium spurium testatoris. & hoc tenet Bartol. per illum text. in.l. fin. colum. 2. de his quibus vt indig. & Ioan. Andre. in additio. ad Specula. in titu. de instru. editio. §. nunc verò aliqua. ¶Item nec possunt eligere illum, quem testator verisimiliter non elegisset, licet potuisset, vt inimicum suum vel sibi non gratum. vt in.l. Lucius. §. Lucius titius. ff. de lega. 2. secundùm Paul. de Castro in dict. §. si de falcidia. ¶Vbi quoque dicit, quòd si electio cõmissariorum non valeret, vt si eligerent inhabilem, non possunt iterum eligere tanquàm functi sint officio eorum. ¶Sicut iudex delegatus, qui tulit sniam nullã. l. iudex postquàm. ff. de re iudica. Istud articulum declarat Barto. in dict. l. 2. ff. de optio. lega. vbi distinctionem facit. ¶Et vide Paul. d Castr. in dicta. l. itẽ eorum. §. si decuriones. nu. 2. ff. quod cuius. vniuer. nomi. vbi dicit, q̃ si testator fecerit † aliquem certum suum commissarium, & adiecerit, quod ille si nollet, vel non posset, q̃ ei dabat potestatem alium substituẽdi, vel faciẽdi, si iste alium substituat, vel faciat executorem: valet: quia à testatore dicitur electus, & constitutus. vt tenet Salycet. in. l. id q̃d pauperibus. fin. columna. C. de episcop. & cleri. vbi vide, an si testator potest dare potestatẽ executori testamentario, vt aliũ loco sui ponat. & tenet q̃ potest, & non dicitur captatoria voluntas. vt ibi per eum. ¶Sed an isti, qui actum vel electionem fecerunt ex commissione ciuitatis, seu concilij possunt talem actum, † vel electionem reuocare? Angel. in dict. l. item eorũ. §. si decuriones. dicit, q̃ est ibi casus, q̃ habẽs potestatẽ à cõcilio si eligit, põt sua electio reuocari. q̃d dicit esse verũ eo casu, quo pœnitẽtiæ loc⁹ est, sec⁹ vbi nõ esset pœnitẽtiæ loc⁹. Exẽplũ dicit esse, si electo potestate p electio. cõciliũ vellet electio nẽ reuocare. nõ em posset in iudiciũ potestrtis electi, cũ electo est ius q̃situm. vt in regula, Id q̃d nim est. de reg. iu. quia cõciliũ tũc est obligatũ ex cõtractu, vel q̃si, à quo nõ licet recedere. etiã principi nõ licet sui causa. vt i.l. Cęsar. ff. de publ.

Auditores, y otros officiales de la dicha ciudad. Y el, ni sus officiales no lleuen los derechos doblados, saluo como se lleuan en el pueblo no auiẽdo corregidor, so pena que si mas derechos lleuare, lo pague cõ las setenas. Y mandamos so la dicha pena, que no lleuen parte el, ni sus officiales de los derechos que pertenecen a los escriuanos, ni fagan partidiere, y auiẽdo respecto al valor de la moneda: cõ tanto, que no exceda lo cõtenido en las leyes de nuestros reynos: y lo embie al nuestro cõsejo, para que se vea, y se confirme, o enmiẽde, y ansi cõfirmado lo hagan poner en el auditorio [d] donde este publico, y dende en adelante lo guarde el, y sus officiales, y ansi mismo fagan que lo guarden los escriua-

[d] Adiutorio. [d] Idem tenet text. in.l. 22. tit. 15. lib. 2. in ordi. regali. quam. l. vide. Et ratio potest esse, vt posset ab omnibus videri, vt fiat notorium. vt Bald. in authẽ. q̃ locum. C. de colla. in fin. nu. 13. de quo per Spec. in titu. de not. crim. §. iam de notorio. & in. ca. tua & vestra. de coha. cleri. & mulie.

SVMMARIVM.

1 *Pactum contra ius, est nullum.*
2 *Expensas processuum in aliquibus locis huius regni tabelliones diuidunt cum iudicibus.*
3 *An talis diuisio expensarum valeat.*
4 *Ad præscriptionem inducendam sufficit tempus. 10. annorum, etiam si sit contra legem.*
5 *Consuetudo valet, principe ignorante. nu. 16.*

[c] Partido. [c] Aliàs si fierent, esset nullũ. quia esset † tale pactum cõtra ius, & non esset seruandum. gl. in. l. si pater. §. ex patris. ff. de iure doti. & in. l. 1. §. illud. ad finem. C. de rei vxo. actio. l. pacta quæ contra. C. de pactis. ¶Attamen in multis locis huius regni contrarium seruatur, † in quibus tabelliones cum iudicibus diuidunt expensas, & sportulas processuum. vt in villa de Talauera, quæ antiquitus Elbora vocabatur, vbi tabelliones mecum & cũ alijs iudicibus dictas expensas processuum diuidebant, & plures annos antea cum antecessoribus, & nunc quoque diuidunt. ¶Sed an talis diuisio expensarum † valeat cum iudicibus contra istum textum. & legem? Dic quòd sic: quia pactum reprobatum à iure communi, potest per consuetudinem approbari. tenet Paul. de Castro. in. l. pactum dotali. ad finem. nume. 8. C. de colla. Quod intelligitur secundùm eum, quãdo est reprobatum, à iure, non autem quando esset contra bonos mores: maximè quia illa consuetudo, quæ in dicto loco seruatur, non est contra bonos mores, & seruatur antea, quàm iste text. & iura similia essent condita, & post vsque hodie. ¶Et talis consuetudo derogat legi isti. vt in capitulo fina. de consuetudin. & in. l. de quibus. ff. de legi. Et secundùm Bart. ibi impropriè deficit lex, quando consuetudo ei derogat. quem vide. ¶Ad quam præscriptionem inducendã contra legem sufficit † tempus decem annorum. vt tenet gloss. & docto. in. l. 2. C. quæ sit longa consuet. Bald. in Rubr. illius titul. & in capi. 1. in tit. qualiter feudum olim poterat alienа. Et ista est vera, & communis opinio. secundùm Ias. in. d. l. de quibus. de legi. ff. colum. 11. nu. 45. vbi quoq; dicit, quòd hoc tempus decem annorum incipit currere à tempore primi actus celebrati in populo. allegando Bart. ibi, quod dicit esse intelligendum, q̃ sufficit tempus decem annorum, siue inducatur consuetudo præter ius ciuile, siue contra ius, siue inducatur cõsuetudo de Iure Canonico præter ius sufficit dictum tempus decẽ annorum. Secus si inducatur contra ius Canonicum, quia oportet q̃ consuetudo sit præscripta per spatium. 40. annorum. vt in. d. c. fin. vbi per glos. de consue. & glos. in. cap. cõsuetudo. 12. distinct. & c. fin. de consu. in. 6. Facit tex. in. c. cùm de beneficio. de præbend. in. 6. & tenet Felin. in cap. in causis. de re iudica. columna tertia. ¶Contra hoc videtur facere quod tenet Innocen. in capitul. ex parte. de consuetudi. in princip. vbi dicit, quod illi, qui dicunt, quòd cõsuetudo est arrogatrix & interpretatrix legis, loquũtur de legibus municipalibus, quas quis sibi populus statuit, quas contraria lege, vel cõsuetudine tollere potest. Lex autem generalis imperialis, lege imperiali tollitur, & sic videtur, quod contra istam legem Regalem consuetudo induci non possit decem annorum, nec alia. ¶Hoc non obstante, opinio. Ias. credo veram: quia Ius ciuile finaliter tendit in bonum publicum, & in vtilitatem priuatorum. vnde si populus vult sibi præiudicare, contrariam legem condendo, vel consuetudinem inducendo, potest, † quia valet consuetudo, principe ignorante. vt Abba. in capitulo. 2. de probation. nume. 5. & est communis opinio. secundùm Barba. in capitul. fin. de consuetudi. columna. 26. & Rochus de Curte. ibi. folio. 36. prima columna. & Rex, vel Imperator in hoc non curabit, qu ia populus in hoc potest renunciare fauori suo. vt in capitul. ad apostolicam. de regula. ¶Item quia mores hominũ sunt diuersi, ideo vult Imperator, vt quisque populus possit sibi facere legem, nõ tamen contra honestatem, nec contra iura reseruata principi, sed in suum præiudicium duntaxat. vt in. l. omnes populi. & ibi Bartol. latè. ff. de Iustit. & iure. & Abbas in dict. capitul. fina. de consu. nume. 9. ¶Et sic videtur, quòd dummodo consuetudo non inducatur contra ea, quæ sunt principi reseruata, valet. ¶Et Lapus allegatione. 101. in tertia columna. versicul. idcirco. dicit, quòd nõ dicitur statutũ, vel consuetudo illicita, licet repugnet Iuri positiuo, vel Iuri naturali mutabili, nisi expressè inueniatur improbatũ à iure. vt in. l. Ius ciuile. & in. l. oẽs populi. ff. de Iustit. & iure. & notatur in. l. nec pignus. & in. l. nec ex prætorio. ff. de regulis iuris. Et ideo dicit Lap. quòd consuetudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit licitum id, quod aliter erat illicitum, quia immutat iuris communis disposition em, & in eius oppositum. vt in. authentic. de defenso. ciuitat. §. præcepta vero. colla. 3. secus si repugnaret Iuri diuino, quia tũc esset irrationabilis, quę corruptela vocatur. & ita loquitur dictum capitul. vltim. de consuetudin. Et sic dicit Lapus, vbi suprà, quod leges municipales sunt permissæ à iure, & sic iure principis approbatæ. vt in. d. l. omnes populi. & in. l. secunda. §. omnia. C. de veter. iur. enuclean. & quia æquitas est, quæ necessitatur iuribus secundùm diuersitatem temporis, & locorum. vt. ff. de vulgar. & pupillar. l. ex facto. ¶ Ergo princeps qui singulas circunstantias facti, & conditionis personarum, atque locorum non potuit scire in suis regulis diffinire varietatem boni, & etiam locorum, & maximè omnium varietatem, & exigentiam vtilitatis eorum relinquitur hoc discretioni, & potestati singulorum populorum, videlicet statuentium ius proprium cuilibet iuri cõmuni cõtrarium, approbans illud in rationibus communibus secundùm Lapum, vbi suprà. ¶ In simili relinquitur potestati consuetudinem inducendi: quia statutum, & consuetudo æquiparantur. l. magistratib⁹. ff. ad municipales. l. semper. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & in. §. ex non scripto. Institu. de iure natural. genti. & ciuili. & in. §. constat. Bald. in tracta. de tabellion. quæstio. 2. Bartol. in dicta. l. omnes populi. columna. 2. Cardinal. in Clementina prima, de vsuris. ¶ Et 6 quia in inducenda consuetudine † priuata non est curandum de scientia principis, vel superioris. vt tenet Iaſ. in dicta. l. de quibus. numero. 30. sequendo Baldum. ibi. in. 4. columna. contra Angelum, qui contrarium tenet. & quia consuetudo specialis vnius loci, derogat iuri communi in eo loco, secundùm Iaſ. ibi. numero. 41. per glossam. ibi. & dicit probari in. l. venditor. C. si const. communia prædio. ¶ Et quia omnis dispositio de mundo, siue legalis, siue vltimarum voluntatum, siue contractuum recipit interpretationem, & supplementum à consuetudine, & ab eo, quod fieri consueuit. vt Abbas in capitul. Certificari. de sepultur. & additio Abbat. in capitul. Tenor. de re iudi. in additione, quæ est in num. 10. & Philippus Decius in. l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. numero. 12.

Prætorum Cap. VII. finis.

Sequitur Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Collectam, an iudex potest imponere.*

Ni repar-

a Ni repartimiẽtos. [a] Vide text. in c. 13. infrà eod. & non solùm non debet istas collectas percipere, verũetiam eas imponere nõ potest. † vt. in. l. placet. C. de excusati. mun. lib. 10.

1 nisi in casu. l. 16. ti. 1. lib. 7. in or. reg. & vltra summã illius. l. non põt imponere: tamẽ necessitate imminẽte debet scribere præfecto, & præfectus post impositionem, & ex actionẽ à se factã scribere principi vt confirmet. vt in. dic. l. placet. & ibi. Bart. & Plat. de quo vi. in. dic. l. ordi. quæ ad literam seruatur. ¶ Attamẽ ordinarias functiones vel extraordinarias, quas princeps iuiunxit, potest exigere secundùm Lucam de Pen. in. d. l. placet. in prin. vbi quoque dicit, q̃ imperator cùm indicit munera, asserit se clementem, sed à tali clementia, quæ hodie potius est impietas, libera nos domine, quia nemini parcit.

Prætorum.

Trosi mãdamos, y defendemos que no lleuen otras dadiuas, ni repartimientos[a] de la ciudad[b], o villa, o partido de que fuere proueydo, o de los pueblos el, ni sus alcaldes, ni alguaziles, mas ni allende de lo que se le manda dar[c] en la carta

Caput. VIII.

de corregimiento, aunque se lo quieran[d] dar los regidores, y sesmeros, y otros officiales del concejo, o de la tierra, no embargante que la ciudad, villa o tierra aya estado en costũbre[e] de lo dar a los assistẽtes: o gouernadores, y corregidores, y alcaldes, y alguaziles

b Ciudad. [b] Vide quæ posui in. ca. 1. in gl. de ninguna persona. vbi istum tex. allegaui ad hoc, q̃ solum iudex non potest recipere munera à personis ibi cõtentis, verunetiam nec ab vniuersitate, villa, seu ciuitate, aliàs in pœnam incurrit.

c Dar. [c] Habuit ortum à text. in. §. oportet. versi. patrocinia. & ibi Bar. in authẽ. de mãda. prin. colla. 3. vbi iudex inter alia iurat, q̃ exceptis salarijs nil penitus recipiat. circa qđ vi. quæ dixi suprà in. c. 1. in glo. *que no pidira, ni lleuara mas salario.*

SVMMARIVM.

1 *Recipere non possunt iudices vltra sibi debitũ, etiam à volentibus sibi dare.*

d Se lo quierã dar. [d] Nota text- q̃ iudices etiam à volentibus † non possunt recipere vltra sibi debitũ. tenet idẽ Par. de Put. in tract. syndi. in parte, cõsiliarij officiales. fo. 194. in prin. vt dixi latè suprà in c. 1. suprà eo. in glo. *ni lleuara.* in prin. in versi. & intantũ. & tenet ad literam Ioan. de Pla. in. l. vnica. C. de Salgamo hospit. libro. 12. vbi prohibitus petere, exigere, velaccipere, p̃hibetur, etiã absponte volente dare reciperevt glo. ibi, & sic, q̃ non licet hoc casu donare de suo. vt ibi. Et ratio potest esse secundũ eũdẽ: quia in dubio semper præsumitur quædam occasio, & concussio donandi. vt ibi glo. valde notabil. & idem quod iste tex. tenet Guido Papa in singul. 487. §. si notarius. vbi singulariter. & gl. in. c. sicut episcopũ. 1. q. 2. & gl. in. c. quoniã. de vita & honest. cleri. Bal. in authen. sed hodie nulla. C. de episc. & cler. & Bar. in. l. amplius non peti. 2. column. versi. quæro. ff. rem rat. haberi. Iaſ. in. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinis prætextu correctores non possunt extorquere ea, quæ in isto tex. prohibentur recipere.*

2 *Consuetudo tollitur per legem contrariam.*

3 *Clausula derogatoria ad consuetudinem, an extendatur ad præsentẽ, & ad futuram consuetudinẽ. vide hic limitationes, & ampliatiões.*

e Costumbre. [e] Idem tenet Luc. de Pen. in. l. vnica. C. de Salga. hospi. lib. 12. vbi tenet, q̃ hic contẽta correctores

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 rectores nõ † possunt percipere, nec extorquere prætextu consuetudinis. Et quia ibi mãdat Imperator, vt nullus comitum, tribunorum, præpositorũ, aut militum extorqueat ab hospitib⁹ suis Salgamum, quod ipse exponit, id est culcitras, oleum, & lina, nec etiam prætextu consuetudinis extorquere possunt secũdùm Lucam de Pen. ibi. ¶ Et ex isto tex. nota, q̃ cõsuetudo indistẽ tollit † per.

y otros officiales passados, ni se pueda allegar q̃ pues estã suspendidos en ellos otros officios de alcaldias mayores, y de la justicia, y ordinarios, y fialdades, y executorias, y merindades y alguazilazgos: y otras alcaldias me-

2 l. contrariam sequentem. vt in l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de sepulchr. viola. & licet non faciat mentionem de consuetudine, vt Bart. & Bal. in l. de quibus. ff. de legi. & Ias. ibi. nu. 54. & Cyn. in l. 2. C. quæ sit long. consuetu. ¶ Et an iste text. extẽ datur non solùm ad consuetudinem præsentẽ, verunetiã ad futuram. gl. in Cle. statutũ. in verbo, cõsuetudine. de electio. tenet, q̃ clausula † derogatoria ad consuetudinẽ, solùm præsentẽ consuetudinẽ intelligitur tollere, non autem derogare futuram. quam gl. simpliciter allegat Bald. in d. l. de quibus. col. 6. Et simil. gl. in Cle. fi. de rebus eccles. nõ alienan. in verbo, decernimus. vbi lex reprobans consuetudinẽ, intelligitur de præsenti, non de futura nouiter inducenda, secũdùm Imo. ibi. ¶ Sed contrariũ determinãt Bart. & doct. post eum in l. si mihi & tibi. in fin. ff. de lega. 1. vbi tenet, q̃ clausula, non obstãtibus quibuscunq; statutis vel consuetudinibus cõtrarijs, extẽdatur non solùm ad præterita, sed etiam ad futuras cõsuetudines, vel statuta, & pro hoc facit auth. nauigia. C. de furti. & in authẽ. cassa. C. de sacrosanct. eccles. & in auth. itaq;. C. cõmuni. de concessio. & hoc est verius secundùm Car. in d. Cle. statutũ. nu. 4. in 3. oppositione de election. Quia, vt ipse dicit, lex semper loquitur. l. ariani. C. de hære. de cuius natura est, q̃ cõcernat futura. c. fin. de constitu. quod dicit facere ad multa. & ista est cõmunis opi. vt per Alex. in. d. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1. nu. 8. quando derogatio est facta per verba generalia, seu indefinita, quia debet ad omnia trahi. argu. in. c. solitæ. de maio. & obedi. probatur in l. in fraudẽ. §. fi. de test. milit. & in l. 3. §. diuus. ff. de sepul. viol. & fuit de mẽte Bart. in d. l. de quibus. in 3. colũ. dum respondet ad d. authen. nauigia. ¶ Et quia quoties lex derogat consuetudini, tunc consuetudo futura dicitur irrationabilis, & illegitima, meritò non valebit, nec tollit primam legem. secundùm Alexand. vbi suprà, quia adesse cõsuetudinis est, vt sit rationabilis. vt in dict. cap. fi. de consuetu. ¶ Et quòd censeatur reprobare etiam futuram consuetudinem, dicit Rochus de Cur. esse cõmunem opinionẽ. in. d. c. fi. fol. 52. col. 3. versic. septima conclusio. ¶ Et iura adducta in cõtrarium per Bar. Alexan. & per alios, loquũtur secundùm eundem Alex. quãdo dispositio illa erat facta per verba presentis tẽporis, & dicta cõmunis opinio loquitur in dispositiõe indefinita: maximè quia rex, vel Imperator disponẽs, põt prouidere, & trahere ius ad futura, & sic, q̃ dispositio indefinita extendi tur ad futura, quãdo disponẽs põt ad futura prouidere. Secus si nõ põt prouidere, quia tũc non videtur derogare, aliàs secus, secũdùm Alex. vbi supra. ¶ Et an princeps possit prouidere statuta futura, Bar. & Dy. determinãt q̃ sic. & secũdùm Ias. ibi. nu. 21. cũ eo transeũt oẽs doct. indifferenter, & in alijs locis allegatis per Alex. in fin. & in cõsi. 192. in. 2. volu. licet Ias. dicat, q̃ Rapha. Cuma. dicit, q̃ ista decisio Bar. nõ solũ non est vera, sed est indubitata. per. d. gl. in. d. Cle. statutũ. de electio. & per gl. in. d. Cle. pe. dẽ rebus eccles. nõ alie. quæ contrariũ tenẽt, quia dupliciter respõdetur secũdùm eũ. ¶ Primò, quia illæ glossæ male dicũt, & cõmuniter sunt reprobatę, vt latè per Alex. vbi suprà. & in. d. consi. 195. ¶ Secundo, vt Pau. de Cast. ibi. nu. 4. aliud est in cõsuetudine, quæ nõ præsumitur induci in fraudem, aliud in statutis. ¶ Sed tu vltra Alex. aliter potes soluere secundùm Pau. de Cast. in. d. l. de quibus. nu. 18. scilicet, q̃ cõsuetudo nõ erat iuri cõtraria, nec erat improbabilis, videtur reprobata dũtaxat præcedẽs cõsuetudo, nõ sequẽs. & ita dicit q̃ loquitur gl. in. d. Cle. statutũ. & ita intelligãtur allegata in cõtrariũ. ¶ Abb. tñ in. d. c. fi. de cõsuetu. nu. 24. dicit, q̃ ipse credit, q̃ si subesset ratio noua, quę nõ subeˢat tẽpore legis dãnantis cõsuetudinẽ, q̃ tũc poterit de nouo induci cõsuetudo. argu. optimũ in l. si hominẽ. ff. manda. & c. nõ debet. de cõsang. & affi. & plenè per eũ in. c. 2. de probati. nu. 7. & 8. & per Domi. in. c. 1. de cõstitu. in. 6. fi. col. & per Rochũ de Cur. in. d. c. fi. fol. 53. colũ. 2. versi. limita primò. ¶ Secundò limita secundùm eum ibi, nisi publica vtilitas subadeat reuocatio nem

nem legis, quæ derogabat consuetudinem, quia tunc consuetudo valet. allegando Anto. ibi. col. 28. & alios doctores. ¶ Tertio limita vt non procedat, quando expressus consensus principis interueniret in inducenda consuetudine, quia tũc valet contra legẽ etiã derogãtẽ cõsuetudinẽ. Ita Anto. ibi, & Ioã. And. in additio. ad Spec. in tit. de instru. editio. §. cõpendiose. verti. sed nunqd. ¶ Quartò limita, q̃ lex tolleret simpliciter cõsuetudinẽ præteritã, vel introductã, qa tũc consuetudo post ipsam legẽ põt induci. vt Domi. in. d. c. 1. de consti. in. 6. col. fi. in hoc tñ secundùm Rochum de Cur. sequere distinctionem Abb. in. d. c. fi. quam vide. ¶ Quintò limita vt non procedat, q̃ lex nõ est recepta in obseruantia, quæ licet deroget cõsuetudinem, tamẽ contraria cõsuetudo valet, & in hoc non videtur hæsitandum: quia ex quo lex talis non attenditur iuxta gl. in. c. 1. de treuga & pace. cum his, quę ibi Felin. congerit post Abb. certè non attenditur etiam clausula ipsius. l. per quam derogetur consuetudini: quia corruente aliqua dispositione, corruunt clausulæ in ea inſertæ, vt inquit gl. notabil. in. l. si patronus. §. patronũ. in verbo, Fauiana. ff. si quis in frau. patro. ¶ Et quando dicatur lex non recepta in obseruantia, & quando id attendatur, doctores plenè declarant in dict. cap. de treuga, & pace. & ita tenet Francis. de Aretio. consi. 9. & in cõsi. 154. colum. 1. ad finem. ¶ Et quia positæ sunt limitationes ad dictam communem opinionem, sequuntur ampliationes. ¶ Et prima est, quòd intantum est verũ, quod lex reprobans consuetudinem, cẽsetur etiam reprobare futuram, vt procedat etiã in. l. prohibitiua: quia licet expresè non deroget consuetudini, tamen cõsuetudo in contrarium non valet, quando in ipsa lege prohibitiua est inserta clausula decreti. Ita Domi. de sancto Geni. & Philip. in. c. de beneficio. de præben. in. 6. col. 2. & Abb. antiquus in. d. c. fi. tenet, q̃ non valet consuetudo contra legẽ habentem perpetuam causam prohibitionis. per tex. in. c. sponsam. de sponsal. ¶ Secundò amplia vt procedat maximè in. l. edita in concilio generali, quia cẽsetur habere clausulam derogatoriam ad dispositiones contrarias, quæ in futurũ etiam fierent: vt Rochus de Cur. vbi suprà. ¶ Tertiò amplia, vt procedat, etiam si lex non faciat mentionem de consuetudine, sed solùm improbet aliquid tanquam irrationabile: quia non valet consuetudo, quæ induceretur, vel esset inducta in contrarium. vt Paul. de Elea. in Clementina

esto no lleue mas d lo contenido en su carta, como dicho es. Y assi mismo no tome ropa, ni posada: ni camas de la

prima, de electio. & Domi. in. c. 1. de cõstit. in. 6. ¶ Quartò limita, vt procedat etiã si esset consuetudo tanti tẽporis, cuius initij memoria in contrariũ nõ exisstit, quia nõ valet, quando lex improbat consuetudinem. ita tenet Anto. de Butri. in. c. cum ex officij. de præscript. & ibi sequitur Abbas in. 3. notabil. & idẽ tenet Cardi. in Cle. fi. de rebus ecclesiæ nõ alie. in prin. & q. §. 1. & Fel. in. c. cũ causa. de re iudicata. col. 4. & etiã tradit Fel. plenè, licet aliqua in cõtrariũ addũcat in. c. accedẽs de præscrip. colũ. 4. & in. d. c. officij. col. 6. quia lex semper loquitur vt dictũ est: ergo lex reprobãs cõsuetudinẽ, censetur perpetuo illã reprobare. & benefacit text. in. l. seruus. C. de pœnis. vbi dicit, q̃ condẽnatus simpliciter ad vincula, perpetuò in vinculis stare debet. ¶ Aliqui tñ tenẽt contrarium, maximè Abb. sibi cõtrarius. 1. volu. cõsi. in cõsilio, incipiẽte, in quæstione. & facit quod dicit Bal. in. l. vnica. C. de annali exceptiõe. col. 2. vbi dicit, q̃ clausula, nulla præscriptione obstãte, non trahitur ad præscriptionẽ centũ annorũ. Sequitur Alex. in. l. nemo põt. ff. de lega. 1. nu. 11. & alia Feli. adducit in rubrica de præscrip. fi. col. quod Rochus de Cur. vbi suprà cogitãdũ relinquit, vtrũ forte dici posit, q̃ opinio præcedens solùm procedat qñ durat causa reprobationis. Ista autem secunda opinio procedit, quando causa reprobationis nõ durat, vt in. 1. limitatione dicitur. ¶ Sed Car. in Clementi. secunda. de rebus eccles. non alienã. 8. q. num. 8. dicit, q̃ qñ ius expresè reprobat consuetudinẽ, tunc non valet cõsuetudo etiam tanti tẽporis, de cuius initio nõ sit memoria: in his aũt, in quibus ius nõ resistit, procedit opinio contraria, quia tunc sufficit consuetudo contraria, præscripta spatio quadragenario, allegando Laud. de quo ibi p eũdẽ in. d. Cle. §. q̃ si eps. in fin. nu. 15. vbi dicit, q̃ procedit ista ampliatione dum quãdo lex diceret, quãuis consuetudine non obstãte, sed etiam qñ diceretur simpliciter, & indefinitè, consuetudine cõtraria nõ obstãte. ¶ Per quæ põt ampliari tex. in legib⁹ *del aranzel*,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi cauetur, quòd iudices, & tabelliones de diuisionibus bonorum nil accipiant, nisi prout ibi continetur, consuetudine in contrarium nõ obstante, & sic quòd contra illum text. & istũ non potest consuetudo induci etiã tanti tẽporis, cuius initium memoria nõ sit in contrariũ. quia vt dicit Angel. in d. §. ex non scripto. Instit. de iur. natural. gen. & ciuil. n. 25. ¶ Consuetudo â iure reprobata, nunq̃ præscribitur: quia cõtra authoritatẽ superioris nunquã præscribitur. vt in dicta. auth. nauigia. C. de furtis. intãtum dicit hoc verum, q̃ etiam si talis consuetudo esset iurata, nũquam præscribitur, etiã tanto tẽpore, cuius initij memoria non existat in contrarium. vt in. c. 1. de consuetu. in. 6. quod dicit esse notandum.

tal ciudad, saluo por sus dineros, como esta mandado por nuestras cartas, so pena que lo paguen con el quatro tanto.

SVMMARIVM.

1 *Hospitari soli principi licet gratis, & recipit solùm tertiam partem domus.*
2 *Habitare debent correctores in domibus publicis, & non in domibus priuatorum.*
3 *Iudex, qui reparare neglexit domos publicas, punitur quinquaginta librarum auri, & conuertuntur in commoditates palatij, quod reparare neglexit.*
4 *Multas põt iudex deputare operibus publicis.*
5 *Hospitia iudices non possunt alijs concedere sine præcepto regis.*
An iudex intrare possit in domibus priuatorum ad habitandum, & an si ab eis potest accipere equos, plaustra, & alia, de quibus hic.
6 *Hospitia, non debẽt capi per potentes, nec per prælatos in ciuitatibus, seu villis, sine vicinorum permissu, nec debent capi ligna, nec aliæ res, nec damna eis inferre.*
7 *Hospitare non possunt se domini temporales in suis villis, & locis.*
8 *Hospitari debẽt milites gratis, cùm accesserint ad locum cum principe dum militant: & tũc domus diuiditur in tres partes, & electio cuiuslibet partis datur, vt hic.*
9 *Hospites non debẽt esse terribiles in hospitijs, nec superbi, sed manere debent humiles. Et â dominis ædium non debent balnea postulare, nec luminaria, nec alias res pro victo suo, vel equorum, nec recipere debent etiam à sponte dantibus, aliàs puniuntur.*
10 *Cùm hospitatur rex in ciuitate, metati habẽt deputare singulis militibus pro hospitijs domos, & in ipsarum domorũ postibus nomen militis, qui illic hospitaturus est, scribere.*
11 *Delens nomen impositum in hospitio, falsi pœna punitur.*
12 *Aposentator, seu metator, non potest mutare hospitium per eum assignatum, & alteri dare, nec iudex post latam sententiam. Sicut mensor terrarum, & domorũ, vel alterius rei, post mensurationem, & declarationem non potest mutare, aliàs in pœnam falsi incidit.*
13 *Onus recipiendi hospites est reale, & non personale.*
14 *A receptione hospitum nemo excusatur, nisi qui habet priuilegium.*
15 *Priuilegium nullus debet impetrare, vt suæ domus sint immunes à munere hospitandi, vt vicinorum domus grauentur, aliàs punitur.*
16 *Ab hospitalitate excusantur medici sacri palatij, & magistri liberaliũ artiũ, & pictores ingenij, & domus, & palatia iudicum ordinariorum, & clerici, & ecclesiæ, & monasteria. fallit vt hic.*
17 *Non valet consuetudo, quòd clerici teneantur hospites recipere.*
18 *Pretia hospitationum possunt taxari à iudice.*

f Dineros. 1 f Quia soli principi licet gratis hospitari, † & nõ recipit nisi tertiam partem domus. vt. C. de metatis. & epidimeticis. lib. 12. l. 2. & tenet Paris de Pute. in tracta. syndica. in parte, expensæ quædam. fol. 110. nu. 5. & Bal. in. l. obseruare. ff. de offi. proconsu. & lega. * Et de materia hospitis vi. latè Peregrin. in parte hospes, & singulariter per Rolandin. à Valle in consilio. 66. vbi latissimè. * ¶ Et 2 quia isti correctores, & officiales † in domibus

mibus publicis habitare debent, & de publico cõductis, quia sunt personæ publicę. vt in. l. 1. c. de Palati. & domi. domi. lib. 11. & Paris de Pute. vbi supra, & facit tex. in. l. 1. §. publicum. ff. de Iusti. & iure. & capi. ius publicum. 1. distin. ¶ Quibus iudicibus nõ licet habitare in domibus priuatorum, & cũ eis cõuersationem habere: quia nimia familiaritas parit cõtemptum. vt in. l. obseruandum. ff. de offi. præsi. & Ioan. de Plate. in d. l. 1. de Palat. Quod intellige, si domus publicę sunt, aliàs secus, vt ibi colligitur, quia si sunt publicæ, ibi debent habitare, vt eorum reparatiõi prouidere compellantur. vt ibi. & in. l. fin. C. de operis publi. & in. d. l. quicunq;. vt tenet Lucas de Pen. ibi. col. 2. versic. & nota. aliàs puniuntur

3 † quinquaginta librarũ auri cõuertenda in commoditates palatij, quod reparare neglexerint. quod facit secũdùm eũ, vt multæ, quæ exigũtur ab his, qui contẽptores sunt in extructione viarum, aut murorum ciuitatis, nõ sunt fisco applicandæ, sed in ipsis operibus publicis conuertendæ. vt in. l. 2. C. de episco. audien. ¶ Et quia generaliter secũdùm eum potest iudex multas de

4 putare † operibus publicis, aut cursum, aut alijs causis necessarijs. Sed est intelligẽdum, dummodo Cameræ regis medietas applicetur. vt in. l. 28. tit. 19. libr. 8. in ordi. regali. in fine. ¶ Istũ tex. extende, q̃ non solùm prætores nõ debent ista hospitia accipere, verunetiam nõ possunt ea da

5 re † alijs sine præcepto regis, aliàs ipso iure officia perdent. vt in. l. 1. & 13. titulo. 21. libr. 2. in ordina. regali. vbi vide, & quando recipiuntur debent talia hospitia taxari. vt tenet Cyn. in dict. l. 1. C. de episcop. audi. in fine. ¶ Tamen quis tenetur recipere iudicem in hospitio suo sicut & militem, adeò, quòd si negaretur eis hospitium, licitè possent ianuas irrumpere, & violenter intrare domos. argumen. l. si seruus. ff. quòd cum eo. & l. si eo. ff. si serui. vendi. & l. quemadmodum. §. 1. & 2. ff. ad. l. aquil. l. fina. §. si ad. ff. quo. vi. aut clam. & facit quod notat Inno. in. ca. 1. de immunit. eccles. vt tenet Lucas de Pen. in. l. fin. C. de professo. & med. libro. 10. & dicit hoc esse verum, si in ciuitatibus non existant domus publicæ, vel regiæ quod nota. * Et tenet Peregrin. in parte hospes in fin. per dictu. Innocen. & per clem. ad nostram: de censi. * ¶ Et licet sit verum, q̃ officialis, seu iudex non potest cogere subditum vt det sibi domum ad habitandam, sed debet sibi facere prouideri à decurionibus ciuitatis, vt dictum est. vt in. l. 1. C. de offi. præ. & Alberi. in. l. obseruare. ff. de offi. proconsul. & lega. in prin. & Martinus Lauden. in tracta. de officialibus domi tomo. 5. tracta. qõ. 47. fol. 267. ¶ Tamen si non reperit domum ad habitandum, possunt cõpellere quem ad sibi locandũ. vt Bald. & Ange. in. l. 1. ff. solut. matri. colũ. 3. in fine. & ibi Ias. nu. 48. loquendo in scholari, quòd habet locum à fortiori in iudice, vide quæ in simili dixi in. cap. suprà, in gloss. *de mercaderias.* numero. 19. * Et vi. Grego. Lopez in. l. 22. tit. 23. part. 2. loquẽtem in militibus, qui possunt accipere vitualia à prouincialibus, si rustici essent adeo tenaces, q̃ nolent eis vendere, vel si deficeret eis pecunia per Bal. in tit. de pace constan. versi. nobis intrãtibus. & per alia iura, vt ibi per eum. * ¶ Dic quo q;, quòd non possunt accipere equos, mulos, & plaustra, sed debẽt conducere ad vecturã. vt tenet Plat. & ibi glo. in. l. iudicibus. C. de curs. publi. lib. 12. & in. l. cursum. eo. ti. loquẽdo in amba

6 siatoribus papæ, & principis: vt supradicta non possunt accipere. ¶ Et in simili dic, q̃ bariseli, & exactores, & nuntij per comitatum incedentes pro malefactoribus exquirendis, vel exactionibus collectarum, vel executionibus faciendis, non debent grauare comitatiuos, vt exhibeantur eis victualia pro se, & equis, sed sibi emere debent. vt tenet idem Plat. in. l. præter. C. de lucris aduoca. lib. 12.

¶ Et ad idem facit, quod tenet Luc. de Pen. in. l. 2. vt rusti. ad mil. obse. libro. 11. col. 2. vbi dicit, q̃ illa. l. facit contra iustitiarios, & officiales regni capientes animalia subiectorum, officij ratione, quia veniunt puniendi pœna illius. l. quæ est, q̃ amissis bonis, perpetuò damnentur in exilio. ¶ Tamen si res publica indigeat aliquo animali pro sua necessitate posit accipere pretio soluto. & idem dicit in principe, & Romano populo, & idem dic in alijs dominis, vt dicam infrà in. c. 24. in glo. titu. nu. ¶ Sed si in rebus taliter captis in casu, in quo licitè capiũtur, damnum dederit, ad emendationem damni tenentur, secundùm dict. Luc. de Penna ibi. ¶ Quinimo talia hospi-

6 tia in ciuitatibus, & villis regis nullatenus † per milites prælatos, seu alios potentes sine vicinorum permissu capiant, nec permittantur supradicti paleam, ligna seu alias res à vicinis capere, nec damna alia eis inferre, contra vero faciens, pro quocunque hospitio. 600. soluat marabitinorum regis Cameræ applicandos, & cum triplo capta restituat, & damna refarciat. vt in dic. l. regia cauetur, & in illo titulo vide de materia hospitatorum, vel metatorum.

7 ¶ In tantum, quòd domini temporales † in suis villis, vel locis, non possunt se hospitare. de quo per Specul. conscien. in primo tracta. capi. 21. in princi. & in. §. 2. &. 3. &. 4. &. 5. vbi singulariter de materia hospitij. ¶ Et extende, quòd non solùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

lùm princeps debet hoſpitari, vt dictum eſt ve-
runetiam eius milites debent † gratis hoſpitari,
cùm acceſſerint ad locũ cum principe dũ mili-
tant, & in hoc hoſpitio aſsignãdo debẽt domini
domorũ diuidere domos in tres partes, quarum
vnã, & primam partem eligat dominus pro ſe,
quã maluerit, aliam ex alijs duabus eligat miles
quam maluerit, tertia dño reſeruata. ¶ Illuſtri-
bus autẽ viris medietas domus debet aſsignari,
licet hodie malè ſeruetur, vt eſt tex. in. l. in quã
libet. C. de Meta. & epedi. lib. 12. & ibi Barto. &
Pla. hodie eſt facta pragmatica quædam per no
ſtrã reginã Ioannam, vbi vide de modo hoſpitã
di, vbi dicit, q̃ ſolùm medietas domus debet aſ-
ſignari. & ibi vide pretiũ, quod debet ſolui pro
lecto, & de alijs pluribus circa hoſpitiũ, quamvi
de. ¶ Sed in electione dimidiæ domus dicit Ioã.
de Plate. in. d. l. quamlibet. q̃ æquitas, & iuſtitia
dictat, vt ille, cuius res eſt, ſucceſsione, emptio-
ne, vel cõſtitutione habeat in eius diuiſione fa-
cultatem eligendi: quam partem voluerit: &
hoc priuilegium habet dominus tunc, quia res
eſt ſua tunc, quia duæ partes domus ſibi reſer-
uantur, & ſic qui habet maiorẽ partẽ rei præfer-
tur in electione, vt ibi per eum. & plenius. in. l.
2. C. quando & quibus quarta pars debea. libro.
10. & ſic q̃ miles habet de tribus vnũ, & Domi-
nus domus, duas de iure antiquo, & ſic ſunt in
diſcordia, quia vterq;, vel neuter diuidere vult,
fortè ſorte dirimetur. vt in. dict. l. 2. C. quãdo &
quibus quar. part. debe. & ſi diuidens diceret ſe
ex tali diuiſione, vel electione deceptũ, non au
diretur. vt in. l. tranſactione finita. C. de tranſac.
ſecundùm Ioan. de Pla. in. d. l. in quamlibet. in
fin. quod nota. ¶ Milites autem in talibus hoſpi
tijs † non debent eſſe horribiles, nec ſuperbi, ſed
manere debent humiles: nec à dominis ædium
debẽt balnea poſtulare, nec luminaria, nec alias
res pro victo ſuo, vel equorum, nec recipere de-
bent etiam ab ſponte dantibus, aliàs puniũtur.
vt in. l. deuotum. & in. l. proſperum. & ibi Ioan.
de Pla. & Luc. de Pen. C. de metatis. lib. 12. & in.
l. 1. C. de Salga. eo. li. Nec dictiofficiales debẽt re
cipere, & vſurpare equos & animalia prouincia
lia. vt Pla. ĩ. l. 2. C. curſu. d̃ publi. li. 12. ¶ Adde tu,
q̃ cùm proficiſcitur rex, & hoſpitatur in aliqua
ciuitate, metati. i. apoſentatores, habent deputa
re † ſingulis militibus pro hoſpitijs domos, vt di
ctum eſt, & ſcribunt in ipſarum domorum poſti
busnomen eius militis, ſeu militum, quiillic ho
ſpitaturus eſt, vel ſunt. vt eſt text. in. l. 1. C. in. d.
titulo de meta. & epedi. lib. 12. & ibi Plate. & Lu
cas de Penna. & ſic vtitur. ¶ Et ibi Lucas de Pen
na tenet, quod ſi alicui eſt aſsignatum hoſpitiũ,
† & in illo eſt poſitum nomen ipſius, vel ſignũ,
fortè ſcutum ſuum, vt in aliquibus partibus ſo-
let fieri, & aliquis iſtud nomen, vel ſignum ſu-
ſtulerit, ſeu deleuerit, pœnam falſi incurrit: &
tanquam falſarius punitur. ¶ Quinimo ſecun-
dùm Ioan. de Pla. ibi, ſicut iudex poſt latam ſen
tentiam non poteſt amplius corrigere, vel mu-
tare. vt in. l. iudex poſtea. ff. de re iud. Ita nec mẽ
ſor † terrarum, domorum, vel alterius rei poſt
menſurationem, & declarationem ſuam. vt gl.
ibi. aliàs incidunt in falſum: quia aut primò be-
ne fecit, & falſò amouet, aut malè, & falſò fecit.
vt in. l. 1. §. ſi quis rationibus. ff. de falſi. tenetur
etiã ciuiliter actione in factũ. vt in. l. 1. ff. ſi men
ſor fal. mo. dixe. & ſic q̃ apoſentator, ſeu meta-
tor poſtquam hoſpitium alicui aſsignauit, non
poteſt poſtea mutare, vel alteri dare. * Et talis
metator (Hiſpanè apoſentador) regis debet aſsi-
gnare hoſpitium vnicuiq; ſecundùm officium
ſuum, & locum quem tenet: & iſte metator iu-
dicat ſuper contentionibus circa hoſpitiã ortis:
tenet tex. in. l. 15. tit. 9. part. 2. * ¶ Adde quoq;, q̃
hoc munus † recipiendi hoſpites, munus eſt rea-
le, & nõ perſonale, vt in. l. 3. §. munus hoſpitis. ff.
de muneri. & hono. & notat gloſſa. in. l. 1. C. de
epiſcopis, & clericis. ¶ Et à receptione hoſpitũ
nemo excuſatur, † niſi qui habet priuilegium
ſpeciale. vt gloſſ. ibi, in dicta. l. prima. ¶ Et nul-
lus debet impetrare priuilegiũ, † vt ſuæ domus
ſint immunes à munere hoſpitandi, vt vicinorũ
domus grauantur, aliàs contra faciens, punitur,
& caret impetratis. vt in. l. omnes. C. eo. titu. de
metatis. & epedi. & ibi Ioan. de Pla. vbi quoque
dicit, q̃ qui excuſat ſe priuilegio ab onere hoſpi
tandi, inueniet alios contra ſe eodem priuilegio
excuſatos, & ſic quod non vult dare de ſuo non
debet petere, alienum, & ille, qui impetrat tale
priuilegium, vel immunitatem hoſpites recipiẽ
di, punitur ad ſoluendã tertiam partem penſio-
nis domus eius hoſpitibus deputandæ. Qui ve-
rò impetrat, vt etiam ad ſolutionẽ penſionis di-
ctæ tertiæ partis non teneatur, punitur priuile-
gijs dignitatis, & ſi non ſit in dignitate, punitur
incẽtũ libris. aureis. vt Pla. ibi. vbi dicit, q̃ ibi eſt
caſus, in quo quis ſoluit penſionem de propria
domo, quod eſt propter eius culpam, volendo
ſe à hoſpitalitate excuſare. ¶ Attamẽ ab iſta ho
ſpitalitate excuſantur medici † ſacri palatij, & vr
bis Romæ magiſtri liberaliũ artium, & pictores
ingenij. vt in. l. archiatros. C. eod. titulo. de me-
tatis. ¶ Quoq; ab iſta hoſpitalitate excuſantur
prætoria, ideſt domus, vel palatia iudicũ ordina
riorũ, dũ ſunt ibi præſentes, & aliorum iudicũ,
quanuis maiorum, & ſuperuenientium. vt in. l.
cunctos.

cunctos. C. eod. titul. de quo ibi per Plate. & Lu
cam de Penna. & in. l. 2. titulo. 21. libro. 2. in ordi
na. regali. Aliæ quoq; perſonæ, & eorum hære-
des excuſantur. vt in. l. hac lege. C. eodem. tit. &
ibi Plat. vbi notat exillo text. caſum, in quo nõ
valet priuilegium & immunitatis hoſpitalitatis
conceſſum à principe, & tamen valet priuile-
gium hoſpitalitatis conceſſum per legem ſcri-
ptam in corpore iuris, vt ibi gloſſ. final. ¶ Idem
ab iſta hoſpitalitate excuſantur clerici, quia ſua
hoſpitia laicis non debent dari. text. in. d. l. 1. C.
de epiſcopis, & clericis. & in. l. 7. titulo. 21. libr. 2.
in ordi. regali. & in. l. 27. tit. 3. lib. 1. in ordi. regali.
& Plat. in. l. indictiones. C. de annonis, & tribu.
lib. 10. nume. 1. gloſſ. & ibi Abba. in capi. primo,
de immunit. eccleſia. ¶ Et in ſimili excuſantur
eccleſiæ, & monaſteria ab iſta hoſpitalitate. tex.
in. l. 11. tit. 2. lib. 1. in eiſdẽ ord. regali. aliàs puniun
tur, vt ibi. ¶ Quod fallit, niſi cùm rex, & regina,
vel infans ad locum venerit. vt in dict. l. 27. & in
dict. l. 7. * l. 91. tit. 6. part. 1. in fin. & ibi Grego. Lo
pez. * Et hoc ſi alia hoſpitia acta ibi non reperiã
tur, vel dum non ſunt hoſpitia laicorum. tenet
Bald. in. l. obſeruare. §. 1. ff. de officio proconſul.
& lega. ¶ Quoq; fallit in cauſa pietatis, quia ab
iſta pia hoſpitalitate clerici nõ ſunt immunes,
ſed ab hoſpitalitate oneroſa, & non pia. vt tenet
Bal. in. d. l. prima. C. de epiſc. & cleri. nu. 1. verſi.
tertiò nota. & facit text. in capitul. 1. de emptio.
& vendi. ¶ Quoque fallit in iucundo aduentu
principis. vt in. l. neminem. C. de ſacroſanctis ec
cle. & Abb. in. c. nõ minus. de immunitate eccle
ſiæ. col. 3. nu. 15. verſi. extraordinaria. ¶ Intãtum
ſupradicta ſunt vera, q̃ clerici ad hoſpitiũ nõ te-
nentur, niſi in caſibus ſupradictis, q̃ cõſuetudo
† in contrarium non valet, & rationem conſue-
tudinis laici vendicare non poſſunt ſibi ius ho-
ſpitandi in domibus clericorum, vel eccleſia-
rum. vt eſt text. & ibi Abba. in capit. 1. de immu
nit. eccleſi. nume. 4. & Innoc. ibi clarius. & in ta
libus non prodeſt conſuetudo, cùm eccleſijs ſic
oneroſa. capitul. 1. de conſuetu. ſecundùm Abb.
vbi ſuprà quod dicit eſſe notandum, vbi de ma-
teria hoſpitij. ¶ Adde quoq;, quòd pretia † ho-
ſpitationum poſſunt taxari à iudice. text. & ibi
docto. in. l. prima. C. de epiſco. audien. & tenet
Paris de Put. in. dict. tracta. ſyndica. in parte, iu-
dices ſuprema. folio. 154. numero. 19. & vide quę
dicam. in titulo. 17. in gloſſa. *razonables prendas*,
prima columna.

Prætorum Cap. IX. finis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus ordinarius non debet capere ſportulas. i. acceſſorias, ſed ſtipendio principis debet eſſe contentus.*

2 *Iudices ſalariati, vel literati, non debent accipere iſtas ſportulas, ſeu acceſſorias, vt proceſſus videant, aliàs officio priuantur, & percepta cum quadruplo reſtituant.*

2 1 ASſeſſorias. [a] Nota text. q̃ iudex laicus † ordinarius nõ debet capere ſportulas. ideſt acceſſorias, ſed debet eſſe contẽtus ſtipendio principis, tenet noſter papa Adrian[a] in quolibet. q. 9. charta. 93. litera. g. vbi in. 10. q. in princ. per totũ. & tenet Ioan. de Nauazi. in ſua Sylua nuptial. libr. 5. fol. 192. colum. 4. verſi. amplia ſecũdò. & gl. in. c. cũ ab omni. de vita & honeſt. cleri. & Corſet. notabil. ſuis in parte, ſportulæ. & tex. in. c. 40. infrà eod. & eſt tex. in. l. 13. tit. 16. lib. 2. in ordi. reg. & in. l. 16. tit. 15. eo. 2 lib. vbi habetur, q̃ iudices, † & correctores ſalariati, vel literati, nõ debẽt accipere ſportulas, id eſt acceſſorias, vt proceſſus videãt ſub pœna priuationis officij, & cum quadruplo recepta reſtituãt, ſed tãtùmodo in Arãzel cõtẽta percipere debent. Et idem in expreſſo tenet Bald. in conſili. 479. in. 4. vol. vbi ait, q̃ ſi iudex de publico habet ſalariũ, non poſſit talia recipere. per. l. 6. lege Iulianus. ff. ad. l. Iuliam, repetundarum. de quo vid. Laſ. in. §. tripli vero. Inſtitu. de actio. columna. 6. numero. 46. cum ſequentibus. Et in quantum Bartol. in authentica. de iudi. §. nec autem-colla. 6. verſi. de ordinarijs autẽ. tenet, q̃ iudices debent habere iſtas ſportulas pro ſe vltra ſalariũ quod

Prætorum.

TRoſi, que no lleuẽ: ni cõſientã lle

Caput. IX.

uar a ſus officiales aſſeſſorias, [a] ni viſtas de proceſſos por

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod habent à publico, siue loquamur in delegato principe, siue in ordinario, malè dicit, si est sua lectura. vt tenet dictus Ioann. de Nauazi. in dicta sua Sylua nuptia. vbi suprà.* Vi. suprà, in. ca. 1. in glo. *alas partes.* nu. 23. vbi iudices imperiti vel non salariati assumunt cõsultorem, seu assessorem expensis partium: & vi. Grego. Lopez in l. 2. tit. 21. par. 3. in glo. *deuan tomar consejo:* & vi. infrà. in. cap. 36. in glos. *firmada.* num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Iudices esse possunt correctores durãte officio contra suos officiales, & debent eos punire, licet non fuerint requisiti, si fuerint scientes.*
2 *Conueniri possunt iudices durante officio, si receperunt assessorias, regulariter autem est contra. nume. 3. & 4.*
5 *Si citatur iudex vt compareat finito officio valet.*
6 *Maiores magistratus conueniri possunt durãte officio.*
7 *Iudex delinquens in officio, potest conueniri eo durante.*
8 *Conueniri possunt iudices durante officio super contractu in eo facto.*
9 *Iudex submittens se alterius iurisdictioni, potest conueniri durante suo officio.*
10 *Conueniri potest officio durante habens dignitatem sine administratione.*
11 *Conueniri potest iudex durante officio in aliena patria.*
12 *Conueniri potest officio durante officialis perpetuus.*
13 *Conueniri potest iudex durante officio, quãdo imponitur pœna remotionis ab officio.*
14 *Conueniri potest iudex officio durante quando esset actio tempore peritura.*
15 *Cõueniri põt iudex durante officio quando facit aliquid contra iurisdictionem superioris.*
16 *Ex contractu venditionis celebrato per iudicem potest conueniri durante officio.*
17 *Pro debitis ante officium contractis potest iudex conueniri durante officio.*
18 *Quando principi placuerit, potest iudex officio durante conueniri.*
19 *Qui non est subditus, potest conuenire officialem durante officio.*
20 *Officialis potest conueniri officio durãte, quãdo ipse contra alium agit.*
21 *Si iudicium esset modico tempore duraturum, potest officio durante conueniri.*
22 *De voluntate ipsius iudicis potest conueniri durante officio.*
23 *Officio durante non potest iudex alium conuenire.*
24 *Instrumẽtum, quod habet iudex, an mittatur executioni durante officio.*
25 *Cedere an põt iudex iura sua officio durante.*
26 *Officialis perpetuus potest conuenire suum debitorem officio durante.*
27 *Officialis ad beneplacitum principis, potest conuenire durante officio suum debitorem.*
28 *Magistratus maiores, & minores, qui dicantur.*
29 *In omnibus casibus, in quibus iudex durante officio potest cõueniri, in eisdẽ potest agere.*

b **Los castigue.** b Nota casum, in quo correctores & 1 iustitiæ possunt, † & debent esse iudices contra suos officiales, & eos punire durante officio, vi. tex. in. c. 43. infrà eod. & vi. text. & Bartol. in. l. si quis forte. §. si quos. ff. de pœnis. & Pari. de Put. in tract. synd. in parte, potestas an posit. ¶ Alios casus posui suprà in. c. 3. in glo. 1. §. colũ. versic. & non solum de sua causa. vsq; in fine glossæ, quã per te vide. & Ioan. de Plate. in. l. præcipit. C. de Cano. larg. titu. lib. 10. nu. 3. & 5. vbi ait. q magistratus, vel officialis maior debet punire nefarios conatus, & delicta inferiorũ magistratuũ in officio delinquẽtũ. vt in. l. si quos forte. §. si quis. ff. de pœnis. quod dicit intelligendũ de aliis officialibus, præterquã de iudicibus ordinarijs, quorũ flagitia sunt principi referẽda, nõ puniendo. vt in. l. 2. ff. de offi. præfe. August. * Et idẽ tenet Boerius. decisio. 9. nu. 11. affirmans, q iudex põt suos fergentarios punire, & cum hoc transeunt doct. & Albe. de Rosat. in. l. omnes per illũ tex. C. de offi. recto. prouinciæ. & in. l. si quos. nu. 3. C. de offi. præfect. prætor. Oriental. & ibi refert sic vidisse de facto seruari, qui nimo actiuè & passiuè in officio, exercendo facti fuerunt sibi, excessus, vel ipse alijs fecerit, talis iudex cognoscit, vt ibi Boerius. numero. 14. & 15. cum seq.*

¶ Et

¶ Et extende q debet eos punire, licet nõ sit requisitus, si fuerit sciens, quia vtitur vtilitas publica. vt tenet dictus Plat. vbi suprà. quod nota, & vi. tex. in. c. 43. infrà eod. ¶ Quoq; nota hic casum, in quo iudex potest conueniri durante † officio, si recipit istas sportulas, idest assessorias. ¶ Quia regulariter est contra: quia of- 3 ficio durante † non potest cõueniri. text. in. l. 2. in principio. ff. de in ius vocã. & c. prohibetur. 2. q. 1. text. in. l. pars literarũ. ff. de iudicijs. glos. in. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. text. in. l. 11. tit. 1. parti. 7. & gl. in. l. 2. titu. 20. for. ll. lib. 4. in glos. *ni merino.* & Bartol. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui operis nũtia. 1. q. Quod intellige in maioribus iudicibus ordinarijs, secus est in minoribus magistratibus, quia isti bene possunt conueniri. vt ibi. & text. & glos. in auth. vt iudice. sine quo quo suffrag. §. sunt autem. colla. 1. & Plat. in. l. 1. C. de lucris ad uoca. libr. 12. vel nisi actio sit tempore peritura. vt in. dic. l. 2. ff. de in ius vocan. & tenet Plat. ibi. in. d. l. 1. quia tunc bene potest cõueniri. ¶ Quod 4 ampliatur, vt comparere non teneatur † officio durante q etiam non tenetur per procuratorem comparere, aliàs nullum esset eorum priuilegiũ fecũdũ Bart. in. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. ¶ Tamen ista regula limitatur, & 2. vt procedat, quando magistratus, vel iudex citatur vt compareat dum est in magistratu. secus si ci- 5 tatur † vt compareat finito officio, vel magistratu, dũ talis citatio cõferatur in tẽpus permissum quia in isto casu fallit. l. si tempus. ff. de hæredi. instit. sicut valet citatio die feriata. vt habetur per Bar. & alios in. l. 1. §. nũtiatio. ff. de noui ope. nuncia. & in. l. fi. C. de ferijs. Et istam limitationem ponit glos. in. d. c. prohibẽtur. & q. 1. & canonistæ in. c. legebatur. de maio. & obe. & facit text. in. l. si adulteriũ cũ incestu. ff. de adult. §. fi. ¶ Tertiò fallit in maioribus magistratibus, quia 6 † indistinctè conueniri possunt. l. nec magistratibus. ff. de iniurijs. ¶ Quartò fallit, nisi iudex de 7 linquat pendente † officio, quia tũc pro delictis cõmissis in officio potest conueniri. secundum gl. in. d. l. 2. ff. de in ius vocan. & l. nec magistratibus. & ibi Bartol. & est text. in. l. iubemus. C. ad l. Iuliam repet. & ibi glo. notabil. in verbo administrat. & ad hoc reputat eam singula. Roma. cõsil. 415. & facit text. in. c. sancimus. 2. q. 7. & glos. in. dict. ca. prohibẽtur. & Bald. in. l. mãcipia. C.

las sentencias que se dieren, & que sobre esto recibã iuramento de sus alcaldes, & que si no lo guardaren que los castigue: b y que esto aya lugar ansi mis-

de seruis, fugi. ¶ Et ideo si officialis, vel magistratus, pendente officio conueniretur de furto cõmisso in loco, & de barateria, & simonia pro officio obtinendo, de hoc bene potest conueniri. vt est tex. singu. in auth. vt iudices sine quo quo suffrag. §. si qs. colla. 2. quẽ ibi notat Angel. pro singul. & eum quoq; comen. Roma. in singu. 751. adde etiam text. solennem in. l. nulli. & ibi clarius Bart. C. quorum appella. non recipi.* Quod sequitur Alexan. & Phili. Decius in. l. qui iuris (dictiõi. ff. de jur. omn. iud. nu. 18. dicens q quando officialis delinquit in officio, vt quia accepit pecuniam pro administrando vel non administrando iustitiam dicitur barateriam comittere: vt Paul. Castr. cõsil. 154. & grauiter punitur vt in. l. iudices. C. de dignita. lib. 10. prout notat Angel. in. d. auth. vt iudic. sine quo. suffra inquiẽs, q in tali casu etiam durante officio potest conueniri & puniri à maiori & principali magistratu secundùm prædictos doctor.* ¶ Et facit, q officialis qui tenetur de barateria, punitur etiam durante officio. vt in. l. iudices. C. de dignitati. libro. 12. eodem modo punitur pro furto tenet in expresso Anton. Franc. in additio. ad Abb. in. d. cap. legebatur. de maio. & obe. in additione, quæ incipit, sine administratione. ¶ Et facit quod notat Bald. in tit. de pace constan. versicu. in nomine Christi. & Angel. in. l. 2. §. fina. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. vbi tenent, quod anciani possunt remouere potestatem durante officio, si nollet facere id, quod debet. & facit quod tenet glossa. & ibi Imol. 9. column. in. capitul. fina. de reseripti. vbi si delegatus Papæ delinquat, potest accusari coram ordinario, & punietur postea finito officio. & facit text. & ibi Abbas in. capitulo. fina. de statu mona. & Felin. in dict. capitul. legebatur. ¶ Ex prædictis apparet non bene dixisse glos. in. l. 2. ff. quod metus caus. in verbo, locum habere. quæ vult, quod etiam pro delictis commissis in officio non possunt magistratus conueniri, sed demum finito officio. quia Angel. ibi dicit, q iudices habentes merum, vel mistum imperium, & sic altam iurisdictionem, si reperiantur in expressa barateria, vel furto non possunt conueniri durante officio. Secus est in magistratibus habentibus basiam iurisdictionem, quia illa glos. & Ange. malè dicunt, vt patet ex prædictis. vt Ias. in. d. l. 2. de in ius vocan. ff. numero. 2.

¶ Quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 ¶Quinto fallit, nisi pendente † officio faciat ali quem contractum, quia de illo poterit conueni ri pendente officio. tex. est in l. interdū. §. 1. ff. de iudi. & in l. 2. §. legatis. &. §. omnes. eod. titulo. & hoc quando contrahere poteſt, quia regula riter est prohi-

bitus. vt in l. nō licet. ff. de con-

mo aunque los ta-

tra. empti. nisi in septem casibus, de quibus per Alexand. & Iaſ. in l. principalibus. ff. si cert. peta. vt posui, & plures alios supra in c. 2. in gloſſ. *de mercaderia*. ¶Sexto fallit, nisi iudex pendēte
9 officio se submittit † alterius iurisdictioni. text. est in l. receptū. ff. de iuri. om. iudi. & facit text. in c. nos incompetēter. 2. q. 7. vt tenet iſtas duas proximas limitationes Anto. Frācisc⁹ in additio. ad Abba. in. c. aduersus. de immunita. eccleſi. in additione, quæ est in. nu. 14. verſic. an aūt. Hinc est, quòd posit conueniri citatione non actoria, puta ad defendendum proceſſum ſuum ſuper inquiſitionem. vt Felin. in. d. c. legebatur. & in. c. dilectus. de reſcriptis. ¶Septimo fallit in
10 habentibus dignitatem ſine † adminiſtratione, vt ſunt Comites, & Marchiones, Duces, & Reges: quia iſti proculdubio poſſunt conueniri, vt in l. 2. C. vbi ſenato. vel clari. ſecundum Bartol. in. d. l. nec magiſtratibus. ff. de iniuri. & doctor. in. d. ca. legebatur, ſed tu dic, quod melior ratio est, quia habent officium perpetuum. ſecūdum Iaſ. in. d. l. 2. ff. de in ius vocan. nu. 3. ¶Octauò fal
11 lit † in aliena patria, quia ibi bene poteſt conueniri. ſecus est in loco ſui magiſtratus. gloſ. in. l. ſi preſens. C. de epiſc. audien. ſecundum Iaſo. vbi ſuprà. Quod intellige q̄ poteſt conueniri in aliena patria de delicto, vel contractu, dummodo ſit talis cauſa, quæ poſſit agitari per procuratorem. ſecundum Alber. in. l. ſenatus. ff. de offic. præſi. prout declarat dictus Anto. Fran. in additio. ad Abba. vbi ſuprà: quia in ciuilibus poteſt pro debitis alibi contractis temporalis & perpetuus officialis officio durante conueniri. tenet Angel. in. l. 2. C. de adminiſtra. tuto. & Zachar. in additio. ad eundem Abbat. in. d. c. legebatur. *Et vi. Boerium. deciſione. 11. nu. 2. vbi idem tenet aſſerentem, q̄ licet maior magiſtratus non poſsit conueniri in ciuitate in qua est magiſtratus, vt in. dic. l. 2. ff. de in ius. vocan. tamen in alio loco domicilij ſui in quo non gerit magiſtratū bene poteſt conueniri per. d. gl. in. d. l. præſens. C. de epiſco. audi. quam ſequuntur doct. ibi re-
1 mortẽ personaliter condẽnari ponit.77.Bonifaci[us] de Vitali.in suo opere maleficiorũ.in rub.quib[us] de causis qs possit ad mortẽ vel in mẽbro cõdẽnari.vbi per eũ sing. Et quo q;.Bal.ponit quasi istos & alios in.l. data opera, 3.col.nu.9.C.qui accusare nõ possunt. ¶ Vbi dicit, q delicta cõmittũtur quatuor modis.f.facto, dicto cõsilio,& scriptura.vt in.l.ex maleficis.ff. de actio.& oblig.& per legẽ nominatim imponitur pœna mortis in casibus,vt ibi p eũ. Alios ponit ipsemet Bal.in. c.1.§. iniuria punitur de pace iura.firmã.in vsi.feu.nu.8.&.9. ¶ Et vide tu Guiller.Bout.i tomo.15.tract.fol.177. vbi enumerat. 49.casus,in qbus pœna mortis specificè à lege est ímposita

imposita & quia pauci hos tractat[us] habẽt,sunt q sequũtur. ¶ Lapidãs chrianũ odio nominis Christi.l.1.C.de iudaeis. ¶ Qui virginẽ rapit.l.1. C. de rapt.virg.&.l.3.tit.2.part.7. ¶ Qui idolis sacrificat.C.de sacr.l.1. ¶ Qui officia diuina turbat.l.si quis in hoc genus.C.de epis& cleri. ¶ Qui contra naturã luxuriatur.l.cum vir. C.ad.l.Iuliã.de adult. ¶ Qui sciẽter se rebaptizauit.C.ne sacrũ bapt.reit.l.2. ¶ Qui in silice signũ crucis sculpit.l.1.C.nec lice.sign.sal. ¶ Qui emit muricẽ,& tingit purpurã.C.quæ res vend. non pos.l.1. ¶ Qui muros ciuitatis violat.l.fi.C. de re rũ diui. ¶ Proditor principis.l.quisquis. C.ad. l. Iuli.maie. ¶ Parricida.l.1.C.de his q parẽ.occide. ¶ Homicida occidi debet.l.3.C.đ epis.au.& apocaly.c.13.c. scilicet. septupli. vt in. c.11. supra eo. ¶ Frãgẽs pacẽ iuramento firmatã.c.1.§.si quis.de pace iura.firm. ¶ Cõcitãs populũ,dicẽdo, viuat, vel moriatur.l.1.C.de seditiosis. ¶ Si seru[us] domiñ,pdit.l.capitaliũ.§.igni.ff.de pœnis. ¶ Seruus dominã vitiãs. l.1.C.de mulier.quæ se ,pprijs seruis.supp. ¶ Adulter.l.quãuis adulterij.C.ad.l.Iul. de adul. ¶ Cõmentariẽsis,qui reũ mortis emisit. l.ad cõmẽtariensem.C.de custo.reorũ. ¶ Faciens priuatũ carcerẽ.l.1.C.đ priu.carceri. ¶ Erigẽs furcas ,ppria authoritate.l.3.§.fi.ff.ad l.Iulia. maie. ¶ Miles sociũ cõmilitonẽ feriẽs.l.omnẽ delictũ. §.fi quis.ff.de re milita. ¶ Qui in præpositũ domini, vel capitaneũ manus intulit.d.l. oẽ.§. qui manus. ¶ Iudex, qui pecuniã publicã subtraxit Instit.de publi.iudi.§.si lex. ¶ Miles qui fugit in bello integra acie.d.l.omne.§.qui in acie. ¶ Qui maius sacrilegiũ facit.l.sacri.ff.ad.l. Iuli. peculã. ¶ Si actor castaldio.vel procurator subiectũ deprędabit.l.vniuersi.C.vbi causę fiscal. ¶ Qui monetã falsificauit.l.fin.C.de fals.mone. ¶ Mulier, quæ se animali bruto subiecit.c.mulier.15.qõ.1. ¶ Qui incendiũ facit.l.qui ædes.ff. de incen.ruinaufra. ¶ Cõfugiẽs ad hostes.l.si qs aliquid.ff. de pœnis. ¶ Fautores seditionis.l.fautores. eod. tit. ¶ Patriæ ,pditor.C.de abolitio.l.fallaciter. ¶ Latro in itinere,vel nemore deprædãs.l. capitaliũ. §.crassatores.ff.de pœnis.fur famosus.ead.l.§.famosos. ¶ Tutor corrũpens pupillã.l.1.C.si tutor eã.& cus. ¶ Qui man[us] in se infert. l. si qs aliquid. ff.de pœnis. ¶ Miles turbator pacis.l.fin.ff.de remili. ¶ Qui fulsit hostes,& eis vendit arma. ¶ Tenens puellam in lupanari.vt in authen. de leno. collati. 6. ¶ Homines castrans.l.1.C.de eunuch. ¶ Qui effracto carcere fugit.l.prima.ff. de effracto.carce. ¶ Miles custos, qui captiuum dimis-

el culpado merezca pena de muerte, [b] so la dicha pena.

sit.l.si quis aliquid.§.miles.ff.de pœnis. ¶ Qui pregnantem necat. l. si quis aliquid. §. abortionis.ff.de pœnis. ¶ Author aggressiuræ & violẽtię vbi cædes facta est.l.quoniam.C.ad.l.Iuliam de vi.publi. ¶ Recipiens malandrinos.eod.tit.l. prima. ¶ Miles,qui ne pugnet, debilem se fingit. d. l.omne delictũ. §.continuũ. ¶ Iudex matrem familiàs in publicum vocans.C. de offi.diuerso iud.l.prima. ¶ Qui ripas defluit. C. de nili.agge.non rump. ¶ Scribẽs falsum immunitatis in trutinã mẽtũ.l.1.C.de immunit ne.cõced. lib.10. ¶ Tu adde vnum mẽti tenendũ, q principes populi adorãtes falsos deos, suspendũtur in patibulis cõtra solẽ. ¶ Et ita põt dici, q principes,& reges hostiũ si deprehẽdũtur,debẽt suspẽdi in patibulis,sed vltra eundẽ diẽ nõ debẽt morari.vt habetur Num.c.16.& Deut.c.10.& Ios.c. 9. ¶ Ex quo apparet sẽdm eundẽ Bal.q schismatici,q adorãt falsam ecclesiã,si in bello capiũtur, debẽt furca suspẽdi.qđ nota cõtra istos Luthera nos nr̃i tẽporis. ¶ Alius casus est in eo,q tãgit, & resonat,seu repicat cymbala sine iussu prætoris. vt in.l.5.ti.10.lib.4.in ord.reg. de quo per Abb. in.c.fi.de tellibus cogẽd.nu.4.& Ang.in.l. nulre.C.de decurio.lib.10. ¶ Alius est in eo.qui vulnerauit aliquẽ p insidias cõsilio,vel locutione,licet vulneratus nõ moriatur.vt in.l.2.tit.13.lib.8. in ordi.rega.& tenet Pla.in.l.semel.C.de re militi.lib.12.in fi.& vide Montal.in.d.l.ordi. in parte,occidẽs.& in.l.2.tit.*de los homezillos*.libr.4. foro.ll.& in.l.8.tit.5.eo.foro.libr.1.in gl.fi. ¶ Alius est si custos carceris cognouit captã. Ioã.Fab.in. §.itẽ lex Iulia.Instit.đ publ.iudi.nu.5.& Mõtal. in suo reper.ll.ord.in parte custodes carceris,qđ habet locũ,etiã si capta sit meretrix.vt doct.del Cast.in.l.62.de Toro in gl.fi.in fine & Hipp. de Marsi.in.l.1.ff.ad.l.Corne.de sicar.nu.8.quia punitur,ac si accessisset ad honestã.& Gui.pap. fingu.689.§.cõmentariẽsis.& decisiõc.448.& latè Par.de Put.in tracta.syndica.in parte,adulteriũ officialis.foli.43.& Pau.Grill.in tract. de pœnis omni fari.cohit.versi.13.*Et vi.quæ dixi infrà.in ca.47.in gl.*mandata publica*.nu.6.in fi. *¶ Ali[us] est in mãdante fieri assassinamento,quia licet mors non sequatur, tenetur pœna mortis.text. & ibi Mõtal.in.l.2.ti.27.par.7.& in.c.1.de homi.in.6. & tenet Augusti.in additio.ad Ange.de malefi. loquendo in assassino.in parte,& Sempronium Rodul.manda.versi.& bene nota.nu.4. ¶ Quod intelligo,quãdo mãdatarius peruenit ad actum

Universidad de Deusto
Biblioteca

occidẽdi.vel percussit,seu vulnerauit animo occidendi,quia tunc mãdãs,& mandatarius puniũ tur,quia facere videtur.l.si mandat.ff.de solu. secus autẽ si non peruenit ad actũ.vt tenet Bonifacius de Vitali in.d.tract.malefi. in parte quid sit accusatio.versic. corã vobis & cus.v.syndicus & syndicario nomine.nu.110. ¶Et additionatoribi dicit,q debet puniri pœna ordinaria:quia vbicũ q; mãdatũ habetur pro perfecto in se, tunc tale mandatũ punitur pœna ordinaria,acsi delictum principale fuisset cõmissum per tex.in.c.pro humani.de homi.in.6.¶Cõtrariũ tñ tenet Bar.in.l. sed si vnus.§.seruus meus.ff. de iniurijs. & Paul. de Cast.in.l.si per aliũ.ff. ne quis eum qui in ius voca.quia qui mãdat aliquid fieri,non dicitur vere facere, sed interpretatiuè.l.1.§.deiecisse.ff. de vi.& vi arma.in gl.in verb.videtur.& Bar.ibi. & ista est cõmunis opinio secundùm Alex.in cõsi. 65.in vol.4.col.2.nu.13. vbi in dict. consilii.istam q.altercat.& in specie,q in mãdante cõmitti homicidiũ nõ cõprehendatur pœna statuti punientis homicidas in terminis.tenet Bal.in.l. nõ ideo minus.C.de accusa.10.col.versi.ego reuertor. & Alex.in.d.consi.nu.17.quia mandatũ non est licitũ.& ideo ille qui fecit non fecit de necessitate legali,quia rei turpis nullum est mandatũ, tunc ille,qui mandat,verè non facit sed interpretatiuè.¶Attamẽ dicit,q Bar.in dict.l. sed si vnus.§. primo.ff.de iniuri.concludit,q aut verba legis, vel statuti sunt scripta in rem,aut in personã, si in rem, vt quia statutum dicit pro homicidio sit pœna capitis,& tunc punitur eadẽ pœna mãdãs, aut sunt scripta in personã, quia dicit,si quis occiderit,& tunc statutũ non cõprehendit mãdantem,& ita idem determinat Bar.in.l.aut quia licet.§.fi.ff.quo vi aut clam.& in.l.hęc verba.ff.de adult.& cũ ista opinione transit Alex.in dict.cõsilio de quo per eundem copiosissimè in.l.3.§.si procurator.ff.quod quisq;iure.& in.l.Gallus.§. quid si.ff.de libe.& posthu.sed hoc intelligit in mãdante delictũ fieri sine pecunia, & tunc licet non puniatur,est verũ pœna ordinaria. Sec° alia pœna:quia tunc arbitraria pœna punitur. tenet Bar.in.l.nõ solùm.§.si mandato.ff.de iniuri.,put tenet dictus Additionat.ad dictũ Bonifacium de Vitali.vbi suprà.¶Sed secus est in mandãte, & dante pecuniam,vt delictum fiat,& sic in assassinatu:quia si processum est ad actum,punitur ordinariè, vt dixi,mandator,& mandatarius. vt tenet Angel.in tracta.malefi.& ibi Augusti.in additio.in parte,& Sempronium Rodulph. mandatorem.versi.vnde Saly.num.6.quinimo dicit ibi Augusti.in additione,quæ est in num.7.versi.quæro secundo. Quod mandans punitur pœna ordinaria delicti, licet delictum nõ sit postea secutũ post mãdatũ,q dicit esse speciale in assassino,vel quia facto illo mãdato delictũ erat perfectũ,nimirũ si puniatur pœna ordinaria,ac si delictũ principale esset cõsummatum secundùm Ioan.Andr.in regula.in pœnis,de regu.iur.in.6. in mercuria.& sic infert Aug.vbi suprà quodvbi mandatũ habetur pro delicto perfecto in se, tũc tale mandatũ punitur ordinariè, ac si delictũ esset consummatũ & aliter ad dictũ.c.pro humani.non possumus fugere.Tamẽ dicit q cõtrariũ tenet Dy.& Ang.& Ang.in.l.itẽ apud.§. si cura uerit.ff.de iniuri.vbi dicit,q si in assassinamẽto homicidiũ non sequitur,non punitur mandans. Quod dicit Augusti. verũ, q non puniatur tanquã de homicidio sed pœna extraordinaria, vt ibi per eum.Sed ego nõ deuiarẽ à texr. si adactũ fuit processum:quia vt tenet glo.in.d.c.1. de homi.per ipsum mãdatũ est delictũ cõsummatũ & perfectũ nõ mirũ si puniatur ordinariè propter delicti enormitatẽ,licet dicat Aug.in.d.additiõe allegãdo Ange.in quodam cõsilio,q bene faciet priceps,si cõmutet illã pœnã mãdatis fieri assassinamentũ in pecuniariã,licet assassinus debeat de capitari,ex quo delictũ nõ est cõsummatũ,& mors nõ est sequuta.Et etiã si cogitabit, & aliqd egit,sed nõ pfecit,punit:& in isto casu assassinat° nõ ꝓdest pœnitẽtia,sed punit criminis cõsciẽtia.secdm Domi.ibi in.d.c.1.fi.col.vers.gl. in verbo,mãdauerit.& dicit esse nouus casus. ¶Ali° casus,in quo punitur criminis cõsciẽtia est in hæretico.vt in.c.ad abolẽdã.de hęreti.& in.c.excommunicam°.§.credẽtes.¶Ali° in crimine læsę, maiest.vt in.l.siqs.C.ad.l.Iuli.maie.¶Aliusin cõciẽte sibi mortẽ.ff.de bonis eorũ.l.3.primo respõso. ¶Aliusin extrahẽte de ecclesia fugientẽ ab illa. C.de his,q ad eccles.cõfug.l.fi.§. sicubi quia in istis casibus secdm Domi.in.d.c.1.non excusat qs à pœna tẽporali,quantũcũq; pœniteat,est tñ locus pœnitẽtiæ spirituali,& reconciliatione diuina,secũdùm eũdẽ.¶Quinimo in probatione huius delicti assassinatus nõ requirũtur exactę probationes,sed sufficiũt,ꝓbabilia argumẽta secdm Domi.in.d.ca.1.de homicid. col.4. & hoc credo propter horribilitatẽ istius delicti. ¶Intantũ,q si clericus cõmittit tale delictũ assassinatus, põt puniri per iudicẽ secularẽ ablq; aliqua degradatiõe,qa est diffidat° à iure canonico. vt in. d.c.1. & diffidati ꝓ ius canonicũ,videnꝫ degradati ipso iure.qd ẽ mihi notãdũ secdm eudẽ Domi.ibi i fi.

SVMMARIVM.

1 *Pactum an possunt correctores facere cum suis officialibus super iura,& expensas.*

No

a NO arrendara.[a] Quod hodie malè seruatur,licet hic, & in prouisionibus officiorũ caueatur, q ista non locent correctores isti cupiditate capti. contra istum tex. & suã cõsciẽtiam aliter faciunt, quia sæpe de his iuribus & expẽsis pactũ faciunt cum suis officialibus, maximè cum algazelis,& executoribus: & hac de causa i istis officijs subrogãt personas viles, pauperes, & miserabiles, qui non audẽt iussa sua executioni mãdare, nec rectè, nec cũ honore officia sua exercent: quod quidẽ pactum aliquando volũt facere cum suis locũ tenẽtib°, maximè cum paruis,& insipiẽtibus literatis, & fauore carentibus. *Vi.quę dixi. supra.ca.4.in gl.*escoian. & in ea.i.in.glo.*fici.* nu.42. in additione.*¶Attamen in cõsilio regali video dimittere sine punitione tale pactum factum cum algazelis,& credo esse propter iura decimarum,quæ ex executionibus percipiunt, quia aliquando sunt in magna quantitate: & si isti algazeli omnia integra reciperent,essent sibi vtilia,quam correctori suum officium correctoriæ. Et pro ista dissimulatione procerum regalij cõsilij facit, q locatiõis appellatione in statuto non cõprehẽditur locatio mista faciẽs trãsitum in aliũ cõtractũ vẽditionis,vel pacti,vt tenet Alex.in cõsi.28.vol.4.nu.3.per.l. sicut emptio.§.

Prætorum. Cap. XVI.

ITem que el dicho assistente, o gouernador, o corregidor no arrẽdara,[a] ni cõsintira arrẽdar los officios de alguazilazgo, ni el de las entregas, ni carcel, ni almotazenagos, ni los plazos, ni alcaldias, ni mayordomias,ni scribanias, ni otros officios q̃ tuuiere por respecto de su corregimiento directe ni indirecte, so pena que pague lo q̃ansi lleuare con otro tanto para la nra camara.

1.ff.locatio.& per alia iura, vt ibi per eũ. Et facit quod q; quia vbi causa requiritur ad exẽtiã actus, nõ sufficit illã haberi pro subsistẽte, nisi verè eã subsistere probetur.vt tenet Alex.in cõsi.27.eo. li.nu.10.per tex.in.l.si fortè.ff.de castrẽ.peculi. Tñ tex.noster disponit cõtrariũ, quia non possunt ista officia locare,nec pactũ super ea facere, in quãtũ dicit directè,ni in directe & in hoc declaratio regia esset necessaria, maximè in pactis factis cũ algazelis,quia fit contrariũ,vt dictũ est & in locũ tenentibus melius aliqñ seruatur, & iubetur custodiri per pragmaticam factã per nostrũ Principẽ Philippũ nomine sui patris regis Caroli,incurijs q̃s habuit Vallisoleti anno.1548. petitione.40.& in petitiõe.60.In eiusdem curijs extẽdit hoc ad dominos villarum, & locorũ, vt non possint locare officia hic contenta in nostro tex.quod est optimũ, quia sæpe domini tẽporales & quotidie locant dicta officia,quod est contra ius.*Imo algazellus officium arrendans, vel arrendatum recipiens ab officio,inhabilis efficitur.l.16.tit.14.lib.2.ordi. & Peregrin. in part. algazellus in fin.& in parte officium. colum.3.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum,seu lex debet esse honesta, & omnibus communis.*

2 *Statum continens iniquitatem,an sit nullum.*

3 *Statuta collegiorum potestas tenetur seruare, nisi sint contraria iuri communi, vel municipali illius loci.*

4 *Statutum ꝑ speciale prævalet generali.*

5 *Statuta,quæ non sunt bona,potestas ea non tenetur seruare,etiã si iurauit statuta ciuitatis.*

6 *Statuta iudex non seruans ex iusta causa, vel euidenti vtilitate publica, non tenetur de hoc in syndicatu.*

7 *Statuta quæ sunt contra libertatem ecclesiæ iudex non tenetur seruare.*

8 *Statutum prohibẽs alienationem fieri in ecclesiam, vel clericum,an valeat.vi. hic late.*

9 *Statutum laicorum, an comprehẽdat clericos.*

10 *Episcopus inter laicos obligatur ad obseruãdũ statuta laicorũ,si sunt rationabilia, bona, & æqua.*

11 *Si statuto laicorum cauetur,quod si quis vẽdidit frumẽtum,soluat duos denarios pro libra, vel si dicat,quod nullus retrahat victualia ex*

Universidad de Deusto
Biblioteca

districtu, an sub eo comprehendantur clerici.
2 *Statutum laicorum, quòd animalia clericorũ, vel ecclesiarum à suis pascuis arceantur, an valeat.*
3 *Si per statutum subditi prohibẽtur acquirere, an comprehendantur acquirere volentes ab ecclesia.*
4 *Statutum, quòd consanguinei clericorum nõ emant non valet.*
5 *Statutum factum in fauorem clericorum, vel ecclesiarum, non potest reuocari.*

a 1 BVenas. [a] Nota text. q̃ statutũ, † seu lex debet esse rationabilis, honesta, & omnibus cõmunis. vt in.c. erit autẽ lex. 4. distinct. & ideo dicit Bartol. in.l. omnes populi. ff. de Iusti. & iur. quòd statutum † iniquitatem continens, est nullum ipso iure facit text. in. cũ omnes. de cõstitu. ¶ Sed dicit Alexã. in.l.i. ff. quod quisq; iur. n. 4. q̃ licet sit iniquũ valet per l. prospexerit. ff. qui & à quibus. etiã si dolus in eo interueniat. vt. in. l. 2. ff. eod. quod quisq; iuri. & Felin. in. d. c. cũ omnes. 2. colum. & idem tenet Ias. in. d. l. i. nu. 5. dicẽdo, q̃ valet, donec per superiorẽ corrigatur, secus si est impossibile. ¶ Et facit. l. fi. ff. de collegi. illici. vbi tenet, q̃ potestas te
3 netur seruare † statuta collegiorum, nisi sint contraria iuri communi, vel municipali illius loci, prout tenet Gandi. in suo tracta. malefici. in parte, de obseruantia statutorum, nu. 8. & debet seruare q̃n publicè interest ea seruare. vt Bart. in. l. nauiculatiorũ. C. de nauicul. lib. xi. & tũc debet seruare ad cortice, & vsq; ad tenorem eius, secũdum Bald. in. l. i. C. vnde vir, & vxor post principiũ. nu. 2. per. l. quidã in filiũ. ff. de verb. oblig. & sufficit seruare illud, quod statuta volũt. vt gl. in l. 2. C. de iure domi. impe. & glo. & ibi Bald. in. c. quoniam frequenter. §. q̃ si super. in fi. vt lit. nõ
8 contesta. tenet q̃ assessor statutis municipalibus debet inhereri. quod dicit notandum. ¶ Intantũ potestas tenetur seruare statuta, q̃ nõ valent rescripta, & impetrationes, quas faciunt aliquæ potestates terrarũ, vt habeãt arbitria super malefitijs in loco cõmissis, vel dum impetrant absolutionem ab statutis contra formã ipsorum statutorũ super hoc loquẽtiũ, quia esset cõtra publicã vtilitatẽ, & cõmodũ publicũ. vt tenet Ioan. de Plat. in. l. vnica. C. de pistori. libr. xi. imo dicit, q̃ nõ debet pati rector ciuitatis aliquid cõtra. l. ciuitatis fieri. C. de iure reipubli. l. i. eod. libr. ¶ Sed si
4 in eodẽ volumine reperitur generale, † & specialẽ, semper sequẽda sunt statuta specialia. vt tenet Bal. in. l. cohæredi. §. qui patrẽ. ff. de vulgar. & pupilla. ¶ Et si statuta nõ sunt bona etiã si potestas
5 † iurauerit seruare statuta ciuitatis, & cõsuetudines, nõ tenetur seruare, nisi laudabiles, & prescriptas, secundum Inno. in. ca. dilecti. de maior. & obedi. & Ange. in. d. l. omnes populi. in fine. & Gãdi. vbi suprà. nu. xi. vbi ait, q̃ si sunt mala, & iniqua, si non vult, nõ tenetur seruare, etiam si iurauerit. vt. ff. de pactis. l. cõtra iuris. §. q̃ ipsũ. & in concordantijs in gl. ibi posita, in verbo, nisi in casib⁹ facit tex. in. c. i. de iur. in. 6. & in. c. quintauallis. eo. tit. & l. si iura. ff. de operis liber. & in. l. fidei. §. quãquã. ff. de lega. 3. ¶ Quinimo si
6 ex iusta causa, † vel euidenti vtilitate publica potestas, vel iudex nõ seruat statuta, nõ tenetur & de hoc non possint syndicari. vt Cataldi. in tract. syndicat. qõ. 24. ¶ Et multò minus tenetur, imò
7 nullo modo debet seruare statuta, † si qua sunt contra libertatẽ ecclesiæ cum ipsa nulla sint ipso iure. vt in auth. cassa. & irrita. C. de sacro sanct. ecclesijs. & tenet Bar. in. l. de quibus. de legi. ff. nu. 5. & Alex. ibi in addi. secus si sunt in eius fauorẽ, quia tunc debet ea seruare. tenet Abb. in. ca. i. de iura. calũ. nu. 3. & hinc dicit Bart. in. l. filius familias. §. diui. ff. de lega. i. nu. 12. & Alex. ibi. nu. xi. q̃
8 non valet † statutum prohibens alienationem fieri in clericum, quia est contra libertatem ecclesiæ, vt in. d. auth. cassa. & ista opinio, & sequaciũ q̃ nõ ligentur clerici, nec ecclesiæ, dicit vera Alexã. ibi. nu. 12. & tenet Anto. de Butri. in. c. tua. el primero. per illum text. de decimis & Abb. in. c. à nobis. el primero. de sent. excomunu. ¶ Bal. tñ. in. c. clerici. de iudicis. & in. c. quæ in ecclesiarum de cõstitu. col. 2. tenet cõtrariũ, dicẽdo, q̃ tale statutũ liget clericos, & ecclesiã: quia quilibet priuatus pot̃ imponere legẽ rei suæ, ne trãseat in ecclesiã. l. si ita quis. §. ea lege. cũ gl. ff. de verb. obli. multo fort⁹ debet hoc posse statutũ: & qa istud statutũ fuit edictũ propter cõmune bonũ. s. ne

Prætorum. Cap. XVII.

TOsi, que vean las or denãças de la dicha ciudad, o villa, o partido que fuere a su cargo, y las q̃ fuerẽ buenas, [a] las guarde, y haga guardar. Y si viere que algunas ordenanças se deuen

bona transeãt ad ecclesias, de quibus bonis non possunt postea alienare pro necessitatibus reipublicæ. vt in authẽ. Itẽ nulla cõmunitas. C. de episcopis & cleri. c. non minus. de immunita. eccle. ita etiam tenet Bal. in repeti. l. cunctos populos. C. de summa trí. & fid. catho. no. col. & respondit ad. l. fi. C. de sacro. eccles. s. q̃ ibi cõceditur priuilegium ecclesiæ post cõtractũ factũ cũ ecclesia, nã tunc est priuilegiata in acquisitiõe dominij. Sed quando cõtractus non est validus, vt in casu nostro propter statutũ annullandũ tunc non habet ecclesia priuilegium, ergo statutum nõ videtur contra libertatem ecclesiæ. ¶ Sed ista opinio Bal. secũdũ Alex. vbi. suprà videtur cõfundi per tex. in. c. fi. de immunit. eccles. libro. 6. Et Ioan. Andr. ibi in nouella & per. d. Abb. in. c. relatũ. de testa. per Cardi. in repe. c. perpendimus. de sent. excõmu. per Alber. in. 2. parte statutorũ. q. 2. vbi per. 8. col. & per Bal. in. §. si clientulus. in. 3. colũ. de aliena. feudi. & tex. & ibi doct. in. ca. ecclesiæ sanctæ Mariæ. de constitu. & expressus in rubrica de statutis, & cõsuetudi. in vsi. feudo. in parte. Itẽ nulla. & tex. in. l. 2. tit. 9. par. i. & istam opinionẽ tenet Mõtal. in. l. i. tit. 5. for. ll. libr. i. in gloss. *siempre*. versi. Itẽ facit ad illã quæstionẽ. vsq; in fine. ¶ Et quia dum essem iuuenis anteaquã Alexã. viderim in patria mea, quæ Mõbeltrã vocatur, hæc quæstio euenit ex parte illius villæ, vbi est dictũ statutum, & fuit oppositũ cõtra dominũ Franciscũ de Gala archidianum Ciuitatensis, beneficiatum illius loci, q̃ ille dominus archidiaconus non poterat emere possessiones, & fuit lis diu disceptata, & ex parte domini Archidiaconi sequentia de iure allegaui. ¶ Omnipotentis Dei postulato suffragio in supradicta. q. sequentia censeo dicẽda, atq; tenẽda. Et primum, quòd tale statũ sit nullũ, & domini tẽporales, qui prohibent subditis, ne prælatis, aut clericis, seu personis ecclesiasticis quicquam vẽdant, aut emãt, ipso facto sunt excõmunicati. vt in. d. ca. eos. de sent. excõmu. in. 6. & in. c. nouerit. de sent. excõmu. & vtrobiq; docto. * Et tex. in. l. 19. tit. 9. par. i. vbi singulariter disponitur, quòd domini temporales in præiudicium prælatorũ cõtra ecclesiasticã libertatẽ, non possunt statuere vetando q̃ eis vel hominibus suis nil vendatur, seu emant, nec coquant in suis furnis, nec molant in molendinis, nec deambulent per plateas, nec extrahãt aquam ex fontibus, nec scindant ligna in montibus suis, nec alia similia possunt prohiberi clericis. * Et de iure ciuili secũdũ Federicũ imperatorem ipse irrita nũciat omnia statuta, & cõsuetudines, quæ ciuitatis vel loca, potestates, cõsules, vel quæcũq; aliæ personæ cõtra libertatẽ ecclesiæ, vel ecclesiasticas, personas edere, vel seruare aduersus canonicas, vel imperiales sanctiões præsumpserint, & eas de capitularibus suis mandat aboleri penitus: & si de cætero similia tentauerint, ipso iure sint nulla, & rectores priuãtur sua iurisdictione, & superiori applicatur, & vltra mil de marcas soluãt: & dicti potestates, consules, rectores, statutarij, & scriptores dictorũ statutorũ, nec non cõsiliarij locorũ sunt ipso iure infames, prout tenet dictus imperator Federicus in tituli. de statutis & cõsuetudi. contra liberta. eccles. & tex. in. d. authẽ. cassa. & irrita. & Bar. in. l. de quibus. ff. de legi. nu. 5. & in repeti. nu. 30. & text. in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõstitutio. & ibi docto. tex. in. l. i. tit. *de los prelados* lib. i. in ordi. rega. & gl. in. l. i. tit. 5. for. ll. lib. i. & sic quòd tale statũ est nullũ. ¶ Etiam si tale statutum non dicat expressè, quòd non emãt clerici, sed etiã si dicat, quòd ne quis vendat, vel donet, vel alienet bona immobilia non existenti in iurisdictione statuẽtium, quia tale statutum non comprehendit donationes, vel alienationes factas clericis, vel ecclesijs, quia si comprehenderentur, esset indirecte contra prædictam libertatem ecclesiasticam, & non valet. vt tenet in expresso Abb. in. c. cũ sicut. in fine. de eo qui mit. in posse. cauf. rei seruã. & idem Abb. in. ca. ecclesia sanctæ Mariæ. el primero. vt lite pẽ. nu. 2. vbi tenet, quòd cõstitutio laicorũ etiam generaliter disponens, licet nõ tendat cõtra ecclesiasticam libertatem, nõ debet extendi ad ecclesias, seu bona ipsarum. Et idẽ est dicẽdũ de bonis clericorũ secundum Abb. ibi cõtra Bar. in. d. l. cunctos populos: qui cõtrariũ tenet nu. 29. quia contra Bar. tenet quoq; Antoni. in. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõstitu. & in. c. dilectus. de foro cõpe. reprobãdo opi. Bart. ¶ Et istã opinionẽ contra Bart. sequitur Ioã. de Liniã. etiam si statutum iniecisset vinculũ ante clerica tũ: si tamẽ ius de quo quæritur, est originatũ principaliter à facto clerici, vt tenet Calde. in sua quæstione, quæ incipit. Statutũ ciuitatis. Et facit casus in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. vt lite pẽdeat, vbi statutũ generale erat de nõ alienãdo rẽ litigiosã, nec tẽdebat cõtra libertatẽ ecclesiæ, imò erit iuri cõmuni cõforme, attamẽ non extẽditur ad ecclesias, & eorũ bona. ¶ Sed nõ eũdo per mẽdicata suffragia, dico, quòd tale statutũ laicorum nõ cõprehẽdit alienationes factas clericis, vel ecclesijs. vt Ioã. And. singulariter in. d. c. eos. de immunit. eccles. i. in. 6. in nouella. & Abb. in. d. c. relatũ. el primero. de testa. nu. 5. vbi tenet, quòd non obstãte tali statuto poterit quis donare, vel vẽdere bona prædicta clericis, vel ecclesijs: quia statutũ

inferiorũ nõ põt tollere priuilegiũ indultum ecclesijs per principẽ, & hanc opinionẽ tenet etiã Bal.in.l.generali.C.de sacro sanct.eccles.& Paul.de Cast.in.l.fi.C.eo.& Petr.de Anchar.in repe.c.canonũ statuta.de cõstitu.in.3.principali quæsito.col.20.versi.dicit etiã Bal.& Bar.& Bald.in d.l.fi.& Bald.in.l.iubemus nullã.C.eod.vbi dicũt,q̃ statutũ prohibẽs alienare in forẽsem non includit ecclesiã.& idẽ tenet Bal.i.d.c.clerici.de iudicijs.& statutũ prohibens forẽsem acquirere, nõ ligatur clericus.vt Bal.in.l.dudũ.C. de cõtrahẽ.emptione.& in.l.fi.C.de exactori.tribu.lib. 11.& in.l.si filius.§.diui.ff.de lega.1. & notant doct.o.in.l.in quorũ.ff.de pigno.& Paul. de Castr. in cõsilio.193.&.195.& Federicus de Sennis consilio.26.vbi tradit dictũ Ioan.Andre. & concludit nõ valere dictũ statutũ respectu ecclesiarum,& piorũ locorũ.Mouetur elegãter inter cætera:quia pia loca sunt à principibus priuilegiata, vt liberè eis donent,vel vendant.vt in.l.1. &.l.illud.C. de sacro sanct.eccles.statutũ ergo in cõtrariũ, nõ valet,duplici,seu triplici ratione,prima,quia(vt dictum est)laici inferiores nõ possunt tollere leges,& priuilegia tributa per superiorẽ, maximè ecclesiæ.vt in.c.cũ inferio.de electio.per Bar.in l.omnes populi.ff.de Iusti.& iu.&.25.q.2.per totũ.¶Secũda ratio:quia hoc esset cõtra libertatẽ ecclesiæ vniuersalis.¶Tertia ratio:quia potestas condendi leges tributa inferioribus.per. dicta.l. omnes populi.videtur tributa sine præiudicio priuilegij tributi per ipsum imperatorẽ:quia generi per speciẽ derogatur.vt in.c.veniẽs.de præscrip.& regula.gener.de regul.iur.in.6. & Bart. in.d.l.omnes populi.& idẽ tenet Abb. consilio. 63.in.1.volu.l.q̃ sub tali statuto nõ cõprehendãtur supradicta: quia priuilegiũ est cõcessum ecclesiæ,vt possit emere,& ex solo contractu,sine traditione quæratur dominiũ,& statutũ in cõtrariũ nõ valet.Et hoc priuilegiũ nõ põt renũtiari, quia est factum in fauorẽ publicũ.l.ius publicũ. ff.de pactis.tenet ad literã Bar.in.d.l.filius.§.diui.nu.12.& Bal.cõsi.522.libr.3.supra statuto Brixiæ,disponente q̃ nullus audeat alienare bona, nec dominũ transferre de bonis suis in comitatu Brixiæ alicui non supposito iurisdictioni,& qui non subeat onera,vbi cõsuluit,q̃ non valeat tale statutũ in prẽiudiciũ ecclesiarũ & clericorum,q̃ nota.*Idem tenet Maria Soci.in tracta.de oblatio.in.9.libello.nu.43.tomo.3.tracta.folio.65.in quiens quòd non obstãte statuto, quo cauetur, quòd bona immobilia non possint alienari inforenses non suppositos iurisdictioni statuentium poterit quis donare ecclesiæ:sequens Ioã. And. in.d.c.fi.de immu.eccle.lib.6.& vi. singulariter Soci.in consi.50.vol.1.consi.*In cuius adiutoriũ insurgat beatus archiepiscopus Floren. qui iam est canonizatus,impositusq̃ in decalogo sanctorũ.in.3.par.tit.24.c.18.vbi ponit ad literam text. in.d.c.eos.& dicit,q̃ si tale statutũ fiat,put in Italia,tale statutũ nõ cõprehendit donationes,venditiones,& alienationes factas ecclesijs.per.d.c. ecclesia sanctæ Mariæ.de cõstitu. & per Domi. in.d.c.eos.quinimo dicit beatus Florẽt.q̃ si statuẽtes extẽderẽt tale statutũ ad ecclesias,vel clericos, erunt ligati excõmunicatione, de qua in. d.c.eos.cũ similibus.& q̃ iudex ecclesiasticꝰ possit illos,ad quos pertinet, cogere ad declarãdum tale statutum non respicere cõtractus fiẽdos cũ ecclesijs.per tex.in.ca.statutum.de hæreti.¶Et istud tene,quia ecclesia approbat opinionẽ Floren.ex eo,quia est canonizatus,& ab ea nõ recedendum,licet aliqui teneant cõtrariũ.quia esset errare,& sic q̃ tale statutũ nõ cõprehendit clericos,vel ecclesiã.¶Sed si esset lex imperialis,quę hocvetaret,bene comprehẽdit ecclesiã,vt est elegans dictũ Bar.in.l. diuina domus.C.de exacto. tribu.lib.10.post gl.ibi ita q̃ vult Bar.facere differentiam inter legem principis non recognoscẽtis superiorem, & statutũ ciuitatis inferioris. Et idẽ quòd Bart.tenet Paul.de Castro in.d.l.fi.C. de sacro sanct.eccle.nu.6.& idem dicit Ioan. de Plate.in.d.l.diuina domus.nu.1.esse,si statutum esset factum à ciuitate libera, non recognoscẽte superiorẽ.vt in.l.nõ dubito.ff.de captiuis, quia non apparet ratio diuersitatis,quare statutũ tantum possit in illo loco,quãtum lex generalis,qa lex cõtra libertatẽ ecclesiæ non valet, vt dictum est,& ideo est distinguẽdũ secũdũ eũdẽ.Aut prohibitio dirigitur in rẽ,putà,q̃ talis res nõ possit alienari,tũc quocũq; emẽte,etiã ecclesia,nõ valet emptio,propter in alienabilẽ rei qualitatem, quę potuit efficiab statuto,vel à lege.facit.l.aut qui aliter.§.fi.ff.quod vi aut clã.& ibi notat Bart o.Aut prohibitio dirigitur in personã,putà,q̃ nullus possit emere,& nõ cõprehẽdit ecclesiam, nec alios nõ subiectos.¶Sed ego cõtra Bart.& sequaces teneo,imò q̃ etiã lex imperialis hoc non potest facere:quia licet verum sit, q̃ lex principis generaliter disponens debeat obseruari quo ad ecclesias, est verum,vbi canonibus non contradicit.vt tenet Abb.in.ca.in præsentia.de probatio.col.11.nu.28.& quando non est cõtra libertatem ecclesiæ.vt in.d.c.quæ in ecclesiarũ. Sed sic est,q̃ si esset lex,prout est in tit.9.lib.5.in ordina.rega.non valet,quia est contra ius canonicũ,specialiter contra tex.in.d.c.eos,& contra.d. auth.cassa.*Nec obstat.l.55.tit.6.par.1.quia non valet sicut nõ valet.d.l.ordin.nisi intelligatur in donatio-

donationibus & contractibus factis per regẽ secundùm.Greg.Lopez ibi.*¶Tamen si dicta lex imperialis,vel statuta laicorum confirmẽtur per papam,ligant clericos.vt Inno.in.ca.1.de transactio.per tex.in.d.c.ecclesiæ sanctæ Marię.de cõstitu.Et ista confirmatio debet esse in specie, & certa,& non generalis,nã si generaliter papa confirmaret omnia statuta,nunquã intelligitur confirmasse statuta,quæ sunt contra libertatẽ ecclesiæ.tenet Bal.in.l.omnes populi.ff. de Iustiti. & iure.4.col.versic.sed nũquid in generali confirmatione.& Ias.ibi.nu.36.& Alex.in consil.209. in.2.volu.& Bar.Bal.& Ang.in.l.1.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& latius Ias.in.l.more.ff.de iur.om.iudi.nu.39.& Bal.in.c.veniens.3.colũ.de iur.iuran.& dicam in glo.fi.istius.c.versi. in confirmatione.¶Et vide Anto.Francis.in additi. ad Abb.in.c.ad nostram de probatio.in.1. additio. vbi dicit hoc non procedere in statuto facto à populo subdito ecclesiæ Romanæ,quia tale populus potest statuere contra ius canonicum quo ad temporalẽ iurisdictionẽ.de quo per Abb. in. c.q̃ clericis.de foro competẽ.& tenet Alexan.in consil.177.in vol.2.nu.3.&.4.vbi intelligit hoc, q̃ possunt condere quo ad ipsos laicos,non contra clericos.quòd nota.& sic in dubitanter teneo dictum statutum,seu legem non habere locum. ¶Facit alia ratio. Quia dominus archidiaconus habet in dicta villa domum habitationis,& multa bona,& possessiones,propter quod videtur esse vicinus,& habere domiciliũ.vt tex.& ibi gl.in l.hæres absens.ff.de iudi.§.proinde.& in.l.32.ti. 3.par.3.Spec.in tit.de competẽt.iudicis,additio. §. Et licet dictus dñs Archidiaconus habet alia bona,& reditus in dicta ciuitate Ciuitatẽsi,non obstat ei quia quis potest habere plura domicilia.vt.in.l.absumptio.ff.ad munici.c.dilectus.el segũdo.de rescrip.ca.ex parte de foro compe.& q̃ ibi notan.&.§.fi.de Parochi.& domus habitationis cum alia bona,quæ habet,est incola illius villæ.tenet Bar.in.l.libertus.§.sola domus.ff.ad municipa.maximè quia dictus Archidiaconꝰ habet beneficium in.d.ecclesia,propter quod dicitur ciuis,& vicinus.vt Barto.in.l.1.versic.quæro etiam.ff.eod.ad municip.& est text.singula.in cap.nullus.de tempor.ordi.libro.6.per quod debet gaudere in omnibus vt talis vicinus,& contra eum non habet locum dictum statutum. & sic fuit pronuntiatum per quendam conseruatorem,postea post non nullos annos emi Andreã Siculum Barb.& in repeti.rubricæ de rebus eccles.non alie.mirum in modum hanc quæstionem examinat column.25.versicul.accedo nunc ad secundum dubium,an tale statutum compre hẽdat.clericum.vbi per.36.colum.tangit, quem copiosissimè pro vtraq; parte vide.& in fine dicit,quòd negari non potest, quin iste passus sit difficilis,& dubitabilis, & multũ egeret decisione pontificia.Tamen dicit,quòd vera conclusio est,quòd statutum laicorum generaliter loquẽs, dummodo non sit contra ecclesiasticam libertatem comprehendit clericos,ecclesias,& ecclesiasticas personas, quicquid dixerit Albericus de Rosa.in.2.parte statu.quæst.2.& per consequẽs statutum disponens,quòd subditus non possit alienare rem immobilem, vel si alienauerit in non subditum,soluet grauem gabellam,quia in tali statuto comprehenduntur clerici,& ecclesiasticæ personæ. dicit tamen Barba. quòd nihilominus viuat, & moriatur super hoc passu & in omnibus adhæret decisio sanctæ matris ecclesiæ, vt vtar verbis Bald.in tractatu de schisma. C.si quis aliquem telari prohibue.& ibi ad contraria respondet,quem vide.¶Ias.tamen in. d.l. filiusfamilias.§.diui.ff.de lega.1.nume.46.istam quæstionem disputat.& in nu.53.&.54.non faciendo mentionem de Barb. dicit,quòd tenẽdo istam partẽ,quòd valeat tale statutum, & quòd sub eo comprehendantur clerici,& ecclesię,quę deri ad dict.capitul.eos.quod loquatur,quando statutum laicorum passim prohibeat omnia vẽdi ecclesijs,vt patet ibi inter.in tex.in verbo,nec quiquam vendant.& sic erat nimis præiudiciale ecclesijs,maximè concurrentibus etiam alijs prohibitionibus,de quibus ibi in tex.¶Secus in proposito nostro,vbi per statutum laicorum solum prohibẽtur alienari immobilia in ecclesias, put etiam distinguit Angel.consilio.48. ¶Tamen ait Ias.quòd in dubijs opinionibus consulendo, & iudicando tenenda est opinio,quæ fauet ecclesiæ.vt in.l.sunt personę.ff.de religi.& sumpti.fune.capitul.final.de re iudi.l.si pars.ff. de in officio.testamen.ideo darum,& difficilè esset obtinere contra sententiam Bart. quę est magis communis,quam dicit procedere, quando statutum prohibiti vnum faceret expressam mentionem de ecclesia,& etiam,si simpliciter disponeret immobilia non posse alienari in non subditos, tũc per ista verba quantuncunque generalia non videretur comprehendi ecclesiæ, nec ecclesiasticæ personæ,secundùm Bald.in dicta.l.fi.C.de sacro sanct.eccles.vbi dicit ita consuluisse. & ibi Anton.in capitulo.tua nup.de decimis.& capitul.à nobis.el primero.& ibi Abb.3.notabil. de sentẽ. excommunicatio. & idem tenet Ioann. Andre. in.d.cap.fi.de immunita eccles.lib.6.& Abb. in c.relatũ.el primero.de testa.& istum tene indu-

bitanter,& ab ista communi opinione non recedas,& gauisus fui dum inueni Ias. meũ consiliũ, & opinionem approbantem,& dicentẽ esse cõmunem,q nota quia in pluribus ciuitatibus, & villis huius regni sunt prædicta statuta, quæ ad ecclesias,& ecclesiasticas personas,non extẽdun tur.idem tenet Paul.de Castro.in.l.si quis.ff.de condi.institu.nu.5.& Anto.Franc.in additio.ad Abb.in.cap.relatum.el primero.de testamen.in additione,quæ incipit cum Bal.in.l.generali.& hoc tene licet,Signor.de Homod.consil.91.subtiliter teneat q tale statutum sit iuridicum & nõ contra libertatem ecclesiæ.& eandem sentẽtiam q sit communis opi.Bar.tenet dictus Ias.in secũda lectura illius.§.diui.nu.80.licet dicat q semper ille tenuit contrarium per fundamẽta.vt ibi per eum.¶Et an & quando statuta laicorũ compræhendat clericos vi.Alexã.in.l. nolle addire. ff.de acquire.hæredi.nu.3.vbi ait,q licet statutũ laicorum non possit auferre clericis,ea quæ sunt à iure communi,vel in priuilegium concessa secundum veras conclusiones vt in.d.authẽ.cassa. tamen bene potest statutum laicorũ priuare eos à fauoribus inductis per laicos,vt est casus notabilis,in.l.si quis curialis.C.de episcopis,& clericis,& ibi Bald.¶Et vi.Bal.in.l.omnes populi.ff. de iusti.& iur.col.3.nu.7.versic.edicta, vero vbi
10 ait,q episcopus,† inter laicos obligatur,ad obseruandum statuta laicorum,si sunt rationabilia bona,& æqua,alias nõ,ita dicit intelligi.l. ex ea. ff. de postulan.&.ca.1.de noui oper.enuntiat.¶Et vide eundem Bal.in.c.ex literis.de vita, & hone
11 sta.cleric.vbi dicit,† q si statuto laicorum cauetur,q si quis vẽdit frumẽtũ soluat duos denarios pro libra,vel si dicat, q nullus possit extrahere victualia extra districtum,q comprehenduntur clerici,sub tali statuto,& hoc dicit verum quoad pœnas pecuniarias,secus quoad pœnas corporales,quia eis infligi non possunt,per statuta laicorum,vt tenet Archidi.in.c.quisquis.17.q.4.¶Extende,q non valet statutum contra libertatẽ ecclesiasticam,etiam si cõfirmetur per regem,quia libertas ecclesiæ est tanta,q fiscus,non potest super hoc imponere legem,nisi fieret in fraudẽ fisci,vt tenet Bal.cõsi.116.in.1.volu.in fi.*Licet cõtrarium videatur tenere text.in.l.55.tit.6.part.1. sed intellige vt ibi per Grego.Lopez.in gl. *el rey lo oueſſe deffendido.*¶Et adde tu Ias.in.l.placet.in
12 2.lectura.C.de sacrosanct.eccles.s.in fine, vbi tenet,q si comunitas,† habet loca pasturę,& ecclesia nititat animalia ad ibi pascendum,ita tenetur soluere,sicut mere laici ita dicit,q tenet Abb. in cõsil.6.& vide Lucã de Penna.in.l.iubemus.C. de naui.nõ excusan.lib.11.1.colum.versi, hæc fa
ciũt:vbi altercando pro vtraq; parte tenet,quòd princeps secularis põt statuere,q animalia clericorum & ecclesiarum à suis pascuis arceãtur vel etiã à pascuis priuatorũ,nec sumant illa dominis inuitis,& q si inueniãtur in illis pascua sumentia soluãt pœnã aliàs impunè possent offendi.vt ibi per eũ,& facit q tenet Bald.in.l.contra iuris. §.si filius,in fine.ff.de pactis,& ibi Ias.num.11.q clericus qui vtitur statuto laicorũ nõ põt eo vti. nisi,cũ oneribus prouenientibus ex eodẽ statuto, licet aliàs clericus nõ sit statuto laicorũ astrict⁹. *Et an statuta laicorum clericos ligẽt, & eorum consuetudines,vi. singulariter Henricũ in capi. quæ in ecclesiarum.de constitu.vbi tenet,q statutum seu consuetudo laicorum onerosa & præiudicialis ecclesiæ & clericis non ligat eos,secus si fauet eis,tamen si consuetudo laicorum seruatur generaliter inter clericos & laicos, bene ligat,licet sit onerosa,& sic intelligit Henric. Innocen.in.c.cum dilectus.eo.tit.& est ratio,quia talis consuetudo per communem consensum tacitum omnium tam clericorum quàm laicorum est inducta:tamen incolæ, qui munera non subeunt tanquam aduenæ non includuntur in beneficijs quæ conceduntur ciuibus, quia nõ sunt pars illius corpori:tenet Bald.in auth. sed omnino.C.ne vxor.pro marit.numer.6.& Alexan.in additio.ad Bar.in.l.municipẽ.ff.ad municipal.*
¶Sed quid si per statutum prohibentur subditi
13 acquirere,an† comprehendantur acquirere volẽtes,ab ecclesia.Alex.in.d.§.diui.n.13.tenet q sic allegando Federi.consil.35.incipiente.statuta,& Moder.in.d.c.fi.de imitatio.eccles.i.n.6.¶Et in
14 tantum statutum contra clericum seu contra libertatem ecclesiasticam non valet,q etiam,† si sit statutum,q clerici teneantur ad aliquid faciẽdum,putà ad soluendas collectas,& si non fecerint teneantur eorum cõsanguinei ad aliquã pœnã.tale statutũ non valet quia dicitur esse cõtra libertatem ecclesiasticam,vt tenet Bald.in lectura antiqua.in.l.1.ff.de in ius vocan.vt eant aut sistent,& ibi Ang.quos sequitur ibi Alex. nu.3. quia verisimile est,q clerici nollent suos consanguineos laqueari pœnis statutorum.per text.in ca.sciant cuncti,de ele.in.6.& idem tenet Barto. in.l.1. ad fi.ff.de his qui pœnæ nomi. & in.l.hic pœne.C.de Agri.& cens.libr.10.& per Bald.in. l.1.ad finem.C.de indicta vidu.tolle.& per eundẽ in.l.1.C.de episcopis, & cleric.in princip.& per alia iura vt ibi per eum, & idem tenet Paulus.de Castro.in.l.1.ff.de his qui pœnæ.nomi caus. reli qui.numer.2.& in.l. hæres meus.§.quod in fraudem.ff.de conditio.& demonstratio.& ibi Bald.
¶Sed statutum factum in fauorem clericorum

15 rũ vel ecclesiarũ an potest reuocari † per statuẽtes Paulus de Castro in.l.si quis curialis.C.de episcopis,& cleri.numer.5.tenet,quòd sic, dum non auferãt clericis ius commune,quod ab ipsis statuentibus non habent,sed Bartol. tenet contrarium,secundum eum.in.l.priuilegia.C.de sacro sanct.eccles.& pro eo dicit Paul.quòd facit, quod notat Innocen.in capitulo.nouit de iudi. super verbo Theodosius,sed Cyn.ibi in dicta.l. priuilegia.tenet contra Bartol. & quæ opinio. Cyn.est tenenda.vt tenet Alexan.in.l. non amplius.ff. de legatis.1.numero.5.vbi ponit alios doctores eam tenentes, & sic tenet quòd potest reuocari licet Antonius Franciscus.in additio.ad Alexand.tenet opinio.Bartol.in dicta.l. non amplius.

SVMMARIVM.

1 *Quis potest statuta vetera emendare, reforma re,& declarare per potestatem sibi concessam faciendi statuta.*
2 *Statutum emendatum non dicitur,nouum statutum sed vetus.*
3 *Declaratio trahitur retro ad tempus dispositionis factæ.*
4 *Lex noua declaratoria veteris,trahitur ad præterita negotia.*
5 *Qui declarat nil noui facit.*
6 *Ex scriptura declarata agitur, non ex declarante.*
7 *Declaratio plus se habet quam cõstitutio quia. declaratio respicit præterita:constitutio,futura,& quando lex procedit interpetrando porrigitur ad præterita.*
8 *Testis potest declarare dictum suum.*
9 *Declaratio appellationis interlocutoriæ sententiæ potest fieri sine scriptura.*
10 *Declarari potest libellus,etiam post litem contestatam.*
11 *Declarare potest iudex ex interuallo sententiã suam.*
12 *Declarare quis dicitur etiam si quis corrigat errorem suum.*
13 *Declaratio facta per Papam circa gratias factas per eum, an præiudicet alijs quibus erat ius quæsitum.*

b Emendar. b Nota text.qui dat correctoribus facultatem tollendi statuta si non sunt bona nec rationabilia, & sic est correctori data potestas per istum text. talia statuta reformandi,quia quando alicui est cõcessum,

1 emendar, b y hazer de nueuo, las † facere statuta poterit veterẽ emẽdare,reformare,& declarare

net Ang.in.l.iuris gẽtiũ.§.adeó authẽ.de pactis, versi.sequitur in text.& Alex.ibi nu.4.&.5.per tex.in.l.videamus.§.penul.ff.de in litem iura.& Pau.de Castr.C.de nouo.C.compo.nume.10.& Guiller.de Suissa.in.l.prima.C.de emenda.C.in fi.& Gandi.in tracta. malefi. in parte de obseruanda statuta possunt addere,& de trahere siue demere,vt in dict.l.de nouo.C.compo.§. quibꝰ versi.adijcientes,& de nouo.C.confirman.§. sed si quando.*Sed prætores non sint faciles ad statuta vetera tollenda,& noua facienda: quia nouitates sine causa inducendæ non sunt, nisi euidens vtilitas appareat,vt in.l.in rebus.ff. de constitu.princi.quia reprehenduntur qui nouitates inducunt vt.cap.quis nesciat.11.distin.glossa.in capitul.cum consuetudinis.de consuetu.& tales mutationes periculosæ sicut docet Anphorisinꝰ secundùm Ioan.Andr.ibi & facit.l.37.titulo.34. partit.7.& est.l.fin.& vi.text.& ibi Gregor.Lopez in.l.11.titul.1.part.1.vbi non debet legislator facilius esse in mutando leges,imo debet potius pati aliquod inconueniens,& tolerare,dummodo nõ sit magnum,quam leges mutare: quia ex hoc assuescunt homines:& circa hoc vi.text.singu.in.l.18.tit.1.par.1.quem nota in materia ista.*
¶Tale autem statutum emendatum nõ dicitur
2 †nouum statutum sed vetus vt est cõmunis conclusio Alberici. de Rosa.in prima parte statu. quæstione.22.per textum.in.l.hæredes palàm. §.Sed si nota.ff. de testamen.quia emendans nõ facit nouam speciem sed veterem excutit. l. adeo.cum quis.ff.de acquire.rerum domi.
¶Facit quòd tenet Paul.de Castro.in dicta.l.hæredes palàm.§.si quid.numero.3.versic.Item nota,vbi ait,quòd declaratio † trahitur retro ad tem
3 pus dispositionis factæ, allegando Ioann. Andre.in addition.ad Speculat.in titulo.de teste.§. nunc videndum.quòd adeo adhæret dispositioni,quòd vnà cum ea videtur mianasse.
¶Et ex hoc multa sequuntur,scilicet, quod no-
4 ua † lex declaratiua veteris trahitur ad præterita negotia vt notant doctor.in.l. omnes populi.ff.de iustitia.& iure.

¶Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Et quod declaratio trahatur retro. tenet Bald. in.l. cum testamento. C. de testamen. manumiss. in fine. & Abb. vbi latè per additio. in capitu. ex parte. de consuetudi. nu. 4. & Ias. in. l. quod iussit ff. de re iudi. nume. 3. & quia qui declarat † nil noui facit, vt tenet Philippus Decius consilio. 423. in fine. & facit, quod tenet Barto. & doctor. in. l. asse. ff. de hæredi. institu. vbi dicit, quòd agatur † ex scriptura declarata non ex declarante. ¶Facit quoq;, quod tenet Bald. in. l. non dubium. C. de legi. prima. column. nume. 2. versic. tertiò nota. allegando Ioan. Andre. in capitul. vlti. de verborum significatione. in. 6. nouella, q plus † se habet declaratio, quam constitutio. quia declaratio respicit præterita, sed constitutio respicit futura, & sic quòd quando lex procedit interpretando seu declarando, porrigitur non solum ad futura sed etiam ad præterita, secundùm eundē Baldum. ¶Itē facit q testis potest declarare † dictum suum, vt notat Bald. in. l. in bonę fidei. C. de rebus credi. & in capitul. 1. §. si enim domino. colum. 3. quid sit in vestitura. in vsi. feudo. & Alexander. in additio. ad Bartol. in authen. qui sem. c. cum, & quando. & Abb. in. c. ex tenore. de testi. & est gl. in. c. cum Ioannes de fide instru. in parte post quam. & facit text. in. l. 30. titul. 16. part tit. 3. vbi per Montal. de intellectu. idem tenet Petrus de Ferra. in forma libelli opposi. contra testes post publica. §. sunt publicatis. nume. 20. vbi ait, q quando testis obscurè locutus est vel si nō expressit causam sui testimonij poterit iudex in eadem instantia, iterum repeti ex iudicis officio ad sui informationem, sed non ad instantiā partis, & talis declaratio potest fieri absq; nouo iuramento, & absq; noua citatione partis: quia iuramentum, & citatio prius facta trahitur ad declarationē, quia potest addere seu ponere, id quod omisit, q etiam pertinet ad declarationem, q hodie declaratur tāquam tūc fuisset dictum prout tenet Paul. de Castro. in. d. l. hærede. palam. §. si quid. nu. 4. & idem tenet Bal. in authē. hodie circa principiū. C. de iura. calū. & tenet Hippol. de Marsi. in repeti. l. de vno quoq;. ff. de re iudi. nu. 76. ¶Quòd est idem in appellatione ab interlocutoria, quia licet talis appellatio, † nō possit fieri nisi in scriptis vt in. c. 1. de appella. in. 6. poterit ex post facto aliquid declarari circa ipsam sine scriptura, solo verbo, secūdum Pau. de Cast. vbi supra. ¶Item potest libellus declarari † post litē cōtestatā licet nō mutari. vt tenet Bal. in. d. l. hæredes palā. §. sed & si notāt per gl. id. l. idē Pōponius, si frumētum. §. fi. ff. de rei vendit. ¶Et idem dicit, q iudex ex interuallo, † pōt declarare suā sententiā, q dicit esse verū quādo declaratur id, quod est aliquid saltem quoad certitudinē legis, licet homini non sit certum, secus si ad quod declaratur erat per se nullum, ita q deficiebat ius, & probatio: quia ista declaratio nō habet robur ab actu, ideò oportet, q per se ipsum sit actus solēnis. arg. in. l. accusetur. ff. de adult. vide quæ dixi in prooemio in. glo. *de ordenanças*. nu. 19. ¶In tantum dicit Bal. vbi suprà, q dicitur quis declarare, † etiam si quis corrigat errorem suū, & non dicitur de nouo facere, q dicit esse notandum. ¶Idem dic in declarationibus, factis per papam, † quia multotiens papa facit aliquas declarationes circa gratias factas per eum, vtrum præiudicēt alijs, quibus erat ius quæsitū. & Paul. de Castro. in. d. l. hæredes palam. §. sed nunquid. nu. 4. dicit, q arg. est, q sic quasi hoc declaratur à principio fuisse dictum, quo casu non fuisset alteri iº quæsitum, quod dicit intelligendum de propria declaratione, quæ consistit circa aliquod verbū dubium, sed interdum declaratio, consistit circa id quod non erat dubium de iure, & tunc declaratio habet vim nouæ dispositionis, & ideò non valet quæsitum secundùm. Paul. de Castro. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Permittitur hodie statuta facere nu. 8.*
2 *Anteaquam statuta fiant debet in concilio arengari, & deliberari.*
3 *In statutis fiendis debet prætor esse præsens.*
4 *In statutis à populo fiendis eadem solennitas requiritur quæ in alijs eorum gestis, scilicet, quòd more solito conuocetur, & quòd simul coadunentur, & minus ad sint duæ partes.*
5 *Decuriones, id est, rectores possunt hodie statuta facere.*
6 *Statuta facta per decuriones, an debeant publicari per præconem.*
7 *Statuta à quo tempore ligent.*
9 10 *An solus potestas, potest statuta facere.*
10 *Iudex potest statuere salarium, pro aliquo malefactore capiendo vtilitate publica imminente.*
11 *Magistri grammaticæ, an possunt facere statuta, inter suos scholares.*
12 *Statuta facta per istos correctores sine cōcilio ciuitatis, an durent perpetuo.*

Populus

13 *Populus vel concilium ciuitatis, an potest statuere sine correctore, seu prætore, vel aliquid agere.*
14 *Excommunicati banniti, vel interdicti nō possunt statuta facere.*
15 *Statuta an debeant fieri, super eo, quòd nullo iure dispositum est.*
16 *Statuta contra ea quæ sunt reseruata principi non valent.*
17 *Statuta facta per ciuitatem quòd à sententijs suorum officialium non possit appellari, an valeant.*
18 *Casus, qui non reperitur decisus per noua statuta, sed per vetera, an debeat dicidi secūdum vetera vel per ius commune.*
19 *An per pœnam statuti sit sublata pœna legis antiquæ.*
20 *Si statuti via eligitur, quo pœna minor imponitur, an possit agi via communi, quæ imponit maiorem vel econtra.*
21 *An qui fecerunt statuta concessione principis, possunt postea ea reuocare.*
22 *An pœnæ quæ imponuntur pecoribus, & alijs damnificantibus saltus & prædia aliena possint crescere & augeri.*

c Eashara. c Nota text. quòd hodie per
1 mittitur † facere statuta quia secus erat de iure antiquo: qa talia statuta nō poterāt fieri sine scientia principis, vt tenet Bal. in titul. de pace contestati. colum. 4. num. 14. * Quia cum hodie singulæ ciuitates habeant sua regimina, vt notatur. in. l. fina. C. de longi. tempo. præscrip. & Bald. in. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offici. præsid. æquum est vt dicta statuta possint
2 condere. * ¶Et anteaquam, fiant corrector † in tali concilio, seu regimiento, debet proponere, quid placeat de statutis fiendis, & super hoc arē getur, deliberetur, & reformetur, vt legitur quādo leges fieri debent, vt in. l. humanum. C. de legi. & Institu. de iniur. §. illud. & Institu. de iur. natu. gen. §. lex. & in. §. senatus, & ibi Angel. in fine, & in. §. plebis citum, & in. §. constat autem, & ibi Angel. numero primo. ¶Tamen si reperitur aliquod statutum, & non apparet, quòd fuerit facta propositio in concilio vel populo, vel quis fuerit ille, qui proposuit, valet statutum, vt Bartol. in. l. vniuersis, in fine. C. de prec. impera. offere. & in. l. secunda. C. de decurion. libr. 10. & tenet Angel. & dicit esse notandum. in dicto. §. constat. numero. 2. & tenet Paul. de Castro in. l. prima. ff. de constitu. princip. ¶Et in
3 istis statutis fiendis debet esse corrector, † vel potestas præsens, vt in isto tex. aliter tale statutum non valeret, vt in. l. prima. C. de seruis reipub. & tenet Gandi. in tract. malefi. in parte de obseruan. statu. numero. 3. & infrà dicam. ¶Et in istis statutis à populo facien
4 dis eadem † solennitas requiritur, sicut in alijs eorum gestis, videlicet, quod more solito totus populus, vel concilium conuocetur. vt notat glossa. in. l. secunda. C. de decurio. libro. 10. & quòd simul coadunentur, nec sufficit consensus separatus, vt in. l. maiorem. C. de pactis, & in capitulo. in Genesi. de elect. & quod sint duæ partes ad minus, & quòd facta proposita in dicto cō cilio, id quod à maiore parte duarum partium fuerit obtenta, siue vrbis, vel per tacitum consensum nutu, vel fabis: vt arguitur in. l. seruo inuicto. §. si pupillo. ff. ad Trebellia. illud valet, & tenet, vt in. l. multi. cum glossa. ff. quod cuiusque vniuerso nomi. ¶Dummodò illa pars consiliariorum, quæ non fuit præsens, non sit expulsa de ciuitate per inuidiam: quia tunc licet statuta facta à præsentibus seruaretur, inter eos, non tamen in præiudicium expulsorum, nec præsentes glorientur de sua malignitate, vt in. l. itaque fullo. ff. de furtis, prout tenet dictus Angel. in dicto. §. ius ciuile. Institu. de iure. na. numero. 16. & in. §. senatus. nume. 3. in fine. ¶Sed hodie non
5 totus populus, sed solū † decuriones, id est, regidores, qui publicè sono campanæ, vel voce præconia, vel die solita, loco, & more solito congregati sunt, possunt facere ista statuta, vt in. l. si pupillus. §. decuriones. ff. de verborum. signification. & probat dictus Gandi. in dicto, titul. de obseruan. statu. in principio. ¶Et talia
6 statuta facta per eos, debent † publicari per præconem, quòd est verum in statutis vniuersalibus, secus in statuto particulari in fauorem alicui ius facto, vt tenent Bald. & Cyn. & Paul. de Castro in. l. leges. C. de legi. numero. 2. & Ange. in. dicto. §. ius ciuile. Institu. de iure. natu. numero. 12. ¶A quo autem tempore ligent † ista statuta, dic quod habentes notitiam statuti,
7 statim,

Universidad de Deusto
Biblioteca

statim ligãtur.vt in.l.fi.ff.de decurio.ab ordi.faci.si vero loquimur in ignorantibus,tunc si sunt statuta præiudicium asserentia, ligant infra tempus,arbitrio iudicis discernendum, vt possit cõprehendi vtrum fuerit ille in suprema ignorantia,vel non, si vero afferant vtilitatem statim operantur effectum vt tenet Ange.in.d.§.ius ciuile.numer.11.vbi dicit,quòd Barto.in.l.prima.in fine.C.de caducis tollen.dicit, quòd sufficit probare per testes,quod statutum fuit publicatum. argu.l.ea quidem.C.de accusa. ¶ Contra istum
8 text.videtur esse:† quia prætores siue præsides prouinciarum,& potestates,& alij officiales terrarum non possunt facere leges,quia post trãslationem imperij in principem non possunt prætores,etiam populi Romani legem vniuersalem facere,quia non potest populus Romanus,vt tenet Angel.de Areti. in.§. prætorum. Institutio. de iur.natur.gen.numero.3.& in.§. quod principi.nume.5.¶ Sed hoc non est contra nostrũ tex. quia hic non datur facultas ciuitatibus, & villis faciendi leges generales,sed solùm statuta particularia,quo ad ipsam ciuitatem, & quoad cõmorantibus in ipsa,& in suo districtu,& iurisdictione,quia tunc bene possunt ista facere, vt in isto text.regio.& Bartol.in dict.l. omnes populi. ff. de Iusti.& iur.gloss.& doct.in.l.prima.C.de postuland.Bartol.in.l.final.ff.de pœnis:& per Bal. in.dict.l.omnes.numero.2.vbi ait, quòd populi possunt sibi facere statuta.l.Antiochensium.ff. de priuileg.credi.&.ff.de decreti.ab ordi.faci.l. final.&.l.prohibere.§.planè.ff.de quovi aut clã. l.serui nostri.C.de noxali.capi.1.de consti.in.6. ¶ Nam sicut populus potest habere propriã cõsuetudinem.vt in.l.an in totum.ff.de ædifi. priua.&.l.de quibus.ff.de legibus.&.l.venditor. §. constat.ff.communia prædio.à qua non est recedendum: quia habet vim naturæ vt in.l.1.§.denique.ff. de aqua pluui.arcen. ita potest facere statutum & tenor,& ordo consuetudinis,& statuti non debet prætermitti.vt in.d.§.constat.& in.l. certa forma.C.de iure fisci.libr.10.& in.l.constitutionibus.ff.ad municipal. quia ordo rei dicitur forma rei quæ non debet præuaricari, etiam in actu fauorabili.vt in.l.qui Romæ.§.Fauo her mes.ff.de verbor.obliga.secundùm Bald.vbi suprà.& Anto.& Abb.in.ca.quòd clericis. de foro competen. ¶ Dummodo non statuant in præiudicium culminis imperialis.vt tenet glos. in.l.9. titul.5.lib.3.for.ll.in gloss.*por su.* in fine. ¶ Sed an
9 solus potestas, & sic† corrector põt facere statuta.iste tex.videtur dicere,q̃ nõ sed debet ea facere cum cõsilio ciuitatis,ibi,*las hara con acuerdo del regimiento.* idem tenet Ang.in.d.§.ius ciuile. col. 2.numero.5.versicul.aut iudices,vbi ait, quòd si iudices habent temporalem iurisdictionem, vt rectores terrarum,conuocato consilio ciuitatis statuta possunt facere,vt in dict.l.prima.ff.cuiusque vniuer.nomi.ipsi vero soli non possunt facere.vt in.l.pro grammatic.C.cõminatio vel epistol. ¶ Sed hoc intellige de statutis perpetuis, sed statutis temporalibus,idest,quod durent toto tempore suo spectantia ad exigentiam factorum,vt quod nullus portet arma,& similia bene potest solus sine cõcilio ciuitatis facere, vt tenet dictus Angel.vbi suprà.per text.in.l.fina. C.de officio præfe.vig.& Angel. magis latè in.l.1.ff. quod quisque iuris. ¶ Ad quod facit quod tenet idem Angel.in.l.cum nauariorum.C.de nauicu
10 la.libro.11.de iudice statuente† imminẽte publica vtilitate salarium pro aliquo malefactore capiendo,de quo per Bartol.in.l.1.ff.de Iustitia.& iur.numero.3.& ibi per Iaſ.numero.11.vbi ponit plures limitationes.de quo vi.Bartol.in. dict.l. nauariorum.& Ioan.de Pla.in.l.vnica.C.de præben.sala.libr.10.*Et vi.Iaſ.in.l.1.§.si tibi iudiciũ. numero.2.ff.de condi.obturp.causam,vbi tenet, quòd quis potest licitè mercedem accipere pro indicando malefactorem,secus inquit, si quis inuenerit rem alterius: nam non potest licitè petere quòd sibi aliquid detur pro inuentione: per tex.in.l.falsus.§.qui alienum versi. quid ergo si pretium.ff.de furt.& ibi Bartol.quod dicit mẽti tenendum quia sæpè occurrit,pro labore: tamen inueniendi licitum est recipere præmium arg.l.nobis honestè.§.sed si nauis.ff.ad.l.Rodiã. de iact.secundum.Iaſ.vbi suprà.& ibi Alber. tamen pro inuentione serui benè accipitur merce dem,vt in.l.7.tit.15.lib.4.fori.ll.& Peregrin. in par.furtum.quæstio.6.in.glos.duplicatum.vi.l. 13.tit.1.lib.9.fori iuzgui.vi.l.solẽt. ff. de præscriverbis.* ¶ Tamen si sunt iudices de maioribus magistratibus,vt de senatoribus præfectis prętorio,vel legatis apostolicæ sedis, possunt statuta condere,vt in.l.non ambigitur.ff.de legibus,& etiam si habent dignitatem perpetuam, vt omnes marquiones,episcopi,& similes personę,possunt facere dicta statuta vt in capitulo.2.de maio.& obedi.Angel.in.l.vectigalia.C. noua vectiga.impo.non poss.in.6.columna.in.3.quæstio. versicul.Item dico de legatis.sed in hoc vide di-
11 stinctionem Bald. relatam per Angel. vbi suprà.¶ Et adde,quòd magistri † grammaticæ inter suos scholares possunt facere statuta pœnalia,& correctoria malorum.argumentum gloss. in.l.liberto.ff.de obsequijs liber.non autem possunt imponere pecuniariam,cum ob mores non debeant fieri receptione pecuniæ.argumẽ.in.l. prima.

prima.§.taceat.C.de rei vxo.actione,secundùm Angel.in dicto.§.ius ciuile,quod facit cõtra istos lectores grammaticæ,quia qualibet hebdomada locant regulam. ¶ Sed an ista statuta facta per
12 istos† correctores, sine concilio ciuitatis durent perpetuo, vide Gandi. in dict.tract.malefi. in dicta parte obseruan.statu.in principio, vbi videtur tenere,quòd si sunt facta communicato consilio sunt perpetua.per.l.si prætor.ff.de iudicijs, & per alia iura vt ibi per eum Bald. tamen in. d. l.omnes populi.3.colum.nume.7.versicu. edita vero,videtur sentire,quòd nõ sint perpetua,sed solùm durent quousq; durat suum officiũ: quia propriè non dicuntur statuta municipalia: quia non sunt proposita perpetuè iurisdictionis causa,sed prout res incidit vt in.l.si quis id quod. ff. de iurisdi.om.iudi.&.l.fin.ff.de pœnis.& ex his non oritur actio in factum, tanquam ex edicto prætoris,sed oritur actio ex illo edicto si quis iussu dicẽti non omptempera.& ista dicunt bana potius quàm statuta,quia habent vim sententię interlocutoriæ,& non vim legis,nec sententiæ definitiuæ.vt in.dic.l.pro grãmatic. ¶ Et successor qui iurat seruare statuta,nõ videtur iurare seruare illa quæ finita sunt, & non sunt redigenda in libro statutorum,& quia si imponitur pœna venienti contra statuta loci,ista pœna nõ habet locum,quia non potest dici statutum, nisi excommissione populi magistratus fecerit.vt in.l. prima.ff.quod quisq; iur. ¶ Et Bartol.in. l.imperator.ff.de pœnis,quæ est lex finalis,dicit, q̃ statuta sunt perpetua,sed Bartol.ibi loquitur quãdo statutum est factum à populo:quia tunc est ius ciuile,vel si est factum ab aliquo habente potestatem,vt ab episcopo vel legato,duce,marquione,non de & statutis factis per potestatẽ vel correctorem sine consilio.vt Bart.in.d.l.omnes populi.nume.8. ¶ Sed actio descendens ex statuto an sit perpetua,dicit, quòd quando est factum à populo erit perpetua, sed si statutum fit ab aliquo præside (vt quotidiè fieri videmus) tunc actio descendens ex eo si est pœnalis durat anno, videtur enim ius prætorium, quòd est factum à magistratibus,& sic Bartol.cum Bal.concordat, & idem tenet ibi Alexander.in additiõe.ad Bartol.de quo vide Bald.in.l.prima.C.de hæredita. Institu.& Angelum.in dicto.§.ius ciuile.numero.decimotertio. ¶ Vtrum populus vel conci-
13 lium ciuitatis † potest statuere sine prætore vel correctore, dic quod non, vt in principio istius glossæ dixi allegando Gandi. & in adiutorium eius facit,quòd populus non potest vnum minimum actum iurisdictionis exercere nisi interueniat magistratus,vnde non potest apud populũ aliquis emancipari.vt.ff.de seruis reipub.ma.l.1. sed statuta cõdere est iurisdictionis:quia qui statuit ius dicit,imo facit,quòd plus est quam dicere ius vel reddere,vt in.l.1. ff. quòd quisque iur. ¶ Et quia est forma legis, quod magistratus faciat propositam interrogationem,in cõsilio, vel parlamento populi,vt dictum est,& in.l.1.ff.de legi.in gloss. ¶ Et quia præses ciuitatis debet ibi esse tanquam caput,& congregatio,& congregati sunt tanquam membra,vt Bald.in.l.actor à tutore.ff.rem ratam habe. & ideo secundùm eum ibi,in syndico,vel actore constituto ab vniuersitate requiritur decretum potestatis seu prædis: & idem tenet Barto.in.l.nulli.ff.quòd cuius vniuersi.nomi.nume.7.& melius Pau.numero.6. & Abb.in capitul.primo.de syndica.& Bald. ibi in rubrica.numero.3.& Specula.in titul. de actore ab vniuersita.in principi.vbi tenet quòd contra actorem vniuersitatis excipitur quòd est sine decreto iudicis constitutus,& per eundem in titul.de syndico.numero.17.& Bald.singulariter in.l.filius familias.§.veterani.ff.de procura. numer.3.& est communis opinio. vt additio. Abb. in dict.capitul.de syndica.nume.5.& vi.glo.in.l. 3.titul.10.libro.1.for.ll.in gloss.fin.in fine.aliàs si cõstituitur procurator,sine authoritate iudicis, vel forma non seruata, est nulla constitu. tenet Bart.& Plat.in.l.actuarios.C.de nu. actuarijs li. 12.licet contrarium teneat Bald.in.ca. doceri. de rescriptis.nu.5.& in.c.significauit. de appellati. numero. 5. tamen si defficit potestas, bene potest creari talis procurator à decurionibus. tenet Bald.in.l.vbi asſint.ff.de tutori.& curat.datis ab his.in fine. ¶ Præterea omne quòd est necessarium ad ordinem rei,est necessarium ad esse rei, sed populus non debet vocari nisi per magistratum.vt in.l.obseruare.C.de decuri.libr.10. ¶ Ad idem facit quia populus nõ potest disponere super iure redẽdo à magistratu quia cum magistratus sit superior populo rõne confirmationis superioris,ergo populus non potest imponere legem magistratui, quia inferior non potest imponere legem superiori.vt in l.prima.ff.de constitutio.princip. ¶ Et quia clericus sine episcopo non potest facere statuta, quia essent membra capite mutilato, ergo idem in populo. Populus enim debet subesse, non præesse cùm magistratus sit eius princeps.l. spadonem.§.si ciuitatis.ff.de excusatio.tuto. ¶ Quo que facit. Nullus populus videtur sani capitis: quia quantò maior numerus,tanto minor intellectus. vt in.l.si constat.de appella. &.ff. qui. & à qui.l,

Universidad de Deusto
Biblioteca

â qui.l.si priuatorum.& in.l.totiens.ff.de pollicita. ¶Præterea populus Romanus, in quo erat omnium populorum vis, ac potestas, abdicauit à se imperium, ergo non remansit in membris, quia cum capite fortunas suas transtulit.l.fin.C.de.legi.& in.l.qui ex liberis.§.1.ff.bonorum posse.secundùm tabul. ¶Præterea. A quo remouetur genus, emouetur, & quælibet eius species. C. de trâsactio.l.si causa cognita. Sed à populo remouetur omnis iurisdictio statuendi. vnde dicit Inno. in.c.cum accessissent de constitu. quòd penes populum iurisdictio, nulla residet hodie. & ibi Cõpostella.tenet, q nulla vniuersitas potest facere constitutionem absq; magistratu. quæ opinio secundùm Bal.in.d.l.omnes populi.col.2.nu.3.seuerè & tenaciter seruatur in terris ecclesiç, & ideo si tota prouincia faceret statutũ, non admitteretur, nisi esset approbatum. Sicut si castrum faceret statutum, non admitteretur nisi per communem ciuitatis approbaretur. ¶ Sed Bal. vbi suprà videtur tenere, q non habeat locum in ciuitatibus, quæ iura superioris habẽt: vnde ciuitates habentes fiscũ, possunt facere pœnalia statuta, quia de iure suo licitum est eis statuere, sed non in alienum saltem mittere.l.si constiterit.C.fini.regundo.cum similibus. ¶Ideo Bal.dicit de iure cõmuni esse distinguẽdũ, vt ibi per eum.in.d.l. oẽs.2. column.versiculo.& ideo. ¶Sed quicquid dicat Bal.& distinguat, tu tene istum text.& sic, q populus solus sine potestate, seu correctore non potest statuere, nec talia statuta facere. ¶Vide tu Ang.in.d.l.omnes populi.in fine.vbi in hoc casu vult dicere, quòd aut loquimur in populo, qui regitur per magistratus suos, & à se creatos, & tunc potest facere statuta sine authoritate illorum magistratuum, & ita dicit q potest intelligi.d.l.Antiochensium.ff. de priuileg. credi. & & idem tenet Paul.de Castro.ibi.nume.6.quem vide. Aut loquimur de magistratibus creatis à principe, vel ab alio superiore, vt rege, & tunc si populus vult facere statuta circa id, quod tãgit ius fiscale, putà circa maleficia punienda, & non potest sine authoritate superioris. Aut volũt statuere de eo, q tangit ipsos, & possunt. Quæ distinctio Angel.certè mihi videtur. ¶Aduerte tamen, q isti qui possunt facere statuta, debent ea
14 facere, nisi sunt † excommunicati, vel interdicti, vel banniti. vt in capitul.aduersus.de immunit. eccles.i.§.quia verò.quod dicit Ange.in dicto.§. ius ciuile.nume.5.esse notandum quia non possunt facere: & si scienter faciunt causa occupandi iurisdictionem, incidunt in pœnã.l. Iuliæ maiesta. vt in.l.3.in fine.ff. ad legem Iulia. maiestatis. quod nota. ¶Et talia statuta debent fieri †
15 su-

per eo, quod nullo iure dispositum est. vt in.l. de quibus.ff. de legi. aliàs si statutũ fit super eo, quod est dispositum â iure, non valet, maximè si ius ciuile habet clausulam derogatoriam, quia in contrarium non potest statui. vt in authenti. nauigia. C. de furti. & in authentic. omnes peregrini. C. communia. de succes. vi. tu Paul. de Castro in.d.l.omnes populi.nume.4. vbi tenet, q populus habet facultatem condendi statuta, & talia statuta valent, etiam si sint cõtraria iuri scripto: non propter potestatem condentium, sed propter licentiam datam ab ipso iure scripto. quod dictum Paul. mihi est notandũ. & sua opinio comprobatur per istum tex. ibi, *ylas hara*. & sic datur potestas à iure scripto, dum tamen non tendant in superioris præiudiciũ, secũdùm Paulum. vbi suprà. ¶Item si statuant contra ea quæ
16 sunt principi reseruata, † non valet statutum. vt super tributis, & muneribus pertinentibus ad fiscum, vt Angel. in dict.l. omnes populi. versicu. quintò oppono. vel super legitimatione spuriorum, & super venia ætatis à erogatione. & similibus: vt notatur in capit.2. de maiori. & obedi. Aliàs valent statuta, dummodo non sint contra bonos mores: vt in rubrica. C. de decretis decuri. libro.10. quia lex debet esse sancta.l.3.ff. de legi. quia sic potest fieri per pactum. vt Bar. in dict.l. omnes populi. & in.l.non impossibile.ff. de pactis. gloss. & Bar. in.l.nec ex prætorio.ff. de reg. iuris. ¶Ex quo infertur, q si ciuitas recognoscit
17 † superiorem, non potest statuere, quòd à sententijs suorum officialium nõ possit appellari, quia tolleret ius superioris, aliàs possit illud statuere. vt in.l.secunda.§.exactis.ff. de origi. iur. iuncta. l.prima.§.1. ff. quis, & â quo appel. fit. vt notat Barto. in dict.l.omnes populi. & in.l.final.ff. de aqua pluui. arcen. in principio. & Bald. in.l. fi. §. final.ff. de tempori. appella. Ange. in.l.prima.§. si quis in appellatione.ff. de appella. & Ange. in dicto.§.ius ciuile.numer.7. & idem tenet Ange. in. d.l.omnes populi.vers. quintò oppono. Sed ibi dicit quòd si populus vult q causa appellationis nõ deuoluatur ad principem, citet gradatim tot iudices, quòd numerus iudicium includat talem numerum appellationum, quòd non liceat vltra appellare vt. C. vt non licet tertio prouoca.l. prima. & dicit, q ista cautela est notabilis de iure ciuili, sed de iure canonico est magis dubia. Attamen distinguendum dicit. Aut est tale ius, quòd potest derogari per pactum, & possit derogari per statutum. Aut non potest per pactum, tunc nec per statutum. vt in rubrica. de decurioni. C. lib.10. Sed dicit, quòd ista regula negatiuè non est vera, & sic quod non possunt statuere

tuere, quòd appellatio non interponatur, sed affirmatiuè sic, & sic quòd possit statuere, quòd possint appellari. vt ibi per Angel. ¶Sed quid si per istos rectores sunt facta noua statuta & redacta in nouo volumine, nec ibi continebatur, quod vetera essent abolita: accidit quod vnus ca
18 sus, † qui non reperiebatur decisus per noua statuta, sed per vetera sic, & aliter quam disponeret ius commune, dubitatur, an debeat decidi secundum vetera statuta, an secundum ius commune? Dic quòd debet decidi secundum vetera statuta, quia non fuerunt expresè sublata. ita tenet Paul. de Castro in.l.1.C. de iusti. C. confirman. numero. 4. Et hanc decisionem Paul. dicit notabil. Alexand. in additio. ad Bart. in.l. final.ff. de fals. ¶Aut per pœnam statuti facti per
19 villam, seu ciuitatem, fit sublata pœna † legis antiquæ? Videtur quòd non: cùm in electione iudicis sit imponere pœnam iuris communis, aut statuti: quoniam per legem nouam statutariam non intelligitur sublata pœna. l. antiquæ, imo vtraq; pœna durat. vt est casus in.l. in eum. ff. de furtis. & in.l. quotiens. ff. de actio. & obliga. & notat Barto. in.l. senatus in principio. ff. de accusa. & tenet Ange. de Aret. in tracta. malefi. in parte, & ibi caput à spatuli. versicul. quid autem. numer.3. & ibi Augustinus. in additione. numer.9. vbi tenet quod ita communiter doctores tenẽt per.l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. & ibi Cy. quoq; tenet, quod ista sit communis opinio. & istam met opinionem tenet Oldraldus in consilio.94. columna.4. & Bald. in consilio.220. in.3. volumine incipiente, in causa domini Miliani. 6. colum versic. quidam. vbi relata opinione sua subdito, quod alij dicunt, quod vni legi per aliã non videtur derogari, cum correctio sit euitanda. vt in.d.l. quotiens. de actio. & obliga. & Bar. in.l. prima. ff. vi bonorum rapto. Tamen si fieret executio vnius pœnæ, cessaret alia, nisi esset inuenta ad supplementum primæ: quia delictum, quod non est plenè purgatum, debet purgari. vt in capit. ad si clerici. de iudicijs. & l.2. C. de sporto. vt tenet Bernardi. de Landria. in additiõ. ad Angel. in tracta. maleficiorum. vbi suprà. ¶Quod Angel. intelligit verum, vbi suprà, nisi ex aliquibus coniecturis appareat, quòd per impositionem nouæ pœnę per statutum, vel reformationẽ sit recessum à pœna antiqua. Idem tenet Abb. in.c. de causis. de offi. delega. & ibi moder. & Bart. in. d.l.1. ff. vi bono. rapto. ¶Sed contra Bar. & Cyn. tenet Ioann. Andre. & Bald. in.l. data opera. C. qui accusa. non pos. & Petrus de Anchara. in capit. maiores. de Baptis. Imò quòd per pœnam statutariam videtur recessum à pœna iuris communis, & factus est iudex, qui pœnam iuris communis imponeret, quia potestas iurauit seruare statuta. Et hãc opinionẽ dicit Augusti. de Arimi. in addi. ad. d. Ang. in tracta. malefi. vbi suprà, q sibi magis placet maximè per dictum Bald. in.l.2. C. de rebus credi. in fine. vbi per tex. in.l. qui cum vos.§. qui post. ff. de re milita. dixit, quòd vbi per statutum minuitur pœna, videtur recessum ab alia pœna capitali, hoc est maiori. quinimo hoc voluit Bald. in.l. final. C. de ædificijs priua. vbi tener quòd vbi per.l. antiquam imponitur pœna grauis, & per.l. nouam imponitur pœna minor, per istam minorem intelligitur derogatum, & recessum à maiori. ¶Alberi. de Rosa. istam. q. examinat, in prima parte statu. quæstio. 8. vbi latè allegat omnia quæ possunt allegari pro vtraq; parte, & concludit, quòd totus mundus obseruat, quòd per pœnam statuti sit derogatum pœnæ iuris cõmunis vt ibi in fine tenet. & Hippolytus de Marsi. in sua practi. crimi. §. quæritur. in principio. vsq; in fine per decem colum. hanc examinat quæstionem, & ibi in numer. 5. & 6. tenet, quòd opinio Alberici vbi suprà, est communis, & est tenẽda tanquam æquà, & sic, quòd per pœnã statuti derogatur pœnæ iuris communis, quicquid dixerit Bartol. in.d.l. prima. ff. vi bonorum rapto. Et hanc opi. Alberic. tenet Salyc. in.d.l. qui sepulchra. colum.2. versic. quæro tunc secundò. vsq; in fine. vbi eam tenet per quinq; fundamenta satis singularia, & dicit, quòd opi. Bart. in.d.l. prima, & sequatium, videtur sibi periculosa pro assessoribus, & præsidibus, & cum hac videtur. ibi tenere Cy. versic secundò allegatur. in additione. in quantum dicit, & ita tenent nostri doctores, & videtur expressum in.l. qui cum vno. §. qui post, versicul. nam exequi. ff. de re milita. & istam opi. tener Alex. in additio. ad Barto. in d.l.1. ff. vi bono. rapto. in addi.2. Et retẽta ista opinione pro communi, vt dictum est. ¶Dic eã limitari nisi ipsa lex esset iustior, & æquior statuto, quoniam isto casu, non est credẽdum, nec tenendum, q talis lex sit sublata per dictum statutum. vt tenet dictus Hippolyt. de Marsi. in. d. practi. crimi. §. quæritur. nume. 7. quod dicit esse nouum, & notandum, ad quod dicit videndũ Iaso. in.l. Gallus. 6. quidam recte. vlti. column. in fine. ff. de liberis, & posthum. ¶Quoq; dictus Hippo. vbi suprà, num. 9. intelligit dictam communem opin. quando statutum posterius tollẽs primum, faciat specialem mentionem primi statuti, cum clausula derogatoria dicti primi statuti, aliàs pœna iuris communis non esset sublata, nec primum statutũ per posterius, sine tali clausula,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sula,ad quod allegat ipse pluraiura, quæ per te vide,tamen ipse in numero.16.tenet,quòd sufficit generalis derogatio absq; eo, ꝙ ad speciem deueniatur,per iura.vt ibi per eum. & vi. Bald. in.l.si quis abalio.ff.de calumnia, vbi ait ꝙ licet lex noua nouam imponat pœnã, nisi sit clausula derogatoria aliarum legum, non intelligitur sublatus alius modus agendi. Quod dicit esse no tandum pro statutis imponentibus diuersas pœnas à iure communi.vt dicit notare Cyn.in.d.l. qui sepulchra. Sed tu tene supradictã opi.com-
20 munẽ. ¶Sed nunquid sic ligitur via † statuti,quo pœna minor imponitur,possit agi via communi,quæ imponit maiorem,vel econtra si maior esset pœna statuti,quod videtur.vt.in.l.2.ff.vibono.rapto.& in.d.l.cùm ex vno.Sed cõtrariũ videtur.vt in.l.senatus.ff.de accusationibus, & in.l.1.quod senatus.ff.de iniurijs. ¶Sed dictæ leges secundùm Cynn.in.d.l.qui sepulchra. non obstant quia verum est,quotiẽs sunt plures viæ agendi,quod vna peracta,agitur alia in quantũ plus est quando vtraq; competit ad interesse, sed si vtraq;,ad vindictam, tunc secus. vt notatur in.d.l.quod senatus.& dicit Cyn. quod ista opinio tenet Ioann.de Rauẽ. vbicunq; crimen punitur diuersis legibus sub eadem consideratione.de quo ibi per Salyce.qui tenet cũ dño. Cy. ¶An isti,qui dicta statuta fecerunt concessione principis,per istum tex.an postquam fecerunt,
21 possunt postea † ea reuocare? Videtur quod nõ, quia intelligeretur de primo actu.vt in.l.boues. §.hoc sermone.ff.de verbo.significatio. ¶Contrarium est verum secundùm Bald.in tit.de pace contesten.in vsi.feudo.in.6.column.num.21. per tex.in argumen.in.l.omnium.C.de testa.& quòd notatur in capi.non potest.de præben.in 6.in nouella.Et ex his apparet secundum Bald. vbi suprà.quòd statuta potius accedunt vltimæ voluntati,quàm contractui.vt notatur in capit. cunctis.de concessi.præben.in.6.& per Cyn.in l.fi.§.1.C.communia.de leg.& idem, quòd possunt reuocare tenet Bar.in.l.omnium.C.de testamen.Et istud tene,licet Bal.ibi teneat contrarium,dicendo,quòd eadem solennitas requiritur in destruendo, quæ in constituendo.arg.in l.si vt proponis.C.de nuptijs.quia cum opinione Bartol.transit Ful. Salyc.& Paul.de Castro ibi.Et pro hoc allegat Paul.dictum Ioann.And. in nouella.in capitul.1.de his quę fiunt à maior. part.capitul.vbi ait, quòd si canonici iurant seruare statuta,intelligitur quousq; durabunt, & possunt statuta reuocare,nec sunt periuri. cùm de natura ipsorum sit,quòd reuocari possunt sicut testamentum.*Et ibi Abb.num.7.vbi possunt contrauenire collegialiter tollendo dicta statuta.*de quo per Bart.in.d.l.omnes populi. de iusti.& iur.12.colum.num.33.& est tex.in.c. cùm accessissent.de constitutio. & pro opinione Bartol.& sequacium est text.in.l.44.de Toro.& tenet Ange.singulariter.in.l.Paulus.la prima.ff.de reiudi.in fine.vbi ait,quòd ab statuto populi confirmato per principem recedi potest per ipsos statuentes. quod dicit esse mentẽ tenendum. ¶Abba.tamen in dicto capitul.cùm accessissiet.numer.2.dicit, quòd solent Bartolu. & Bal.concordare,vt opi.Bart.procedat, quando statutum concernit principale fauore statuẽtium,quia tunc confirmatio habet vim cuiusdam priuilegij cui possunt statuẽtes vt priuilegio renuntiare.vt in capitulo.cùm illorum. de præben.Et dictum Bald.procedat, quando statutum concernit fauorem aliorum, vel bonum publicum,ita quòd non merè ipsos statuentes: quia ex quo superior confirmat,videtur dispositionem suam facere:quia omnia nostra facimus quibus authoritatem impartimur.vt in capitul. apostolicæ.de preben.in.6.l.prima. Circa medium.C.de veter. iu. enuclean. & inferior non potest legem superioris tollere.vt in Clementina Romani.de electio.Andre.Sicul.Barb.in.d. capitul.cum venissent colum.10.per.6.column. istam quæstiõ.examinat,& dicit, ꝙ Iesus Christus reuelet vobis veritatem huius hæsitationis: & ponit quamplurimas opiniones doctorum: & intellectus.Attamen in.12.columna.versic.& in quantum vult tenere cum distinctione Abb. supra relata,sed dicit,quòd debet restringi,& limitari veram,si per illam reuocationem reducant se ad terminos iuris communis. vt probat. d.tex.in.d.capitul.cùm accessissent. & hoc voluit.Bartol.vbi suprà.& facit ad hoc.c.pro illorũ de præben.& capitulo.dilecto. eodem titulo. vbi vi.Abba.numer.17.&.19.& est ponderanda dict.l.omnium,quæ loquitur secundùm Barb. vbi suprà.eo casu.quòd quis poterat testari sine principe,& etiam respicit commodum ipsius testantis,& dicitur, ꝙ sine principe põt reuocare Et sic est ibi casus formalis secundùm Barb. vbi suprà pro dicto Abb. quòd vbicunq; statutum, & confirmatio eius tendunt ad vtilitatem statuentium,possunt statuentes reuocare. Et per consequens cum reuerentia Bar.non bene loquitur,in quantum assumit doctrinam ita largã ex isto text.dicendo,quòd statuentes passim possunt reuocare statuta confirmata à superiore, Quia ille text.loquitur,quando actus,& eius cõfirmatio concernebat vtilitatem ipsius disponẽtis,nec de hoc doctores animaduerterunt.Et ita dicit

dicit Barbat.vidisse doctores Perusinos. in. d.l. omnium.ponderantes illum tex.contra Barto. & dicit,quòd ista concordia Abba.quam dictus Abb.sibi attribuit,fuit Ang.in dict. l. omnium de quo per dictum Andre.Sicul.Barba. vbi suprã. ¶Et licet sit verum,quòd statuentes possunt reuocare,vt dictum est,fallit,si in cõfirmatione princeps opponat clausulam decreti decernentis irritum, quia tunc non est licitum inferiori contrauenire.glossa.est.& ibi Abba. numer.14.in.cap.dilecto.de præben. ¶Sed quid si omnes de consilio iurauerunt seruare statuta,an possunt pro bono publico reuocare sine metu periurij? Dic quòd sic:quia iuramentum intelligitur,dum statuta fuerint statuta. Si tamen iurassent non reuocare, tunc bene essent periuri nisi habita esset consyderatio statuti tanquam à causa finali,quia tunc deffectus causæ finalis excusat à periurio.tenet Montal.in.l. prima titul. 7.lib.1.for.ll.in gloss.juren.Et de ista materia vide Alberi.in.1.part.statu.q.16.* Et adde ꝙ pœnæ quæ imponuntur pecoribus,& alijs damnificantibus saltus & prædia aliena, possunt crescere & augeri si pœnæ nõ sunt sufficientes,seu si qualitas temporis exigit.text.est,& ibi Grego.Lopez.in.l.3.in fin.titul.26.partit.2.& singulariter Petrus Antiboli in tracta.de munerib⁹.in.3.parte.§.4.num.197.&.199.cum seq.tomo.6.tracta. fol.48.& vi.Bal.in.l.& si seuerior. C.de his qui notantur infami.*

SVMMARIVM.

1 *Electio officialium ad concilium ciuitatis spectat.*
2 *Electio debet fieri de magis idoneo.*
3 *Electio debet statim notificari electo.*
4 *Appellari potest à nominatione.*
5 *Si appellationis causa est pronuntiatum, quòd quis acceptet officium, eo nolente aceptare, debet alius loco eius subrrogari, & illi subrrogato dare bona renuentis possidenda, & vsufructuanda. Et quoq; potest poni in carceribus & in banno, & indici multa.*
6 *Si pro contumacia ipso gerere magistratum cõpareat alius, & vult onus officy subire pro ipso, non est admittendus.*
7 *Appellatione durante à nominatione si est collega in officio, an ipse in solidum officium exercit.*
8 *Quid in pluribus executoribus, & fidei comissarijs, an si vnus se excuset, alter totum officium adimpleat.*
9 *A tutela, & cura non debet quis appellare, sed se excusare.*
Excusationi isti debet dari curator liti, alias sententia excusationis est nulla.
10 *Nominans in debitè aliquem, sciens eum habere excusationem, tenetur ei ad omnes sumptus litis.*
11 *Eligere an potest officiales solus magistratus, & quid si est electus, & non acceptat officiũ, an iterato ciuitas potest eligere, & quid si electores non se concordant.*
12 *Confirmatio officialium debet fieri per principem.*

d 1 Eligan. d Idem est de iure cõmuni, qa ad concilium ciuitatis † spectat facere electionem officialium,& syndicorum.vt tenet Bart.in.l.2.C.de decurio.lib.10.in fine.& tex.in.l.Itẽ eorũ.§.si decuriones.ff.quod cuius vniuersi.nomi.& l.sed si ex dolo.§.1.ff.de dolo.& ibi glossa.Platea.in rubrica.de decurio. & in.l.2.eiusd.vt numero.3.& Lucas de Penn.in princip.vbi ait,qꝰ is ergo,qui præ est ciuitati facere, seu curare debet vt cum imminet officialium electio,aut aliqua munera,ipsi decuriones solenniter ad curiam euocentur, & electio per eos,vel nominatio fiat.Idem tenet Petrus Antiboli.in tracta.de muneri.in.3.parte.§.4.numer. 200.quem vide.tomo.6.tracta.fo. 48.* Et facit. l.8.titul.1.libr.7. ordi. & intellige si talia officia iurisdictionem non habent:quia de lege partitarum electio seu prouisio iudicum ordinariorũ, ciuitatum & villarum regni solum ad principẽ expectat & non ad vniuersitates, nec ad concilia ciuitatum:tenet Grego.Lopez.in.l.7. tit.18. parti.3.& hoc nisi habeant ex priuilegio,vel cõsuetudine,vt dixi suprà.in.c.1.in.g.1.* ¶Talis em
2 electio debet † fieri de magis idoneo vt Inno.in c.cum olim.de restibus.nu.2.tamẽ si fiat de digno,non vitiatur,licet potuerit fieri de digniori. glo.& Bart.in.l.cum quidam.ff.de lega.2.Et vi. Plat.in.l.1.C.de agricolis,& mancipijs domini, & fiscali.libr.11.vbi ait, quòd electio ad honores & munera ciuitatis debet fieri de ordinibus decurionum,& de alijs florentibus viris ciuitatis: nec est descendendum ad infimos, nisi in subsidium, quo casu etiam minus idonei eliguntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ibi per eum. Et sic debet intelligi quod dicit Plat.in.l.per Illiricum.C. de cohartali. libro.12. vbi ait, quòd sectantes immania,& illicita lucra non sunt ad officia eligendi , & idem tenet ipse Plat.in.l.si cohartalis.eiusdem titul.dicendo,q artifices, &negotiatores, & aliæ viles personæ non possunt assumere officia prouincię,nec alias dignitatis.* Et facit quod tenet Ludo. Roma.in rep. l.si vero.§.de viro. ff. soluto matri. colum.pe.vbi affirmat, quòd iura facientia aliqua personarum genera non idonea ad officia, vel dignitates, vel concedentia alicui genera personarum,immunitatem à prædictis non extendi ad casum quo ineſt necesitas, vt quia alij idonei reperiri non possunt , tunc enim ad eos recursus haberi potest.vid.l.ex generaliter.§.spurios.ff.de decurio.& vi.l.spurij &ibi.glo.1.ff.eo. & in.l.non tantum.& idem dic de economo ecclesiæ quia debet esse laicus.tenet Abb.& docto.in.c.2.de iudi.Grego.Lopez.in.l.61. titul.5. part.1.in.gl.legos.in fin.& facit.l.3.titul.12.part. 1.& facit.l.3.titul.13.part.2.& l.13.titu.15.parti.1. & vi. Grego.Lopez.in.l.25.titu.7.par.1.& Bar. singulariter in.l.1.ff.de excusa.tuto.num.2. vbi dicit quòd propter penuriam personarum nobilis interdum ad ignobilium obsequia coarctantur,& sic econtra ignobiles & infames ad dignitatum obsequia propter penuriam personarum admittuntur: quod nota.* ¶Talis electio debet
3 statim † notificari electo,& si est absens, per publicum nuntium.vt Bartol.& Plat.in. d.l.2. nu. 4. quia anteaquam sibi notificetur, non currit tempus appellandi à tali nominatione.vt tenet Bald.& Angel.in.l.1.C.de tempori.appella. & talis denuntiatio debet ei fieri personaliter vel ad domum.vt in.l.scire oportet.§.oportet.el primero.ff.de excusa.tuto.Quia citatio, & notificatio solenniter facta ad domum alicuius,præsumitur ad eius notitiam deuenire.vt in.l.vt perfectius.in verb.domicilium.C.de annali.excep. & in.l.1.§.1.vbi est bonus text.de hoc.& ibi Bar. ff.de liberi.agendis,& agnosce. ¶Et ab ista no-
4 minatione † de aliquo ad munus publicum authoritate,& vtilitate potest appellari. vt in.d.2. C.de decur.& in.l.si ad scribatũ.& in.l.hic qui. C.de appel.& est text.similis in.leg.8.tit.23.par tita.3. Et hæc appellatio ad nominatione, debet terminari,infrà duos menses.vt in.l.1.C. de tempori.appel.& Plat.in.d.l.2.& ibi glossa.& idem tenet Ioann.de Plat.in.l.generali.C.de decurio. lib.10.in fine. ¶Et si appellatione ista pendente

eligan justamẽte y

aliquod damnum vniuersitati eueniret, ex eo quòd non acceptauit officium, per appellantẽ, debet resarciri, si iudex appellationis pronuntiat male appellatum à tali nominatione. Sed si pronuntiat bene appellatum, electores debent de suo reipublicæ resarcire.vt tenet.d.l.parti.& Ang.in.l.si imperatores.§.si magistratus. ff. de appel.vbi est simil.tex. ¶Sed postquam in causa appellationis est pronunciatum quòd acceptet officium, † eo nolente acceptare, debet alius
5 loco eius subrogari , & illi subrogato dari bona recusantis possidenda,& vsufructuanda , donec durat. Et iste contumax quandocunq; fuerit repertus, cogitur iteratò ipsum gerere magistratũ duplicato tempore, quo prius erat ipse gestur⁹. vt est text.& ibi Bartol. Plat. & Lucas de Penn. in.l.si ad magistrtum.C.de decur.libr.10.& tenet Ludouicus Roma.in singula.185. ¶Et quoque dicit Baldu.in.l. præsens.C.de suspecti.tuto.q illi qui nolunt acceptare officia communia,quę sunt onerosa possunt poni in carceribus,& in bãno. Et Angel. de Aretio.in.l.prima.§.si quis tutor.ff.quando appel.sit.col.1.& Bal.in.l.3.C.de excusa.tuto. & ibi gl.& in.l.imperatores.§.1.ff. de appel.&.d.Petrus Antiboliin.d.tract.de muneribus.in.3.parte.§.4.num.81.tomo.6.tractafoli.42. ¶Sed an in casu huius legis poterit huic electo iudici multa, vt propterea magistratum gerere compellatur. Quod non videtur, cũm cõtenti esse debeamus pœnis legalibus compræhẽsis.l.si compulsus.§.si diuortio.ff.de verbo. obliga. Sed contrarium est secundùm Lucam de Pẽ. in dict.l.si magistratum, prima colum.vt latè ibi per eum. ¶Et in tantum, quòd si proba tali con
6 tumace iusso gerere magistratum compareat † alius,& vult hoc onus officij subire pro ipso, q non est admittendus.vt.l.Sthicum Titio.§. vlti.ff.de statu liber.cum concordantis.per.d.Lucam de Pen.in.d.l.si ad magistratum.3.columnversicul.Item pone.vbi hoc singulariter approbat. ¶Sed si est collega in officio, durante † appellatione ab ista nominatione, ipse collega in
7 solidum officium exercere debet: & si ambo nolunt acceptare,in locum amborum appellantiũ aliquis debet subrogari , donec causa appellationis terminetur,secundùm Angel.in.d.l. si imperatores.§.si magistratus.ff. de appella. ¶Quod ibi dicit idem dicendum est in pluribus fideicõ-
8 missarijs,& † executoribus testamenti,vt si vnus se excusat,alter totum officium debet complere: & si omnes se excusant , & periculum sit in mora, dicœcesanus eorum loco executioni tradere poterit omnia in testamento relicta , quod idem tenet Alexande.in additio. ad Bartolu.in l.pri-

l.prima.§.si plures.ff.de exercitor.actione.in additione,quæ incipit,distingue.& est text.in capitul.2.§.sane.de testamen.in.6. ¶Sed suprà dic
9 tu an habeant locum , quando quis appellat † à tutela,vel curæ? Dic quòd non: quia in istis non debet appellari,sed debet quis se excusare infrà quinquaginta dies: & si eius excusatio reijcitur tunc à tali sententia reiectionis excusationis poterit appellari.vt in.§.qui autem.Institu.de excusa.tuto.& est tex.in dict.l.8.titul.23.& l.1.ti.titul.17.part.6.Et ratio istius potest esse secũdum Ioannem de Plat.in.d.l.2.C.de decurio.libr.10, quia nominatio non fit cum deliberatione consilij,sicut illa,quæ fit à concilio ciuitatis, secundùm Cy.in.d.l.hic qui.C.de appellatio. ¶Nota tamen vnum circa excusationem tutelæ in practica,quam pauci sciunt: quia intra observationem temporum,de quibus in.l.scire oportet.ff. de excusa.tutor.&.§.qui autem.Institu.eodem. volens se excusare,faciat dare à iudice curatorẽ huic liti pupilli,vel adulti,& cum illo curatore litiget , ita quòd illo curatore defendente causam pupilli,vel adulti,feratur sententia excusationis:aliàs si contra fieret sententia excusationis esset nulla ipso iure,tanquàm lata contra pupillum,vel adultum in defensum. ita tenet Matesila singul.136.& vide Ang.in dict.§.qui autẽ. nume.2.& glo.in.l.1.c.si tutor,vel cura.fals.allegan.excusa.in gloss.2. ¶In proposito adde vnũ
10 notandum,quòd ille qui indebitè † aliquem nominauit,sciens eum habere excusationem,si causa eum vexandi,vel ex odio nominat,tenetur ei ad omnes sumptus litis,quos ille nominatus faciet in causa appellationis se excusando, eius iuramento,& iudicis taxatione declarandos,ne eius temeritas,& calumnia transeat impunita. vt tenet Ioan.de Plat.in dict.l.secunda.C.de decurio.in fine.per iura.vt ibi per eum. ¶In tantum
11 isti officiales debent eligi per consilium ciuitatis,quòd,si solus magistratus, † & sic corrector, vel prætor vellet eos eligere solus , sua electio non valet.vt in.l. nominationes. C. de appella. nisi decuriones hoc ei commisserint. vt tenet Lucas de Penna.in dict.l.secunda de decurio.in fine.per text.in.l.Item eorum. §. si decuriones, f ff.quod cuius.vniuersita.nomi. Vnde secũdum eum primi reges Romanorum,videlicet Romulus,& Numma Pompilius binos quæstores habuerunt,consensu,& electione populi, non eorum voce creatos.vt in.l.prima.in principio.ff. de officio quæsto.* Tamen sic electores non se concordant in electione,venit ad iudicem , vel prætorem:tenet Alberic.de Rosa.in.l.in venditione.§. si quis fructus. ff. de bonis autho. iudi.

posi.numer.3.per.l.vltim. C.de iudi.& l.1.§.inno tandum.ff.de ventre.inspicien.facit tex.in cap. nec pro defectu de electio.& vi Bar.in.d.l.in vẽ ditionem.§.si vnus.* ¶Sed quid si ciuitas eligat potestatem ciuitatis,seu alium officialem, & il-

sin parcialidade, y ansi mismo a las q̃ conciernen al bien comũ: ansi que

le electus non consentit,an ciuitas potest iteratò eligere? Dic quòd sic: quia iste text. videtur cogitare de effectu.& tenet Bald.in capitu.causamq;.de electione. numer.11.per.l.hæc conditio.in principio.ff.de cõdi.& demonstra.& per.l.qui per salutem. ff. de
12 iure iuran. ¶Et licet † electio spectet ad decuriones,tamen confirmatio officialium debet fieri per literam approbatoriam principis. tenet Platea.in.l.nullus. C. de cohartali. principibus. libro.12.

SVMMARIVM.

1 *Eligendus non est quis ad clamorem populi.*

e Sin parcialidad, e In tãtum,q sit talis electio fiat cum illa parcialitate,vel rumore populi,nõ valet.vt Baldus.in lege omnem.C.ad Tertul.in fine.& glossa in capit.secundo.de electione. in
1 prima glossa.vbi ad clamorem † populi nullus est eligendus: quia sæpe,aut gratia hoc faciunt, aut pretium inde recipiunt.cap.si ergo.8.quæs. prima.quia populus frequendus non est,sed docendus.62.distinctio.capit.docendus.& cap.miramur.61.distinctio.& vanæ voces populi non sunt audiendæ.vt in lege decurionum filij. C. de pœnis.& arg.in lege.si constat.ff. de appellatio.& vide quæ dixi supra in capit.quarto in gl. por ruego.in fine.

Bien comun. f In hoc statuentes debent attendere
quia vt inquit Baldus in tractat. statutorum in parte,authoritas. versicu.lo secundo. referendo Cynn.magistratibus videtur concessa authoritas statuendi,si ad bonum publicum , & publicam quietem statuant, vt quia statuunt, quòd quilibet vadat in exercitium , vel quòd nullus vadat de nocte sub certa pœna, & valet tale statutum.vt in lege pro gramma.C. commina.vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

epistolæ. Sed ad singulorum vtilitatem nō possunt statuere, vt Baldus in lege prima. ff. de officio eius cui mandatum est iuris. prout tenet Baldus vbi suprà.

SVMMARIVM.

1 *Labor non debet esse vacuus à mercede, & nō debet defraudari: quia labor corporis, est maior quolibet pretio.*
2 *Populus potest statuere circa pretium laboris, attenta ratione victualium.*
3 *Laboratoribus debet solui pretium sui laboris in ipsa nocte, quando veniunt ex labore, nisi sint pauperes, quia tunc debēt aliquid ex principio habere, vt possint laborare.*
4 *Conducens operas alicuius, vtrum intelligatur sumptu locantis, aut sumptu conductoris iudex agricolas vagos debet mittere ad agrorum culturam.*
5 *An conducens operarium, teneatur ad instrumenta ad operandum.*
6 *Scriptor, qui promisit scribere librum, tenetur scribere de suo atramento.*
7 *Operarius in opere rumpens aliquod instrumēt tum ferreum conducentis, non tenetur.*
8 *Quid si frangit rem, in qua operatur.*
9 *Conducēs laboratorem ad laborandum, an pōt alij delegare.*
10 *Operarius an potest seruire & operare per substitutum.*
11 *Opus debet fieri de die & non de nocte.*
12 *Operarios plures mittēs in vineam suam, & postea mittēs vnū, cui promisit sibi dare quātum vnus de alijs habet, an debeat dare quantum ille qui minus habet.*
13 *Laborator conductus pro mercede quā alij cō ducti sunt, debet habere minorem, non maiorem.*
14 *Laboratores conducti ad laborandum in alicna possessione, an puniātur, vide hic fallētias.*
15 *Laboratores conducti ad laborādum, si commānātur, an possunt agere contra conducētes.*
16 *Locans operas suas duobus quis erit potior.*

g1 Menestrales. g Quia labor † non debet esse vacuus à mercede. vt Specul. in proœmi. sui operis. versi. hoc ergo, & non debet fraudari. vt in. l. pē. §. illo C. de necessarijs seruis. Bal. in. l. præcipimus. C. de impube. & alijs substit. col. 4. quia labor corporis etiā minimus, est maior quolibet pretio. vt in. l. seruorū. ff. de pœnis. & Bar. in. l. 1. C. d̄ senten. quæ p eo interest. * Et hoc verbū menestrales ponitur. in. l. 5. tit. 20. part. 2. * ¶ Et ideo cōdita est lex. 2. tit 5. lib. 7. in ord.

en los menestrales g, y otros officiales vsen de sus officios bien y fielmente, y sin fraude alguno, como en que la tierra sea bien bastecida de carne, y pescados y otros mantenimientos a razona-

2 reg. vbi habetur q̄ populus † faciat circa istos operarios statuta circa sui laboris pretium, attenta ratione pretij victualium. Et est tex. singula. & quoq; dicit. d. l. 1. q̄ isti laboratores in † ipsa nocte, quando veniunt ex labore debet sibi solui pretium sui laboris, nisi alia die sequi voluerit quoq; cum conductore laborare, quia in isto die debet solui. ¶ Tamen si sunt pauperes laboratores, qui alimenta ex diurno labore percipiunt, debent aliquid habere in principio, vt possint laborare: quia verba debent intelligi secundum qualitatem personarum, ita tenet Mōtal. in. l. 3. tit. 20. *de las deudas.* for. ll. lib. 3. in gloss. *a plazo.* Quod est notandum ad intellectum. d. l. 2. ordinamenti. & idem dicit Bald. in. l. 2. C. locati. vbi tenet, q̄ laboratores de mane, debent aliquid habere, vt possint laborare, quinimo contrahere potest cum istis soldaderis, & stipendijs, putà pecuniam eis mutuando ante tempus solutionis stipendij, vt tenet Plat. in. l. iubemus per hanc. C. de erogati. milita. lib. 12. nu. 2. ¶ Sed
4 quid si aliquis conduxit operas † alicuius, vtrū intelligatur sumpta locantis, aut sumpta conductoris. tex. in. l. 1. in. d. tit. 5. lib. 7. in ordi. rega. dicit, q̄ sumptu locantis, in quantum dicit, *contodas sus herramientas y con su mantenimiento salgan a la plaça los que se ouieren de alquilar.* Sed quidquid dicat ista lex, tenerem in hoc, quod tenet Bart. in. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indebi ti. num. 32. vbi dicit, q̄ in hoc inspicienda est consuetudo

tudo regionum, quæ consueuit esse in cōductione talium, & illa est seruanda, quia sic actum videtur. vt in. l. excepto. & ibi notata. C. loca. & in l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. libr. 10. & in. l. quid si nollet. §. qui assidua. ff. de ædilitio edicto. & in. l. si prius. §. 1. ff. de aqua pluui. arcend. & tenet Bal. in. l. liberti. C. de operis liberto. col. 3. num. 11. ¶ Sed ista consuetudine cessante, tunc ille alimentabitur de pecunia sibi debita pro mercede, cum in dubio intelligatur facere suo victu. secundum Bar. vbi suprà. Ad quod dicit, q̄ facit, quod notatur in. l. 2. C. locati. & in l. si verò non remunerandi. §. quinto. ff. mandati & in. l. suo victu. ff. de operis libert. vbi melius probatur, quia sicut ibi facit propter remunerationem, ita hic propter mercedem. Et ita credo esse intelligendum. d. l. 1. ordinamen. s. q̄ de suo teneatur facere victū, & afferre ferramenta, quā do consuetudo non est in contrarium, quia tūc dispositio illius. l. est seruanda, licet gl. in. l. quoniā liberi. C. de testi. in. gl. fi. teneat contrarium dicendo, q̄ laboratores debent ali: quod est verum, quando cōsuetudo ita se habet, vel ita fuit conuentum inter partes: vel gratis laborāt, quia tunc debentur eis alimenta. vt Bar. Bal. Ang. & Sali. in. d. l. quoniam liberi. ¶ Sed quid in dubio quando non fuit inter partes conuentum? Dic q̄ in dubio semper intelligitur contractus initus secundum consuetudinem loci. gl. in. l. quinta. §. in commissoria. ff. de lege cōmisso. & Bart. in. l. magistratus. ff. ad municipal. vt tenet Ias. in d. l. si non sortem. §. libertus. nu. 28. ¶ Sed quid si
6 aliquis promitteret operas suas remunerationis seruitij antehabiti? Bar. in. d. §. libertus. dicit, q̄ est adhibenda distinctio. Aut promittens erat inops, vt dixit in liberto, de quo ibi per eum. Si verò promissio operarum fieret ex mera liberalitate, non causa mercedis, nec causa remunerationis, tunc intelligerentur promitti sumpta eius, cui debetur. vt in. l. rebus. §. possunt. ff. commodāti. secundùm Bar. vbi suprà. * Et tene, q̄ iudex ex officio suo debet agricolas vagos mittere ad agrorum culturam: vt in. l. 2. titu. 14. libr. 8. ordi & Greg. Lopez. in. l. 4. tit. 20. par. 2. * ¶ Sed
5 quid si conduxi operarium certa † mercede ad operandum, an ego conducens tenear ad instrumenta? Dic q̄ non, sed operarij debent portare omnia instrumenta: & si non habent, debent cogi ad emendum. prout tenet Imol. in. l. stipulationes commodissimę. ff. de verb. obliga. & tex. in. d. l. 1. ord. regali. & tenet Bal. in. l. 1. C. de verb. signifi. nu. 2. glo. & Bal. ibi in fine in. d. l. quoniā liberi. & glo. in. l. 2. §. fi. ff. ad. l. Rhodi. de iactu. vbi est. tex. & tenet Ias. in. d. §. libertus. nu. 31. & 32. & idem tenet Ang. in. d. l. stipulationes commodissimæ, vbi ait, omnes operarios teneri portare omnia instrumenta ad operandum necessaria. Et idem dicit de scriptore, † qui promisit
6 scribere librum, tenetur scribere de atramento suo, & cum calamo suo, & tenetur etiam scribere de die, & non de nocte. ¶ Sed hoc quoq; intelligo, nisi aliud sit actum inter partes, vel consuetudo sit in contrarium per supradicta. ¶ Sed qd
7 si operarius in opere rumpit † aliquod instrumēt tum ferreum, an conducens teneatur? Dic q̄ nō, vt est tex. in. l. 2. §. si conseruatis. ff. ad. l. Rhodi. de iactu. & gl. in. d. l. quoniam liberi. & ibi Bald. & est glo. fi. & tenet Ias. in. d. §. libertus. nu. 30. & 31. & Bal. in. d. l. 1. nu. 2. C. de verbo. signifi. ¶ Sed
8 quid autem si frangatur † res, in qua operatur? Vide text. in. l. cum quæritur. §. si gēma. ff. locati. ¶ An qui conduxit laboratorem ad laborandum, potest alij delegare. Ias. in. d. §. libertus. nu 16. per tex. ibi tenet q̄ non: quia operæ officiales non possunt alij delegari. per tex. in. l. 4. ff. d̄ nouatio. Et ratio est secundum eum, quia cohærent personæ, vt in. l. operæ in rerum. ff. de operi. liberto. ergo delegari non possunt. vt in. l. vnica. §. nec autem. C. de caducis tollen. Hinc est secundum eum, q̄ si conduxisti seruum, vt tibi seruiat per annum in domum, non potest alij delegari. & si talis delegatio fiat, liberatur delegās ope exceptionis, vt Bar. in. l. 4. ff. de nouatio. secundùm Ias. vbi supra tamen operæ fabriles possunt alteri delegari, quia tales operæ personæ cohærent. secundùm Iaso. vbi suprà. numer. 18. * vide de hoc per Peregr. in parte locatio. q. 6. in. gl. secundum laboris colum. 2. versi. conduxisti: & ibi etiam, an ille qui debet præstare operas vno tempore si vult præstare in alio, an possit vi. gl. in. l. cum quidam. ff. locati, & ibi. Bar. * ¶ Sed an
10 operarius potest operare, † & seruire per substitutum? dic q̄ non vt tenet Ang. in. d. l. stipulationes commodissimæ. vbi ait, q̄ scriptor non potest mandare discipulo suo, q̄ scribat. Quod dicit esse idem in omnibus alijs operarijs. quod nota. vi. latè per Ioann. de Plat. in. l. nullus qui. C.
11 de decurio. lib. 10. num. 3. Et tale opus † debet fieri de die, cum melius fiat quàm de nocte: & melius per magistrum, quam per discipulum, secundùm eundem Angel. ¶ In proposito nota vnum quod tenet Paul. de Castr. in. l. si ita relictum. ff.
12 de legatis. 2. q̄ si aliquis misit † in vineam suam plures operarios, & postea misit vnum & promisit sibi dare quantum vnus de alijs habet, q̄ debet habere quantum ille, qui minus habet. Sed hoc non habet locum in contractu, in quo verba non debēt intelligi secundū mentem pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferentis tantũ.l.in veteribus.ff.de pactis.& in.l. in vẽditione.in fine.ff.coĩa prædiorum. Ideò dicit Paul.vbi suprà,q remittitur arbitrio boni viri secundũ merita personæ,vt habeat tantũ,quãtum alius,qui tantundem fecit,vel non plus, & quia labor est remunerandus pro rata.vt Speculator in tit.de depositi.§.7.versic.Sed pone procurator. ¶Laborator verò † conductus pro mercede,quaalij conducti sunt,debet habere minorem,non maiorem,si vnus maiorem,alter minorem habeat,secundùm Dy.singula.in.l.qui concubinam.§.primo.ff.de lega.tertio. ¶Adde in
14 ista materia,q si laboratores † conducti ad laborandum laborant in aliena possessione,excusantur.vt tenet Bar.in.l.in rem.§.tignum.ff.de rei vendica.vbi est glo.¶Et facit,quia in talib⁹ consueuerunt operari, & locare operas suas. vt in.l. item apud labeonem.§.si quis astrologus. ff. de iniurijs,& habito respectu ad artem suam, dederunt operam rei licitæ. ¶Conductor tamen nõ excusatur,quia debuit scire fines, & terminos rei suæ,nec debet errare in facto suo.vt in. l. si constituerit.C.finium regundo.&.l. fina.ff.pro suo.& tenet Bal.in consilio.129.libro tertio. vbi quoq; dicit,maximè quando isti laboratores operarum manualium sunt rustici,quia rusticitati parcitur,præterquam in iure naturali. vt in.l. venia.C.de in ius vocan.& credere autem bono viro eos conducenti,cum quilibet præsumatur bonus,est contra ius naturale.vt notatur in.l. Titio.ff.de condi.& demonstratio. & facit quod notatur in.l.quicunq;.§.penul.C. de seruis fugitiuis,vbi contractus licitus excusat errantem & quia lex dicit,scientia,non ignorantia volumus obligari.vt.C.de tabularijs.l. generali. & quoq; tenet Gandi.in tracta.malefi.in parte, de pœnis reorum.num.3.& idem Bald.in consilio. 264. in dicto libro.3. ¶Quod intellige,quando istis laboratoribus nulla fuerit facta inhibitio, seu protestatio, aliàs tenebuntur domino ad interesse. per id quod notat Bar.in.l.de pupillo.§. nuntiatio.ff.de noui ope. nuntia. & ita limitat Imola. ibi in dicta.l.de pupillo.§.si quis fortè.& Iason. ibi in.§.nuntiationem.nu.7.& fuit limitatio Saly.in lege non ideo minus.C.de accusa. & Bart. in authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi. opor.& in lege non solùm.§.si mãdato.ff. de iniurijs.in secunda colum.& Baldus. in dicta.l. non ideò minus.prima colũ. Saly.ibi in prima quæstione. ¶Sed hãc limitationem dicit falsam Augusti.de Ari.in additione.ad Angel.in tractatu malefi.in parte,& Sempronium Rodolphi.nu. 14.vbi plura in contrarium ponit,& in fine approbat opinionem Specula.in tit.de emptione & venditione.§.nunc dicendum.versi.fi.s.quòd si aliqua adminicula concurrebant cum denuntiatione protestantis,erat ei credendum, & cui fit protestatio,constituitur in mala fide. vt ibi per eum.Et vide tu Alex.in dicta lege de pupillo.§.nuntiationem.numero.12.vbi hoc altercat & dicit,quòd quando denuntiatio fit reintegra. i.antea quam isti operarij locent operas suas,sed si est facta postquam locauerunt operas suas,talis denuntiatio non prodest,nec isti operarij cõstituuntur in mala fide vt puniatur. ¶Quoque intellige,quando laboratores non sunt consanguinei,nec vicini:quia si sunt vicini,vel consanguinei non excusantur si accusantur, tanquam scientes facta vicini,& laborauerunt in fundum qui non erat suus.vt in lege si ita.ff.de fundo instru.& in lege prima.§.primo.ff.de fulmi.& nota in lege secunda.C.quando fiscus vel priuatio vt tenet Baldus.in dicto consilio.129.in secunda columna.& tenet additio Bartol. in lege prima. ff.si cert.peta.in additione, quæ est in tertia columna in num.decimoquinto, in parte, vicin⁹. ¶Item excusantur si isti laboratores, seu magistri erant bonę fidei,quia non puniuntur.vt tenet Paulus de Castro in lege refectionis.ff.communia prædio.in fine. ¶Sed si isti laboratores veniunt ad laborandum cum armis, non excusantur,vt Baldus in.§.si quis in suo solo. Institu ta de rerum diuisione,prout tenet dictus Augustinus de Arimino ad Angelum de Maleficijs. vbi suprà,quem vide. ¶Et idem est, si isti operarij excesserunt fines mandati immittendo falcem in messem alienam,dominus non tenetur, quia non mandauit,nec ratum habuit. vt in.capitul.cùm ad sedem.de resti.spolia.prout tenet ad literam Bal.in.d.consilio.129.in lib.3.¶Adde quoq;,quòd si isti laboratores condemnantur,
15 † poterunt agere actione iniuriarum contra cõducentem,& ad damnum.vt est glos.& ibi Bal. in.l.qui sepulchra.in principio.C.de sepul.violа.sed hoc intelligo quando isti laboratorès conducebantur ad faciendum opus illicitum, quo casu meritò puniuntur, & si essent ignorantes, quia tunc haberent regressum contra dominũ, qui eos conduxit.vt tenet Iaſ.in.d.l.de pupillo. §.nuntiationem.numer.7.respondendo ad tex. qui multum stringit in.l.2.§.ii.in verbo,& ministerio functi sunt.ff.de termino amot. Et istum tex.ponderauit contra dictam glo.in.d.§.tignũ. Albericus de Rosa.in.l.si quis id quod. ff. de iuri.om.iudi.Et idem tenet Alex.in.d.§. enuntiationem.num.13.vbi tenet, quòd isti tales conducentes laboratores ad faciendum opus illicitum ipsis operarijs hoc ignorantibus possunt connir

ab operarijs actione iniuriarum, per quam consequi poterunt damnum suum,si quod patiantur.per dictum Bal.in.d.l.qui sepulchra.vbi ad hoc subtiliter ponderat illum tex.in vers.viuos
16 polunt.¶Adde,q si vnus † locauit operas suas duobus,vel promisit duobus laborare agrum, vel scribere librum,licet obligatio sit sine hypotheca,tamen qui prior est tempore, potius est in iure,& ad id potest cogi per capturam personæ,vt notatur de scriptore.ff.de noui ope.nunti.l.stipulatio.§.fine:prout tenet Bal.in.c.quemadmodum de iur.iura.num.7.*¶Tene quòd si ciuitas indiget artificibus potest compellere aliquos vt discant illud artificium & exerceant ꝓ vtilitate publica:tenet Greg.Lopez.in.d.l.5.ti. 20.part.2.in gloss.menestrales.*

SVMMARIVM.

1 *Victualia vt iusto pretio vendantur, spectat ad præfectum vrbis.nu.4.*
2 *Sicut pater tenetur alere filium, ita potestas tenetur procurare alimenta ciuitati.*
3 *Statutum quòd victualia non vendantur iusto pretio,non valet.*
5 *Pretium vestimentorum per iudicem potest taxari mercatoribus.*
6 *Hospita possunt per iudicem taxari.*
7 *Quis cogitur vendere res competentes ad victum.*
8 *Hospitator,qui incipit esse,cogitur recipere hospites,& officium adimplere.*
9 *Tempore famis,vel caristiæ,licet quis non exposuerit res ad vendendũ,cogitur vendere iusto pretio,ne pauperes pereant soluendo eis statim pretium. Et si pauperes non habent vnde soluant,de publico pretium solui debet.*
10 *Vendere quis cogitur tẽpore necessitatis,quãdo quis habet vltra suam indigentiam,& vltra quam sibi sint necessaria.*
11 *Quæ non sunt ad victualia,non cogitur quis vendere.*
12 *An cogatur quis vendere victualia tempore caristiæ viliori pretio.*
13 *Tempore caristiæ non habens panem, potest auferri ab habenti impunè.*
14 *Tempore necessitatis omnia sunt communia.*
15 *Furans panem tempore necessitatis, non punitur.*
16 *Ad vendendum victualia omnes debẽt compelli tempore caristiæ,& vnus solus compelli non debet.*
17 *Quis potest cõpelli ad vẽdendum victualia iusto pretio,si non est caristia.*
18 *Vẽdũtur victualia tẽpore caristiæ viliori pretio pauperibus,sed diuitibus justo pretio.*
19 *Pauper potest agere cõtra diuitem,vt ei subueniat tempore caristiæ.*
20 *Ad vendendum possunt compelli venire rustici ad ciuitatem victualia. Et obligati ad macellandum certam quantitatem carniũ, superueniente publica necessitate in populo,cogi possunt,vt maiorem quantitatem macellent,& ita de similibus.*
21 *Notarius publicus potest compelli ad acceptandum rogationes.*
22 *Pretium iustum,quando dicatur.*
23 *Iudex,vel habens curã fori,pòt statuere,quòd nullus emat in foro vltra duo sextaria grani, vt commodius omnes habere possint, & sic quòd vltra indigentiam quis non emat.*
24 *Ne cariùs vendantur res transeuntibus, quã in mercato venduntur,nec militibus:& officialibus plus quam venduntur priuatis,iudex prouidere debet. Et quoque debet prouidere vt rustici,qui compelluntur venire ad vendendum,non vendant minutim,sed pro gresso, vel per substitutum, vt subito reuertantur.*
25 *Efferens in foro pro frumẽto plus debito, vt alius carius emat, vel vẽdat, vel promittit plus debito,punitur.*
26 *Quod non emant reuenditores victualia vsq; ad certam horam,potest iudex iubere.*
27 *Iudex debet esse diligens,maximè contra vendentes carnes morbosas,& contra emẽtes,& vẽdẽtes cum ponderibus,aut mensuris falsis, seu non iustis.*
28 *Si de pretium ponendo frumento esset ratiocinatum in concilio ciuitatis: quia nimis carè vendebatur,& vnus ex consiliarijs antea-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam hoc fieret, totum ſuum frumentum vendidit caro pretio, poſtea ordinatione facta emptor poteſt agere contra venditorem, & venditionem reſcindere tanquam factam in fraudem legis futuræ. Quod habet locum non ſolum in conſiliario, verumetiam in magno mercatore, ſciente hoc eſſe ordinatum in concilio ciuitatis.

29 *Alienando rem, ſuper qua dubitat ſibi moueri quæſtio, preſumitur dolus ex parte venden-tis.*

30 *Victualia pōt iudex ſtatuere, & iubere quòd non vendantur.*

31 *Granum ſeu triticum habens, reſpublica pōt cogere ciues ad emendum, & ab iſta emptione nemo excuſatur.*

32 *Ad emendum granū eminēte neceſsitate quilibet compellitur ire, etiam ad partes remotas, nec aliquis prætextu priuilegij excuſatur. Et ad hoc poſſunt accipi animalia ſingulorum, pretio ſoluto.*

33 *Ad emendū granū, & alias res tēpore neceſsitatis, pecunia inducitur ſingulis pro modo facultatum pro vniuerſo populo ſubſtentando, & eccleſia quoq; ad hoc tenetur.*

34 *Frumentum habentes, poſſunt cogi mittere illud ad vendendum in foro publico, tempore neceſsitatis, & ad hoc nemo excuſatur, etiam ſi ſit eccleſia.*

35 *Subditi poſſunt vrgeri ad deputandum eorum nemora, aut molendina, ſeu alia vſui publico, ob neceſsitatem recepta competenti mercede.*

36 *Frumentum quòd non poſsit vendi forenſibus ſub certa pœna, an ciuitas poſsit ſtatuere.*

37 *Emptor an perdat pretium rei emptæ vel perdat triticum emptum, quando emit contra de uentum.*

38 *Ciuitas, quæ vendit frumentum contra ſtatutum, an incidat in pœnam.*

39 *Minui non poteſt quantitas deputata ad emptionem frumenti, nec in alios vſus conuerti.*

A razonables precios.[h]

Similis tex. in. l. 1. §. cura carnis. ff. de officio præfe. vrb. vbi dicit, vt victualia † iuſto pretio vendantur, ſpectat ad præfectum vrbis, & ſic q̄ pretium in victualibus debet taxari, ſecūdum Bald. ibi & per Cy. in. l. 1. C. de epiſ. audi. & Bald. in. l. imperatores. ff. ad. l. Iuli. de anno. & Bar. ibi, & tex. in c. 28. infra eod. ¶ Et alibi quam in ſtalis publicis carnifices carnes vendere non debēt, & ſic in locis determinatis à conſuetudine. tex & ibi Bald. & Abb. in. c. ſignificante. de appella. n. 1. & ſequitur Fran. Luca. in tract. de fiſco. 4. part. nu. 23. tomo. 6. tract. fol. 16. Et hoc ius, q̄ non poteſt alibi vēdi poteſt præſcribi. vt Bal. ibi. & latiſsimè per Lucā. de Pē. in. l. 1. C. ne ruſtica ad vllu. obſeq. li. 11. col. 1. & 2. ¶ Et Pla. in. l. 1. C. de frumē. vrb. con ſtāt. lib. 11. & ibi Bar. dicūt per tex. ibi q̄ ex mala adminiſtratione frumēti creſcit careſtia in republica. Et ex eis habet, q̄ priores, q̄ habēt arbitriū ſuper abūdātia, poſsint huiꝰ noīe diſponere qualiter, & quātū, & quo ordine poſsit vēdi frumentū in foro qualibe die, vel quolibet mēſe. p. d. §. cura carnis. & p alia iura. ¶ Et ratio quare ad offi ciū iudicis ptinet vt ciuitas abūdet alimētis, credo eſſe: q̄ ſicut pater † tenēt alere filiū. vt. ff. de a lē. libe. &. c. cū haberet. d̄ eo qui duxit in matri. quā pollu. p adult. & in. l. cū nō ſolū. §. ipſū. C. d̄ bonis quæ liberi. Ita poteſtas, & decurio tenetur p̄curare alimēta ciuitati, q̄ pater ciuitatis quilibet eorū dicit, ſcd̄m Pla. in. l. qui cōductiōi. C. d̄ his q̄ ſpōte munera ſuſcep. lib. 10. ¶ In tātū, q̄ ſtatutū † artificū in cōtrariū nō valet. vt in. l. 1. C. de monopoli. Sed hoc intelligo verū ſcd̄m Bal. in d. l. 1. C. de epiſ. audi. in reb⁹ neceſſarijs † ad quotidianū vſum, q̄ tūc pōt pretiū taxari, vt in frumēto. vt Bar. in. d. l. 1. C. d̄ frumē. vrb. li. 11. & Par. de Put. in tract. ſyn. in parte, iudicis ſup̄ma poteſtas. n. 18. fo. 154. Secꝰ in alijs rebꝰ, & mercibꝰ non neceſſarijs quotidianū victū q̄ in talibꝰ nō pōt taxari pretiū. q̄ vnuſquiſq; in re ſua eſt moderator, & arbiter. l. in re mādata. ff. mand. & ſic dicit Bal. q̄ intelligatur tex. in. d. l. imperatores. ff. de anno. Et vi. Abb. in. c. 1. de empti. & vendi. num. 6. & Guid. Pap. ſingul. 406. §. 1. vbi tenēt, quòd iudex ex officio ſuo poteſt imponere pretium in bladijs vendendis in foro publico per text. in. §. ſimiles, alias. §. poſt natalem in. titulo. de pace tenen, & eius viola. & idem Guido ſin

h

1

2

3

4

do ſingul. 304. & idem tenet Iaſ. in. l. ſi ciuitas. ff. ſi cert. peta. columna. 4. numero. 10. allegando Barto. in. l. nemo exterius. C. de ludæis. & idem Iaſo. in. l. lex eſt. ff. de legi. nu. 6. & Luca. de Pen. in. l. nominationum. C. de decurio. lib. decimo. fi. col. & idem Gandi. in tracta. malefi. in titulo de obſeruantia ſtatutorum. num. 10. * Et vi Peregrin. in part. venditio. q. 2. in. gl. venditio. * ¶ Et etiam iudex eccleſiaſticus poteſt hoc facere. vt Abb. in. d. c. 1. de empti. & vendi. ¶ Vnde infert Bal. in. d. l. 1. C. de epiſ. audi. q̄ cùm appellatione victus contineantur veſtimenta, quòd poteſt taxari † pretium iſtis mercatoribus, qui vendunt pannos, & tenet Parī. de Put. vbi ſuprà numer. 19. ¶ Item cum verbo victus contineatur non ſolùm cibaria, ſed habitatio. vt. ff. de verb. ſignifi. l. verbo victus. q̄ hoſpitia † poſſunt taxari, vt nō percipiatur de penſione, niſi vſq; ad quantitatē taxatam per bonos viros. & idem tenet Paul. de Caſt. & Cy. in. d. l. 1. & eſt gloſ. in. c. epiſcopus. 10. q. 2. & Paris. de Put. vbi ſuprà & ſic poteſt p̄uidere, ne mercatores nimis care vendant merces ſuas, quia ex hoc læduntur omnes, maximè pauperes, qui pertinent ad curam & prouidentiam eorum. ſecundùm Bal. vbi ſuprà. & eſt tex in. c. 6. ſuprà eodem. & Abb. vbi ſuprà. ¶ In tantum, q̄ quis poteſt cogi † vendere res competentes ad victum. vt in. d. §. cura carnis. & gloſ. in. d. c. epiſcopus. ſed hoc intelligit Cy. in. d. l. 1. quando habet rem venalem ad victum, cogitur vēdere, ſi pertineat ad victum. vt dicit probari ſecundum quoſdam in. l. 1. §. fina. ff. furt. aduerſ. naut. caup. vbi dicitur, q̄ non poteſt caupo itinerantes expellere, ex quo tabernam tenet, & res habet ibi venales. ¶ Et quia quando quis cepit eſſe hoſpitator † publicus, cogitur recipere & offitium implere. & Plat. in. l. curſum ambularē. C. de curſ. publi. lib. 12. nu. 2. dicendo, q̄ quis cogitur hoſpites recipere tranſeuntes, & notarius rogationes, ex quo conſueuerunt tales artes facere vt per Bart. in. d. l. in eos. §. ſerui. ff. furti. aduerſ. naut. vbi dicit, q̄ hoc verum, poſtquàm poſuit ſignum ideſt tabulam, tunc hoſpites cogitur recipere, niſi ex cauſa recuſet. vt ibi per eum. & in l. 1. §. maxima. ff. naut. caup. ſtabul. & Mon. in. l. 7. tit. 4. parti. 7. Philip. Deciuſin. l. inuitus. ff. de regul. iur. vbi quoq; ponit perſonas, quæ poſſūt compelli ad aliquid faciendum. * Et tenet Peregrin. in parte hoſpes. in principio: & vi. Alberic. in. l. moris. ff. de pœnis, num. 2. vbi inquit, quòd iudex poteſt præcipere bacarijs & forniarijs, q̄ ſuum officium exerceant ſub certa pœna & ita dicit ſe vidiſſe de facto: nam alij bacarij carnes vendere & formarij panem facere nolebant, q̄ poteſtas præcipit, & coegit facere ſub pœna & quòd tale præceptum ex iuſta cauſa fieri poteſt, & valet quando conſueuerint illam artem exercere: alias ſecus ſi non, vel neſcirent ipſam artem exercere: quia non debet iubere alicui facere quod facere neſcit, vel non poteſt ſecundū eum ibi. * ¶ Quoq; cogitur quis locare equum ſuum, ex quo conſueuit locare, & pro illo pretio tenebitur, & ſi conſtat, q̄ locat diuerſis pretijs, tunc ſtatuitur pretium arbitrio iudicis. tenet Plat. in. d. l. curſum ambularem. ¶ Tamen videtur dicendum, q̄ licet habeat venalem, ſi pœniteat, non poteſt compelli vendere. vt in. l. nec emere. C. de iure delibe. & in. d. l. in rem meam. quod Saly. ibi in. d. l. 1. non ſit indiſtinctè, credit q̄ poteſt pœnitere niſi ſit pœnitentia cum iuſta cauſa: quia quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto efficiuntur neceſsitatis. l. ſicut. C. de actio. & obliga. ¶ Sed ego teneo, quòd licet nō expoſuerit ad vendendum, ſi eſt tempus famis, vel careſtiæ, poſſunt compelli ad vendendum victualia, iuſto pretio taxando. ne pauperes pereant. vt Monta. in. l. 4. tit. 10. foro. ll. lib. 3. in verbo, *que no quiere vender*. poſt medium vbi latè de hoc. ¶ Vbi inter alia dicit, quòd tempore famis ſi indigentes habeant pretium vnde ſoluant, tūc omnia liberè ſunt communicanda, & ſi non habent vnde ſoluant, tunc de publico pretium ſolui debet, ſi poteſt, quod eſt notandum. Et facit quod tenet Lucas de Penn. in. l. ſi minori. C. de iure fiſci. lib. 10. vbi ait, quòd qui fraudat panem eſurientium, vt vir ſanguinis eſt. vt in. ca. immolās. 14. q. 5. ¶ Nota vnum, q̄ licet quis cogatur vēdere triticum tempore careſtiæ, & neceſsitatis, vt dictum eſt, & hic tractatur, non cogitur vendere habita fide de pretio, ſed ei debet ſtatim ſolui pretium. glo. in. l. 1. C. de commun. ſeruo magnu. in verbo, neceſsitatem. & commendant eā ibi Bal. & additiona. Ioann. de Anna. in. ca. præſenti. de ludæis. * Et Grego. Lopez. in. l. 46. titu. 28. part. 3. in. gl. fin. in fine. * Quod facit ad pragmat. factam anno. 1549. Valliſol *que dize que ſe pueda tomar la mitad del pan a los arrendadores*. quia debet eis illicitò ſolui pretium. ¶ Intellige hoc, quòd quis cogitur vendere victualia, ſcilicet, quando habet extra † ſuam indigentiam. vt tenet Paulus de Caſtro in dicta. l. prima. C. de epiſ. audi. & Bartachi. de Firmio. in ſuo reperto. in parte, victualia. vbi ait, quòd victualia quis non cogitur vendere etiam iuſto pretio, ſi non habet vltra quàm ſibi ſint neceſſaria. ¶ Et licet quis cogatur vendere, non tamen compellitur alium emere, nec econtra: quia vnum ſtatutum non includit aliud. vt Bal. in. l. 1.

5

6

7

8

10

Universidad de Deusto
Biblioteca

in.l.1.C.de commu.seruo.magnu.& Ioanne.de Plat.in.l.1.C.de supref.lib.11. ¶Quinimo tempore famis, seu carestiæ potestas non tenetur habere tot bernarios,& residentes, quos habere consueuit tempore vbertatis.vt tenet Bal.in.c. ex parte.de constitutio.nu.11.¶Et ꝙ quis teneatur victualia vendere iusto pretio vt dictum est,
11 secus † de non victualibus, quia tunc non compellitur iusto pretio vendere:quia quilibet est moderator ipsius.vt in.d.l. in rem.nisi in casib⁹ notatis per glo.in.l. in vtrum comparare.C.de contrahen.empti.¶Bar.tamen in.d.§.cura car-
12 nis.tenet,ꝙ tempore necessitatis, † & carestiæ coguntur vendere victualia minus iusto pretio. vt in.l.3.§.quæsitum.ff. ad.l. Rhodi. de iactu.& ibi notatur.& idem tenet Ang.in.l.si laborante. §.cùm in eadem.ff.eod.tit. vbi ad literam dicit, ꝙ quis potest cogi tempore necessitatis ad vendendum frumentum,etiam viliori pretio & idē tenet Ioan.de Anna.in.c.si quis.de furt.fi. colū. & Lucas de Penn.in.l.1.C. quibus muneri. libr. 10.¶Sed ibi in.d.§.cura carnis, tenet contrariū, dicendo ꝙ debent vendi iusto pretio.¶Pro concordia dicerem illud,quod tenet Stephanus Aufrer.in decisione capell. Tholos.decis.446.vbi ait,ꝙ si verò quis non exposuit victualia ad vēdendum,& est carestia in ciuitate, potest habēs frumentum,& alia huiusmodi compelli ad vendendum,etiam viliori pretio.allegat ad hoc.l.si pendentes.§.si quid.ff.de vsufru.Et ibi Bald.ad literam tenet,ꝙ habens bladum tempore carestiæ,potest cogi vt vendat communi pretio viliori ad hoc, vt populus fame non tabescat. Et isti qui habent,possunt cogi etiam ad faciendū panem pro exercitu.& idem tenet Bar.in.l.anno.ff.de extraordi.cri.& Flori.in.d.§. cura carnis.& Iaso.in.l. nec emere.C.de iure delibe.vbi dicit,quòd procedit etiam si sit nobilis & compellitur.Secus si est decurio.vt in.l.decuriones. ff.de adminis.tra.rerum ad ciui.pertine.& Hosti & docto.in dicto.c.1.de empti. & vendi.& Roma.in.l.1.ff.solut.matri.& idem Bar.in.l.1.C.vt nemi.liceat empti.speci.excuss.lib.10. ¶Et vide Ripam.in tracta.de peste.in.4.partit.nu.171. cum sequentibus.vbi concordat tex. in dicta.l. fi.§.item rescripserunt.ff.ad.l.Iuli.de anno.& dicta.l.1.§.cura carnis.vbi idem tenet transeundo cum Bar. in dict.§.cura carnis. quia si subest necessitas,quia est tempus carestiæ & tunc taxare potest pretiū frumenti,etiam minus quam valeat arbitrio suo,& ita procedit.d.§.cura carnis. & tunc diuites possunt cogi vendere minus iusto pretio,& etiam possunt compelli officio iudicis facere eleemosynā.vt in.c.sicut.47.distin.

& Abb.Panormit.in.cap.primo.de cleri.cgro.* Et vi.Io.de Neuizanis consi.74.nu.9.vbi tenet ꝙ præses potest prohibere nequis faciat caueā seu orreum annonæ vt carius vendat, & potest mittere ad orrea diuitum,& eos cogere frumentum vendere viliori pretio.Ang.in.l.annonam ff.de extra. ordi.cri.Iaso. in.l. nec emere. C.de iur.delibe.col.1.& per alia iura vt ibi per eum.* ¶Aut non subest carestia,& non possunt taxari minus iusto pretio,nec cōpelere ad vendēdum sed possunt iubere,ne carius vendātur.¶Et hęc taxatio pretij victualium à præfectis faciēda est post festum natiuitatis sanctæ Mariæ.vt in.d.§. post natalē.de pare.tene.in vsi.feud. Qui autem plus vendiderit,quam taxatum fuerit, si pœna per statutum limitata nō fuerit,pœna viginti librarum puniēdus est.per.d.§.post natale.vel extraordinaria arbitrio iudicis,secundū Ripā, vbi suprà.¶Et idem dicit ibi nu.175.ꝙ puniuntur,licet non plus vendiderit,sed si emētes in mensura fraudauerint,quia eadem pœna,vel falsi comprimendi sunt.vt in.d.l.annonā.§.onerant.¶In tantum,ꝙ tēpore famis,& carestiæ non habens
13 † panē,potest auferri habēti impunè.Bart.in.d. l.1.ff.ad.l.Rhodi.de iact.& facit tex.& ibi Abb.& Ancharra.in.c.3.d furti.& in.c.licet.de ferijs. ¶Et Bar.in.d.l.1.§.cùm in eadem.ad.l.Rhodi.dicit,ꝙ si vnus ex existentibus in naui habet cibaria,& alij nō habent quòd debet illa in cōmuni conferri.& glo.ibi dicit,ꝙ fortè ex consuetudi-
14 ne illius.l.potest cōpelli ad hoc:quia † tempore necessitatis oīa sunt cōmunia. Quod ibi Ang.in
15 telligit in comestibilib⁹, quia talia comestibilia sunt coīa.¶Ideo si tēpore carestiæ furetur † panem familiaris,vel mendicus,nō punitur: quia diues ex debito tenetur mēdicis subuenire. glo. in.c.discipulos de cōsecra.dist.5.in verbo,fame vbi singulariter. Et propter hoc videtur productum officium iudicis,licet modicum sit in vsu, secundùm Ioann.de Anna.in.d.c.si quis.de furtis.3.columna.vbi dicit,quòd etiam ex hoc infert Bart.& alij vbi suprà,quòd possunt saltuari stipendarij,qui propter necessitatem deprædātur necessaria pro victu, quod est verum, si dabant operam rei licitæ,putà pro defensione patriæ,& isto casu loquitur ille text.secus si dabāt operam rei illicitæ, nam tunc non subuenitur ei,qui posuit se in necessitate. vt in.l. si fideiussor.§.si necessaria.ff. qui satisdar. cogan. ¶Sed
16 iudex debet hoc facere generaliter, † idest, quòd generaliter contra omnes exuberantes fiat, & compellat eos ad vendendum, & vnum solum non compellat, quia statutum super hoc generale fieri debet, secundùm

dùm Bart.in.l.nemo.C.vn de vi. ¶Attamen,si
17 non est carestia, † licet possunt compelli per ciuitatem aut per superiorem huiusmodi victualia vendere,debent vendere iusto pretio contento in statuto generali, secundùm Bartolu.in dicto.§.cura carnis.& Barb.in dicto.cap.primo de emptione & vēditione.& sequitur decisi. Tholo.iam allega.& Montal.in.l.tertia.tit.5.part.5. vbi quoq; singulariter.de ista materia.& Ioa.de Plate.in dict.l.vnica.C.vt nemi.lice.in compa. speci.libr.decimo. ¶Ego quoque concordiam
18 afferam inter eos. † s.ꝙ quando est carestia,vēdantur victualia viliori pretio.s. pauperibus,sed diuitibus iusto pretio,per ea, quæ doctores tradunt in dictis locis. Ad cuius corroborationem
19 facit,ꝙ pauper † potest agere tempore necessitatis & carestiæ contra diuitem, vt sibi subueniat.vt dictum est.& glo.in. c. si hic. 47. distinctio.dicit,quod non iure actionis sed poterit implorare officium iudicis,prout tenet.d.Ioan. de Anna.in.d.c.si quis.de furt.in fin. & probat iste tex.in quantū dicit, *a raçonables precios.* ¶Quini
20 mo rustici,& agricultores, & similes † possunt compelli venire ad ciuitatem ad vendendum. Iste est casus singul.in.l.2.ff.de mundi. vbi ponitur authoritas Platonis, de quo loquitur imperator in lege finali.in principio.C.de iure delibe rā.¶Facit tex.in.l.pro locis.C. de annonis & tribu.lib.10.vbi non solùm ciues,sed etiam comittatenses ad deferendam annonam & victualia in ciuitatem arctari possunt,sicut compellūtur portare commeatum ad exercitum *vt Ioa. de Plat.in.l.1.C.de fundis.limitto.lib.11.& vi.Grego.Lopez.in.l.22.titulo.23.part.2.* prout tenet Ripa in.d.tracta.de peste.in.4.parte.nume.166. Tamen,prout ibi tenet,num.167. minus grauandi sunt remotiores propter expensas,quæ maiores fiunt ratione longioris itineris. vt in dicta.l. pro locis & ibi notat Bart.& si pro quinq; passibus viginti milibus possunt sufficienter prouidere de annona necessaria,non sunt remotiores vllo pacto vexandi.vt in.l.2.C.de eroga mil.anno.lib.12.& ibi Bar.¶In tantum,ꝙ si comitatenses non possunt supplere necessitatibus, tunc vicini etiā alterius ciuitatis & prouinciæ possunt à superiore suo compelli portare annonam ad ciuitatem egentem.vt tenet Angelus in dicta lege pro locis.& isto casu relaxandus est deuectus, vt omnes vendant sine collecta,seu gabella,prout tenet Ripa.vbi suprà. ¶Ad quod facit,quòd statutaj, & cōuentiones macellatorum vt teneā tur dietim macellare solummodo tantam quantitatem carnium possunt violari,nec sunt seruā da superueniente publica necessitate in populo & indigentia minoris quantitatis,ad quam tunc agi potest.vt tenet Bar.& Plat.in. l.quo ad præsens.C.de muri leg.lib.11.Ex quo infert Bar.ibi ꝙ licet tenens lacum Perusinū teneatur ex forma statuti;vel pacti mittere omni die in platea certam quātitatem piscium:tamē si superuenit magna quantitas gentium, cui dicti pisces non sufficiant,possunt cogi ad portandum maiorem quantitatem piscium pro reparatione corporis humani:quia cessant omnes exceptiones,& priuilegia in publicis subuentionibus. vt in. l. vnica.C.ne liceat in emp.speci.se excusa.libr.10.& Ang.in dicta.l.quo ad præsens.& vi.Bal. in.l.iubemus nullam.C.de sacrosanct.eccles.vbi tenet ꝙ priuilegium general.indultum, non includit casum publicæ vtilitati contrarium.* Et facit.l. 11.tit.22.part.1.* ¶Et idē dic de notario publico,
21 † quia potest compelli ad acceptandum rogationes.vt Barb.in dicto.ca.1.de empti.& vendi. & in dicta decisi.Tholos.Et idem dic de aduocato.vt in.l.14.titulo.19.libr.2.in ordina.regali.
22 ¶Sed quando intelligatur,& dicatur iustum † pretium,vt pro eo quis compellatur vendere rē ad victum,& quia in alijs rebus tex.est in.l. pretia rerum.ff.ad.l.falci.dic secundùm Salyc.in dicta.l.1.C.de epis.audi.in fine.quòd in ciuitatib⁹ aliquibus fiunt taxationes carnium quatuor vicibus in anno,& illa sunt pretia iusta,seu vbi nō fiunt,credit ad curam eius spectare, qui præest, qui secundum diuersitatem temporum,& steri litatem rerum,variabit pretia ipsarum,& hoc dicit,quòd probat text.in dicta.l.fi.ff.de anno.& in.l.non debere.ff.ad municipa.¶Et vide quoq;
23 Saly.in dict.l.1.vbi ait,ꝙ habens curam † fori,licitè potest statuere,ꝙ nullus emat in foro vltra duo sextaria grani,vt sic commodius omnes habere possint,quod dicit esse notandum.& idem tenet Ang.de Aretio.in.§.fi.Instit. de donatio. quasi in fine.& Hip.de Marsil.in singul. 441.& sic,ꝙ ex causa potest prohibere, ne vltra indigentiam quis emat,nec alijs res cariores reddat. ¶Et quoque debet iudex prouidere, ne carius
24 vendant † transeuntibus,quàm in mercato venduntur.vt tex.& ibi Abb.& Barba.in dicto.c.1. de empti.& vendi.& Ripa.in dicto tracta.de peste.4.parte.nu.176.cum sequentibus.alleg. Plate.in.l.animalia.C.de cursu publi. libr.12.& vi. ibi per Ripā.& nu.177.vbi de intellectu. Et facit quod tenet tex.& ibi Pla.in.l. septem diebꝰ. C.de eroga.milit.anno.lib.12.vbi tenet ꝙ prærogatiua in pretio rerum venalium,non est facienda militibus,& officialibus,plus quam vendantur priuatis personis.in foro publico: & si per minas,vel alio calore officialis hoc faciat, incidit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit in crimen concussionis. vt in.l. 1.ff. de concusio. ¶Tamen quando rustici per magistratum coguntur ad vendendum, & portare frumentum ad vendendum, pullos, oua, pisces, & cætera victualia, nõ debet permittere iudex eos diu morari ad vendendum minutim, sed vendere debent in grosso, vel per substitutum, & subito reuerti. ita tenet Plat. in.l. colonos. C. de agricoli. & censi. lib. 11. q non habet locum, quando rustici veniunt voluntariè ad vrbẽ, quia præsumũtur venire eo tempore, quo vacant ab opere nec habet locum in mulieribus. vt tenet Ripa. in dicto tracta. de peste. in dicta. 4. part. nu. 197. cũ sequentibus. ¶In tantum prædicta sunt vera, q potest iudex compellere ad victualia vendẽda & pretia eorum taxare, q si aliquis vadit ad forum, † & offert pro frumento plus debito, vt alij carius emant, vel vendant, vel promittit plus debito, tenetur crimine stellionatus. vt est tex. & ibi Bart. in.l. 2. §. Item si quis. ff. de crimi. stellio. quod sequitur Ang. de Aretio. in. §. de annona. Instit. de publicis iudi. Quod dicit ibi idem esse, si aliquis in damnum alterius offert plus p vno fundo, quã valeat, & sic punitur extra ordinem: & idem tenet Ang. in. d. §. fi. de donatio. Institu. vbi dicit, q hoc facit contra istos, qui vulgariter dicũtur encherisare (hoc est encarescer) frumentum, vel mercantias, quod dictũ Angel. comme. Hippolyt. de Marsil. singul. 441. quod est notãdum perpetuò secũdm eos. & sequitur additio Abb. in. d. c. 1. de emp. & vẽdi. in addit. quæ est in nu. 4. vers. & adde. vide quæ supra dixi in nu. 12. ¶Et facit quod tenet Fran. Luca. in tract. de fisco in. 2. parte nu. 41. tomo. 6. tracta. foli. 10. dicẽdo, q cõmittẽtes in. l. Iuliã. de anno. puniantur in. 20. aureis. l. 2. ff. ad. l. Iuli. de anno. quę pœna dicit, q cõmittitur per emẽtes bladũ causa reuẽdẽdi, & faciendi carestiã, & etiam per faciẽtes societatẽ, vt cõmuniter bladũ ematur. Itẽ secundũ eũ tenetur quis dicta pœna, quãdo scit naues venire cũ blado, & facit differre euentũ suũ, vel capere nauem, vel nautam, vt possit vendere bladas suas cariora, quod dicit q viget multi plurimũ & cõmunis olim morbus, & vitiũ. ¶Quoq; adde, q non solum potest iudex taxare pretiũ. vt
26 dictũ est, verũ etiã potest iubere, † & statuere, q reuẽditores nõ emant talia victualia vsq; ad certam horã, prout tenet Amanellus de claris aquis in singula. 8. per glo. in. l. 2. ff. de mundi. ¶Cõtrarium videtur tenere Ioan. de Plat. in. l. septẽ diebus. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. vbi dicit, q ex illa litera videtur posse inferri, q contra ius esset consuetudo, vel statutũ, quo cauetur, q per septem dies fori nullus audeat emere prius, quam essent emptæ species, vel annona pro curialib', essent emptæ species, vel annona p curialibus, quia per hoc vẽdũtur viliori pretio, cessantibus emptoribus. & ibi dicit q fuit de mẽte Andr. de Barulo. Sed ego teneo opinionẽ Amanelli in. d. singula. quia est æquia. Et sic in pluribus ciuitatibus huius regni sunt talia statuta, q tales reuenditores (qui vocantur recatones) non emant victualia, verũtiã q ea in pretio non ponant (*ni la apalabren*) vsq; ad talẽ horã, & sunt iusta, sancta, & honesta, & vtilia ciuitati. & facit tex. in. l. 9. & in. l. 11. tit. 7. lib. 5. in ord. regal. ¶Et dictũ Io. de Plat. non obstat, quia ibi loquitur in alijs emptoribus, & non in reuenditoribus, quia aliquãdo tales mercatores sunt similes prædonibus. vt tenet Luc. de Pen. in. d. l. septẽ diebus. quia si tale statutum esset contra alios qui non sunt reuẽditores, esset nullum. ¶Quinimo dicit Faber in §. sunt præterea. Institu. de publi. iudi. num. 3. q lex non cogit locupletes vendere, nec eos punit vt notatur in. d. l. anno. ff. de extraor. crimi. in. g. vt plus. Sed eos, qui emerunt, vt carius vendant, quia hoc prohibet, & punit contra facientes, vt ibi: quia qui emerunt, vt carius vendãt, tales peccant etiam in foro conscientiæ: non sic, si prouisionem faciant pro sua necessitate, vel etiã pro reuendendo tempore carestiæ propter bonum commune, non intentione cupiditatis lucri. vt notant doctores in. c. primo. ne cleri. vel monachi. ¶Et q dicitur de annona, intellige de alijs frugibus. vt in. l. frugem. ff. de verbo. signifi. quia in omnibus illis locupletes coguntur vendere, si necessitas, vel fames immineat iusto pretio, & puniuntur ementes vt carius vendant. ¶Facit quod tenet Ripa. in dicto tractat. de peste in. 3. parte. numer. 178. vbi singulariter tenet, quod ementes annonam vt carius vendãt, possunt dici. Dardanarij, à Dardano authore, qui puniuntur variis modis: quia aliquando relegantur, vel in opus publicum damnantur, quandoque negotiatione priuantur, vel pœna viginti aureorum, & quoque puniuntur pœna stellionatus, vt ibi per eum. ¶Et facit pragmati. facta per nostrum Carolum, *contra los compradores del pan para reuender, y contra aquellos que venden pan delos arrendamientos que tienen.* vbi per te vide. Sed Nicasius de Voerda in dicto. §. sunt præterea. Institu. de publi iudi. n. 6. intelligit, q puniũtur qui emũt blada, & victualia vt carius vẽdant viginti aureis. s. quãdo vẽdunt in eodẽ loco, vel voluit vẽdere. Secus si vendant extra, & sic in alia ciuitate, seu prouincia. ¶Quod nõ habet locũ, quando emptores tritici vendũt, seu reuendũt in alio loco, seu ciuitate, quia incidunt in pœnã pragmaticæ

maticæ: quia lex est generalis in toto regno, & supradicta Nicasij de Voerda habet locum in particularibus statutis. ¶Adde etiam, & nota, quòd iudex debet esse diligens in inquirendo de omnibus criminibus, & delictis extraordinarijs, de quibus venit imponenda pœna arbitrio
27 potestatis, & maximè contra vendentes † carnes morbosas. vt in. l. prima. §. primo. ff. de ædilitio edict. Item contra ementes, & vendentes cum ponderibus falsis, seu non iustis. vt in. l. prima. §. final. ff. de extraordina. crimi. & in. l. arbitro. §. de eo. ff. de dolo. & l. penul. in fine. ff. de crimi. stellio. vt tenet Amodeus Iusti. in tracta. syndica. in parte, item in eo, quòd dictus notarius extraordinariorum fuit negligens. ¶Sed circa supradicta tene vnum dictum, quod tenet Paulus de Castro in. l. contra legem. ff. de legi.
28 num. 3. vbi ait, quòd si in cõcilio † ciuitatis esset ratiocinatum de imponendo certum pretium frumento, quia nimis carè vendebantur, & vnus ex consiliarijs anteaquam hoc fieret totum suum frumentum vendidit caro pretio, & postea fuit ordinatio facta, certè emptor potest agere contra venditorem, & rescindere venditionem tanquam factam in fraudem legis futuræ, & in fraudem eius. & idem, tenet Paulus de Castro in. l. prima. §. final. ff. de actio. emp. & vendi. & idem tenet Montaluus in. l. quarta titu. 10. libro tertio foro legum. in glossa finali. quasi in medio. ¶Quod extendit, quod non solùm habeat locum in tali consiliario, qui sciebat secreta concilij, verumetiã in magno mercatore, qui scit, q in concilio tale ordinatum erat. q emẽtes contra eum possunt agere ad interesse. quem vide. & idem videtur tenere Barto. in dicta. l. contra legem. & idem tenet Hippolyt. de Marsil. in l. statu liber. ff. de quæstioni. num. 17. allegando plures doctores hoc tenentes. & idem tenet Ludouic. Roma. in singula. 282. ¶Et dicit dict. Hippoly. q in simili adduci potest illud. quod tenet Baldus. in. l. quotiens. C. de rei vend. allegando Odofre. q si dubito mihi moueri quæstionem
29 † super domo, & eam alieno, deinde statim mihi mouetur quæstio super ipsa domo, q ex tali breuitate temporis præsumitur dolus ex parte mei vendentis, adeò, q talis venditio reuocatur. per titulum de aliena iudi. inut. cauf. facta. quod est etiam de mente Barto. in. l. quæ petitorio. ff. de rei vendi. & per alia iura. vt per Hippoly. vbi supra. nu. 18. ¶Vnum non omitto, q licut ciuitas, vel iudex potest statuere pretium victualibus, & iubere, & compellere ad vendendum, ita
30 potest statuere, † vel iubere, q non vendantur, si expedit, ita probat Barto. in. l. si in emptione. §. omnium. ff. de contrahẽ. empti. & melius hoc tenet Alex. ibi. in additio. ad eum Barto. ¶Item
31 nota, q si respublica habet granũ, † & triticum vel aliud ad vendẽdum, potest cogere ciues ad emendum, & nemo excusatur, licet ei necessarium non sit, q idem est in sale vrbis secundùm Barto. in. l. prima. C. vt nemi. lice. ab empti. spe cie se excus. lib. 10. & Paris de Put. in tracta. syndi. in dicto. versi. iudicis. folio. 184. num. 8. & tenet Stephanus Aufrer. in dicta decis. 446. Tholoss. in fine. & tenet Fran. Luca. in tract. de fisco. nume. 17. tomo. 6. tracta. folio. 7. & Ant. Curse. in notabilibus suis. in parte, fiscus, loquendo in fisco: dicens, q si fiscus habet multum frumentum. quod conseruare non potest, imponere potest subditis necessitatem emendi, & istud est onus patrimoniale, vt ille qui habet plus cogatur emere plus & minus iuxta quantitatẽ, & valorẽ sui patrimonij. Quod dicit Bart. practicasse & consuluisse Perusij, videlicet, q commune distribuat sal, vel granũ, vt quilibet cogatur emere plus & minus iuxta valorem patrimonij, & per hunc modum pecunia veniet in communi pro necessitate reipublicæ distribuenda, secundum Ioannem de Plat. ibi numero tertio. & Lucas de Pen. in fine. ¶Ibi quoque tenet dictus Ioann. de Plat. quòd imminente necessitate grani & alia-
32 rum specierum, quilibet † compellitur ire ad emendum etiam ad partes remotas, nec aliquis potest se excusare prætextu alicuius priuilegij, vel immunitatis, licet aliàs vbi non immineret necessitas, sed prouisio in futurum, excusaretur quis propter ætatem, & numero filiorum, & ex alijs causis vt in. l. 3. §. causa. ff. de muneri. & hono. ¶Et in proposito tenet in. l. in æstimatione. C. de frumen. Alexã. lib. 11. quòd si in prouintia sit sterilitas, poterunt præfecti annonæ eligere vnum, vel plures discretos, & expertos viros, qui pro frumento comparando se conferant ad alienas prouincias, & eis sine iussu principis salarium cõstituere, quod tenet & sequitur Ripa in dicto tracta. de peste. in quarta parte. nume. 162. ¶Et quoque ciuitas, seu respublica ad portandum frumentum, vel aliud causa reipublicæ potest accipere animalia singulorum. vt Barto. in. l. iubemus nullam. circa principium. C. de sacrosanct. eccle. Facit illud, quod voluit Bar. in. l. fi. §. fi. ff. de pigno. actio. de quo per Iaf. in. l. Barbarius. ff. de off. præto. nu. 30. cum sequentibus. sed hoc soluto pretio de publico secundũ eum.
¶Quinimo dicit Lucas de Pen. in dicta. l. prima. quali in fine. q in tali tẽpore carestiæ inducitur
33 † pecunia singulis pro modo facultatum, vt frumentum, & cæteræ species emantur exinde pro

vniuerso populo sustentando. & ita dicit, q̃ omnes in sua ciuitatæ sunt consueti facere tempore caresti æ, quòd imponunt talem collectam, p̃ modo substantiæ, & ad hoc compelluntur, quãuis maius commodum inde pauperes quam diuites consequantur: quia omnes in ciuitate necessarij sunt ad hoc, vt ciuitas perfecta dicatur secundum Barto. in dicta. l. secunda. ff. de nundinis. & tenet idem Luca. de Penn. in. l. prima. C. de quibus muneri. vel præsta. lib. 10. & idẽ Plat. vbi suprà, numer. 2. & in. l. hac prouidentissima. C. eod. de quibus muneri. seu præsta. vbi quoq; ait, q̃ ecclesia tempore istius necessitatis. debet conferre ad emptionem frumenti. & aliorũ specierum. ¶ Et etiam dicit Plat. in. l. 1. C. de omni agro deserto lib. 11. numer. 1. quòd ditiores ciuitatis possunt compelli mutuare pecuniam, quando immineret necessitas, & postea paulatim eis satisfiet, imposita collecta, & idem tenet Salycetus in. l. neminem. C. de sacrosanct. eccles. & ibi Cynus & vi. Ia. in. l. cunctos populos. C. de summa trini. & fid. catholi. num. 52. ¶ Plat. etiam in d. l. prima. C. vt nemi. lice. in empti. numero. 4. tenet quòd tempore necessitatis pro tali vtilita
34 te & vbertate in communi habenda possunt † cogi ciues frumentum habentes mittere illud ad vendendum in foro publico, & prout quilibet possessor prædiorum plus colligit, plus mittere cogitur, licet aliàs quis vendere, vel emere non cogitur. vt in. d. l. inuitum. C. de contrahẽ. empti. & ad hoc nemo valet excusari vigore priuilegij, cum sit onus patrimoniale, siue reale, ad quod etiam ecclesia tenetur iusto pretio, non viliori, sicut ad alia onera realia tenetur. vt in. l. finali. C. de exacto. tribu. lib. 10. maximè quando vertitur publica necessitas, cui nisi subueniatur, redundaret in damnum ecclesiæ, à quib⁹ muneribus publicis imminente necessitate quis nõ excusatur, etiam si sit de domo principis, vel Augustæ. secundùm Bart. & Plat. vbi suprà in fine. ¶ Et etiam pro aggregatione, & transuectione frumenti publici, & aliarum specierum victui necessariarum gubernator prouintiæ potest eis salarium de publico statuere, si viderit eis expedire. vt tenet Bartolus & Plat. in dicta. l. prima. C. de frumen. Alexan. libr. 11. Et dicit ibi Plat. q̃ quoque valet prouisio officialium habentium arbitrium super abundantiam, quòd pro quantitate frumenti, quam quis venire fecit in communi, habeat tantum pro corbe, pro labore suo vltra pretium frumenti. ¶ Etiam ob necessitatẽ
35 reipublicæ possunt subditi † vrgeri ad deputandum eorum nemora, aut molendina, seu alia vsui publico recepta competenti mercede. vt tenet Angelus consilio. 206. in principio. per tex. in lege venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. & in lege, item verberatum. ff. de rei vẽdi. & decisio. Tholos. iam allega. in fine. ¶ Et facit quod tenet Archiepiscopus Florentinus in tertia parte tit. tertio. c. 4. §. 4. vbi ait, quòd dominus potest à vasallis, & subditis suis exigere seruitia debita, scilicet, facere laborare in vineis, & campis, siue ducere ligna, vel victualia ad domum, soluendo eis debitum pretium sui laboris quia si aliter facit, rapinam committit. vide infra in. c. 33. in glos. prima. vbi latè. ¶ An si ciuitas
36 potest statuere, quòd frumentum † non possit vendi forensibus sub certa pœna. Bartolus tenet quòd sic. in. l. dudũ. C. de cõtra. empti. vbi ait, quòd statutum factum à ciuitate, quòd forensibus non liceat vendi, valet. per tex. in. l. in quorum. ff. de pigno. Bald. tamen in. l. si duobus. §. emptor. C. communi de lega. numer. 2. tenet cõtrarium. & cum Bald. concordat tex. in. l. 3. tit. 9. lib. 6. in ordina. rega. licet, contra istam. l. regiam sæpe à ciuitatibus fit, cùm expeditur. & idem cauetur in pragmati. facta anno. 1548. Vallisol. peti. 205. quam vide, vbi iubetur ne fiat talis prohibitio. Sed dictas leges regias intelligo, quando inest abundantia, aliàs secus prout tenet Matthæ. de Afflict. decisi. 290. numer. 9. dicendo, q̃ quando est modicum frumentum in regno, nõ debet vendi trate frumentorum per extra regnum: quia prima charitas incipit à se ipso. allegat tex. in dicto. c. primo. §. post natale de partene. in vsi. feud. & alia iura. quem vide. ¶ Et vltra ibi dicta facit in simili quod tenet Ioann. de Plat. in. l. si quis per diuinam. C. de aquæ ductib. 11. in fine. vbi tenet, q̃ si imperator, seu princeps, concedit alicui capere aliquam quantitatẽ grani publici, vel alterius reipublicæ, qua etiam respublica vtatur, intelligitur esse concessum quod est superfluum ab vsu ciuium, & hanc tacitam conditionem habet in se hæc concessio. s. si respublica, & vsus ciuium non indigeat: quia communis vtilitas semper intelligitur excepta, & reseruata. quod nota ad limitationem illarum legum. Et vi. singulariter pragmatic. 40. in curijs Valisoleti. anni. 1523. & vi. Grego. Lopez idẽ tenentem per. d. l. si quis per diuinam in. l. 15. tit. 1. part. 1. in. glo. postura: vbi etiam ait, q̃ si habẽs possessionem in illo loco, vetet extrahere triticum ab eo causa vendendi, non potest: quia potius tenetur vendere ciuibus iusto pretio quam alijs, per id quod notat Bartol. argumen. illius. l. in. l. 1. C. de metela. lib. 11. l. venditor. §. si cõstat. ff. comu. prædi. secus si dominus velit pro suo victo asportare: tunc forte posset vt ibi per eum in. d.

in. d. l. partitæ. & facit quod tenet Bal. in. l. cætera. §. si duobus. ff. de leg. 1. & Fabianus de Monte. in tracta. de emptio. & vendic. in. 3. q. princi. nu. 46. tomo. 8. tracta. fol. 27. vbi inquit, quòd valet statutum, & est rationabile: in quo disponitur, q̃ non liceat transferre bladum ad aliud terminum propter abundantiam in loco: & facit in simili quod tenet Grego. Lopez in. l. 19. titulo. 18. part. 3. q̃ si alicui ex priuilegio competit ius pascendi in aliquo loco seu territorio alieno, & pascua essent necessaria illis per quorũ terminos pascuntur illi præferuntur, & excludent priuilegiatum, quod nota vi. Abbas in. c. dilecti de arbitri. nume. 7. & Rochum de Curt. in. c. fi. de consue. fol. 46. vbi sequitur Abb. & Montal. in. l. 7. titulo. 11. libr. 2. fori. gl. 1. col. 5. in fine. * ¶ Quoq; dictæ leges regni habent locum in suo casu, scilicet, in pane, & q̃ panis non possit vetari, seu prohiberi, q̃ non extrahatur, secus est in hordeo, qa in hoc valet prohibitio, quia hordeum sub illa lege non comprehenditur, quia tantummodo dicit, *no se pueda vedar la saca del pan.* & appellatione panis, vel frumenti, non continetur hordeũ. Et ideo qui accusaret alium de frumento asportato, non obtineret probando de hordeo secundùm Ang. in. l. triticum. ff. de verb. oblig. licet aliàs generali appellatione contineantur, omnia quę ad victum sunt necessaria, vt notat glo. in rub. C. de cano. frume. vrbi. Roma. lib. 11. speciali verbo, & propria significatione, & simplici appellatione frumenti propter excellentiam intelligitur de grano, quo vti mur ad panem faciendum glo. in. d. l. frugem. ff. de verbo. signi. Et de isto intelligitur si quis promitteret. 10. corbes frumenti secundùm Bar. in. d. l. frugem, prout tenet Ioan. de Platea. in. l. modios. C. de suscept. & archa. libro. 10. quem vide illicò si hordeum non comprehenditur sub pane, vel frumento, est casus omissus à lege regia, & ciuitas põt statuere, q̃ nõ extrahatur à suo territorio: quia statuendo non est cõtra legẽ sed præter legẽ: vt Bar. in. l. omnes populi. ff. iure. ¶ Sed in casu, in quo non potest extrahi fru
37 mentum, emptor non perdit † pretium rei emptæ, & talis forensis potest retinere triticum, vel aliam rem emptã, donec ei restituatur suum pretium: tenet Bal. in. d. l. si duobus. §. emptor. C. cõmunia delegat. & Cremens. singula. 95. & Barba. in. c. ad audientiam. de rebus eccles. non alien. in fi. Feli. in. c. cùm causam. de re iudi. 9. colũ. ¶ Sed
38 nonne ciuitas, † quæ fecit hoc statutum, si vẽdat triticũ forensi, incidat in pœnã? Dic q̃ nõ, sed singulares personæ, quæ sub ea sunt, obligantur. vt Bal. in. c. cùm oẽs. de constitu. col. 7. versicul. sed quid ecce. nu. 26. quia cùm statutum fiat gratia ciuitatis, contra eam non debet interpretari, vt ciuitas puniatur contrafaciendo secundũ Bal. ibi.
39 ¶ Adde, quòd quãtitas deputata † ad emptionẽ frumenti, non potest minui, nec in alios vsus cõuerti, aliàs in duplum tenetur. tex. & ibi Bart. & Plat. in. d. l. 2. C. de frumen. vrb. constan. libro. 11. Vide quæ dicam infra in. c. 45. in glo. *nitomar.* & in cap. 19. iudicum syndicatus. in gl. *cobrar.* Quod facit pro istis horreis publicis & alhondicis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium habet locum contra proijcientem stercora, & morticina in via publica, vel contra impedientem eam. In hoc casu dominus tenetur pro famulo. Rustici ducentes vecturam ad ciuitatem, non possunt cogi, vt cùm plaustris suis ducant exinde stercus extra ciuitatem.*

2 *Viæ purgatio, vel refectio ex publico fieri non debet, sed debet fieri à dominis domorum iuxta viam sitarum. Quando via est intra muros ciuitatis sed si est extra ciuitatẽ in loco, in quo iuxta non sunt vicini, debet fieri expensis communis.*

3 *Si tempore belli fuit mandatum villæ, vt faciat foueas & muros, debent fieri per modum patrimonij, non per capita.*

4 *A reparatione viæ publicæ, nemo excusatur.*

5 *Habens viam priuatam, eam reficere tenetur.*

6 *Si vicinus non est soluendo in reparatione viæ onus reparationis incumbit alijs vicinis.*

7 *Inquilinus, vel conductor, non tenetur ad reparationem viæ, sed dominus: & si conductor soluit, repetit à dño, vel in mercedem cõputat.*

8 *An si dominus non est soluendo, creditor mittatur in possessione vasallorum.*

9 *Purgatio viæ quando est momentanea conductor ad eam tenetur, secus si est perpetua.*

10 *Quando quis tenetur ad viam purgandam, intelligitur quatenus protendit latitudo domus suæ, vel fundi sui.*

11 *Emphiteota reficere tenetur viam publicã iuxta domum emphiteoticam.*

12 *Vsufructuarius ad refectionem viæ tenetur.*

13 *Qui tenetur viam purgare, non sufficit, quod*

Universidad de Deusto
Biblioteca

auferat lutum ab ea de medio, & proijciat in partibus, vel lateribus viæ.

14 *Qui vult reficere viam publicam, debet ad veterem latitudinem restituere.*

15 *Via publica non amittitur, etiam si populus ea non vtatur.*

16 *Via debet esse tuta transeuntibus.*

17 *Quod remedium competat contra impidientem purgare viam publicam.*

18 *Si via publica est destructa, an vicinus cõpelatur facere viam publicam per agrum suum. Et an quis possit transire per agrum alienum.*

Esten limpias. [1] Quia in hoc officium † iudicis habet locum, vt si in via publica proijciantur stercora, vel morticina, vel impediatur vt transiri nequeat, vel alia immunditia habeat. vt tenet Specula. in tit. de officio om. iudi. §. 1. versi. Item imploratur. nu. 11. per. l. 2. §. hoc interdictũ tantùm ff. ne quid in loco publico. vbi quoq; dicit Specula. q tale officium iudicis vendicat sibi locum quando talis via est facta arctior, vel angustior. vel est clausa, ita vt publicus commeatus impediatur, vel si talis via fodiatur, vel aliquid ibi fiat propter quod non potest trãsiri, vel vehiculum duci. Quòd nota, quia talia morticinia nõ licet proijcere in via. vt Bart. in. l. ædiles. ff. de via publica. * Et sicut si reperitur, quidam de nocte interfectus ante domum tuam, præsumitur mortuus ibi, vt vicinia teneatur si non recepit malefactorem, & est præsumptio contra domus domi num, ita est si aliqua morticinia, siue immũditia ibi reperiatur: quia omnis ista purgatio pertinet ad eum qui habet domum prope, nisi constet alium proiecisse: de quibus per Bart. in. d. l. ædiles & in. l. ne quis. ff. de incendi. rui. nau. & tenet Peregri. in parte locatio. in princi. * Et Plat. in. l. decernimus. C. de aquæ ductu lib. 11. nu. 2. vbi dicit, q de iure cõmuni talia morticinia, & stercora in via publica prohibitũ est proijcere, & proijciens talia turpia in aquæ ductu publico, fonte, vel puteo, iudicis punitur arbitrio, & grauiter moderãdo. Si aũt in priuato fonte essent proiecta, tenetur proijciens dño fontis actione iniuriarum, & etiã ad interesse. ¶ Et quoq; dicit ibi Plate. q est prohibitũ lauare pannos in summitate fluminis, ne cõmune poculum aquæ corrũpatur. ¶ In isto interdicto dominus tenetur pro famulo proijciẽte turpitudinẽ ex fenestra. vt in. l. 1. in princip. ff. de his, qui deiece. vel effud. q est verum si proiecit in locũ, per quem consuetũ erat trãsire, aliàs non. vt in dicta. l. 1. §. in summa eius titu. & in. l. si putator. ff. ad. l. Aquil. & Cepol. in tract. de seruit. c. 79. & tenet Bertachi. in tract. gabella. in. 7. part. nu. 30. tomo. 6. tracta. foli. 62. ¶ Adde vnũ in purgatione ista, q non possunt rustici ducentes vecturã ad ciuitatem cogi per iudicẽ, seu officiales, vt cũ pl austris suis ducant exinde simũ, vel stercus extra ciuitatẽ. l. 2. in principio. ff. de mundi. prout tenet Fran. Luca. in tract. de fisco. in. 3. parte. de collectarũ immunitate. nu. 8. tomo. 6. tract. fol. 14. ¶ Et purgatio, vel refectio istius viæ non debet esse, vel fieri ex publico, sed debet fieri à dominis domorũ iuxta viam sitarũ. vt tenet Bar. in. l. per buthinã. C. de immunita. nemi. cõcedenda. lib. 10. & ibi Ioã. de Plat. nu. 2. Quod intellige secundùm Barto. ibi qũ via publica est intra muros ciuitatis, quia tunc debet quilibet munire, iuxta domum suam. & idẽ dic si via est per burgos ciuitatis. vt est tex. cũ glos. in. d. l. ædiles. versi. ciuitatẽ. & tenet Cæpola in tracta. de seruitu. in parte, via est. qõ. 25. vbi de ista materia. ¶ Si verò est extra ciuitatẽ in loco, in quo iuxta non sunt vicini, debet fieri munitio, & refectio expẽsis cõis, imponendo collectam pro quãtitate patrimonij. vt ibi. & in. l. ad instructionem. C. de sacro sanct. eccles. secundùm Pla. in. d. l. si per viciniam. * Et vi. Bal. & doct. in. l. præses prouinciæ. ff. de offi. præsid. vbi dicũt, q ille text. facit cõtra possidẽtes casalina, in quibus sit turpitudo, & tota contrata disformatur & putrescit q dominus cogitur ad purgandum & claudendum si huiusmodi sunt in vijs publicis vt in. l. specialem & in. d. l. ediles. ff. de via public. * ¶ Quinimo mendicãtes validi, & corpore robusti, possunt ad purgandas plateas & vias compelli. vt in. §. si verò. in authen. de quæstore. colla. 6. & tenet Ripa. in tract. de peste. in. 3. par. nu. 146. Quod intelligit ibi in nu. 155. in rustico, vel in assueto, ad laborandũ. secus in nobili mendico, nõ cõsueto laborare, huic enim miserendũ est, quia inter oẽs aduersitates fortunæ infelicissimum genus infortunij est tali quando fuisse fœlicẽ. vt in. c. cõsiderãda. & vi. gl. 86. distin. ¶ Et ideò dicit Bar. vbi suprà. q si tẽpore belli mãdatũ † fuit tali villæ, vt faceret foueas, muros, & stacatos tali castro, nã tũc per modum patrimonij, non pro capita fieri debet, quod dicit esse quotidianũ. Quod intellige, quando indiget magna reparatione. Si autem valuæ, & muri ciuitatis indigent modica reparatione, tunc conuicini tantũ tenentur reficere, cum ipsi habeant maiorem vsum eorũ. secundũ Ioan. de Plate. ibi in fine. ¶ Et in tali reparatiõe † viæ publicæ nullum genus hominũ excusatur, quia nõ numerantur inter sordida munera. vt Ang. in. l. absit. C. de priuileg. Aug. lib. 10. & Bar. ibi. nec ecclesia. & sic q res ecclesiæ ad istam refectionẽ publicarũ via rũ tenetur. vt latè Cæpo. in. d. tract. in part. vici. q. 25. ¶ Sed si via est priuata, † vt si est constituta alicui per modum seruitutis, tũc ipse tenetur reficere, & constituens, seu debens tenetur pati vt in. l. refectionis. ff. cõmunia prædioru. si autẽ est via vicinalis facta ex collationibus priuatorum ibidẽ agros habentiũ, & tunc similiter ad eos pertinet refectio. vt in. l. 2. §. via. ff. ne quid in loco publi. vbi tex. declarat diuersas species viarũ secundùm Bar. & Plat. in. d. l. per viciniã. ¶ Sed qd si aliquis vicinus non est soluẽdo † in reparatione viæ? Dic q tunc onus reparationis incumbit alijs vicinis, secundùm Ludoui. Roma. in singula. dic mihi. per glos. in. l. fi. ff. de via publica. in glo. fi. quæ incipit, quæ viam, & tenet Cepol. in tractatu seruuũ. in parte. via est. q. 25. versi. sed qd si ille. vbi ait, q si via nõ est destructa ex antiquitate, vel casu, sed aliquis eã arauit, seu aliter dẽstruxit, tenetur reficere, si est soluendo, aliàs vicini reficient. vt glo. in. d. §. fi. & dicit non esse ali ibi. ¶ In tali enim refectione † viæ non tenetur in quilinus, vel conductor: sed dominus domus tenetur, & eo cessante, tenetur talis cõductor sumptibus pensionis. vt est tex. & ibi Bar. in. d. l. ædiles. §. quicunq;. ff. de via publica & Ioan. de Plate. in dicta. l. per viciniam. & Floria. in. l. pendente. §. si quid cloacarij. ff. de vsu. fruct. vbi etiam dicit, q repetit à domino, si fortè pensione non retinuit apud se. & idem tenet Ias. in. l. 1. C. de iure emphiteo. num. 28. & idem tenet Ang. in. l. 1. C. de anno. & tribu. lib. 10. vbi tenet, q talis conductor tenetur talia, quæ refecit computare in mercedem. & idem tenet Bal. in. l. 3. C. de actio. & obliga. per dictam. l. ædiles, quẽ tex. dicit esse notabil. Et ibi quoq; dicit, † q vasalli non possunt conueniri ad soluenda debita domini, & si dominus non habet aliunde vnde soluat, potest mitti creditor in possessionem vasallorum. ¶ Sed intelligerem suprà dicta, quando purgatio non est † momentanea: quia si est momentanea, putà in purgando, vel faciendo stercora, vel alia immunda purgare, cõductor tenetur, vt colligitur ex dictis Bart. in dicta. l. ædiles, dicendo, quòd si quis habitat gratis si immundatio est momẽtanea, tenetur secus si est perpetua. vt notatur in. l. 3. §. 1. ff. de impensis. & idẽ tenet Ias. vbi suprà. & hanc opinionem refert Cæpola. in dicto tracta. in dicta. q. 25. sed dicit q in hoc ipse putat, quòd si refectio debet durare pro tempore, quo habitare debet gratis, vel maiori, teneatur, aliàs nõ, per ea quæ notant Bar. & Ang. in. l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matri. ¶ Et quia suprà dictũ est, q quis tenetur reficere viam, intelligitur † in quantum protenditlatitudo domus suę, ita est in arg. l. singularum in fine. C. de ædifi. priua. vel quatenus protendit latitudo cuiuscunq; fundi, quę fit in ciuitate, vel in burgo, versus dictam viam publicam. tenet Ioan. de Plate. in. l. in dictiones. C. de anno. & tribu. lib. 10. nu. 1. argu. in. l. inter eos. ff. de acquiren. rerum domi. per. l. adeò. §. insula. eod. titu. & institu. de rerum diuisione. §. insula. & dixi, cuiuscunq; fundi: quia quicunq; fundus sit in ciuitate, vel burgo, idem iuris est, siue sit domus, siue stabulum, siue ortus, & siue sit fundus rusticus, siue vrbanus: quoniã in vrbe, & in burgis potest esse fundus rusticus, quia non locus, sed materia facit prædium vrbanũ. l. vrbana prædia. ff. de verb. signifi. prout tenet. d. Cæpo. in. d. tracta. in. d. parte, via. q. 25. in fi. ¶ Item emphiteota, † vel libellarius tenetur reficere viam publicã iuxta domũ suam emphiteotã, & expensis suis. vt in. l. 2. circa principiũ. versi. publicarũ functionũ. C. de iure emphyteot. & ibi ponitur per Alber. de Rosa. in. q. 131. ¶ Et dicit idẽ esse vasallo, & est notandum, quia isti dicuntur habere vtile dominium. vt. in. l. 1. §. 1. ff. si ager vectigale. vel emphyte. & notatur in. c. cum Bertoldus. de re iudi. & glo. in. l. si vt certo. §. si duobus vehiculũ. ff. cõmodati. ¶ Quod idem dic † de vsufructuario, qui ad refectionẽ viæ tenetur. vt in. l. si pendẽtes. §. si quis clocan. ff. de vsufru. & quòd ibi notatur. & in. l. athei. eo. tit. & in. l. qui cõcubinas. §. qui ortos. ff. de legat. 3. & quod notat Bart. in. l. his verbis. §. idẽ respondit. eo. titu. & in. l. fi. ff. de vsufructu. vbi omnino vide. quod intelligit dictus Cæpol. vbi suprà. in. d. q. 25. versi. itẽ de vsufructuario, nisi possessiones essent steriles, in quibus habet vsumfructũ, quia tunc non tenetur. ¶ Et nota q ille, qui tenetur purgare viam, non sufficit si auferat † lutum ab ea de medio, & proijciat in partibus, vel in lateribus viæ, quoniã tenetur in totũ auferre de via. vt in. d. l. 1. §. purgari. ff. de via publica. & tenet dictus Cæpola vbi suprà. qõ. 26. vbi etiã dicitur, q reficere dicitur, qui aperit, & qui purgat omnes omnino, & qui in pristinũ statum reducit vt in. d. l. 1. §. reficere. ¶ Et qui vult viã publicã reficere, debet ad veterem † latitudinem restituere, & nõ debet latiorem, nec longiorem, nec altiorem, nec humiliorem sub nomine refectionis facere, nec in via terrenũ seu glaciam ponere, aut sternere viam lapide, quæ terrena sit vel cõtrario destracta terrenam facere. vt est tex. in dicta. l. 1. §. si quis in speciem. & in. §. 1. Et in effectu sub specie refectionis nõ potest quis viam deterio-

deteriorem facere impunè, imò prohibẽdus est vt in dicto.§.si quis in specie.& ibi per gl. & Cæpolam vbi suprà.versic.2. ¶ Et nota, q̃ licet talis
15 via publica mutetur, † vel alteretur nunquã amittitur etiam si populus ea non vtatur. vt in.l. viã publicam.ff.eod.de via publi. ¶ Quæ via debet
16 esse tuta transeuntibus, † & prætor debet prospicere, ne quid mali eis contingat.vt tenet Speculat.in titulo.de iniurijs.§.primo.versi.adhoc. *Et in tantum via debet esse apta ad transeundũ vt non prohibeatur, vel impediaꝫ quis per eam ire: vt in.d.l.ediles.ff.de via public.vbi Alberic. inquit, q̃ sicimator, seu officialis habet discũ super quo laborabat in via publica, & quidam cum plaustro transiens tetigit cum plaustro discum: ita q̃ forfex cecidit, & fracta fuit, q̃ non tenetur defractione, & dicit q̃ ita obtinuit.* ¶ Quod au-
17 tem remedium competat † contra impedientem purgare vel reficere viam publicam, & quæ sint necessaria, & quomodo formari debeat libellus in isto interdicto, & positiones in eo quomodo debeant fieri, & de multis alijs quæstionibus, vide per dictum Cæpol.vbi suprà, in dicto tracta. in parte, via est.quæstio.27.& quæst.28.cum sequentibus. ¶ Et an si via publica est destructa compellatur vicinus facere viam publicam per agrum suũ, dic q̃ sic.vt in.l.si locus.§.fi.ff. quem ad seruit.amit.sed de iure debet ei resarciri per rẽ publicam.vt per glo.ibi & Bart.in.l.fin.ff.de pigno.actio.& Feli.latè in additiõe ad Abb. in Decreto col.11.vbi vide, an quis possit de iure transire per agrum alienũ.glos.in.c.omnes leges.prima distin. Et recoligendo omnia dicta Feli. dic, q̃ licet transire, quando subest iusta causa, & necessaria, & transitus est innoxius.per.c.fin.23.q.2.& quando est penitus destructa, vt dictum est, & quando vadit per fundum domino non prohibente, siue sciuerit, vel ignorauerit, per.l. diuus.ff.de seruit.rusticorum prædiorum.& quãdo quis in necessitate vellet comedere vuas in agro alieno, & non aportare.capit.discipulos. de consecra.distin.5.& ille, qui transiuit saltem.30. vicibus in vno anno per agrum alienum domino permittente, acquisiuit facultatem transeundi.l.in primo.iuncto.§. hoc interdicto. ff. de itiner.actu priu.& de materia.vi.tex.& glos.& ibi scribentes in lege per agrum.C.de seruitut. * Et vi.Peregrin.in par.damna.q.6.in glo. alieno vbi etiam asserit, quòd si per viam publicam nõ põt transire, & aliquis immittit oues suas, vel alia animalia per fundum vicini, quòd nõ tenetur soluere damnum statuti, intelligens dummodo ciuiliter immittat, ita q̃ fundum custodiat inquantũ potest.*Et Guid.Pap.consi.92.nu.1.& sing.626. & noster Montal.in reperto.ordina.in parte: iti nera. Et quando quis potest ingredi in agrum alienum.vi.l.17.tit.28.par.3.& l.15.tit.4.for. ll. libro tertio.& lex.qui seruandarum. ff. de præscri.verbis.

SVMMARIVM.

1 *Qui inter cassellas humorem fecit, cogitur ad eas purgandas.*
2 *Ædificans in solo publico, cogitur annuam pensionem præstare.*
3 *Ædificari potest quis in loco publico sola ciuitatis licentia.*

k **Salidas.** k Vi tex.in.l.si quando.§.secũdum.ff.si seruit.vẽdi.ibi, respondeo si in loco publico id feciſſet, per interdictũ cogi posse.vbi Bald.Ang.dicunt, q̃ ex illo text.
1 sumitur arg. q̃ ille † qui facit sterquiliciũ, seu cacatorium, vel excrementum inter cassellas cogitur ad eas purgandas, si vltra solitum ibi facit humorem.& tex.ille loquitur in loco ad hoc nõ deputato.& vi.Bar.in.l.1.§.idem ait.ff. nec quid in loco publi.vbi quoque dicit, q̃ si quis in loco suo facit aliquid, ex quo fœtor, vel putredo fit in via, potest agi interdicto illius, q̃ dicit menti tenendum. ¶ In proposito istius text.dic, quòd ædificans † in solo publico.cogitur per officium iudicis annuam pensionem præstare, aliàs ędificium
2 debet demoliri, vt in.l.1.C.de diuersis prædi.lib. 11. Vide Paul.de Castro in.l.fluminum.ff.de dãno infecto.numer.2.& vide.l.23.tit.32. parti.3. & tex.in.l.1.§.si quis nemine.ff.ne quid in loco publico.de quo vi.pragmaticam in libro pragmaticarum.l.71.& quæ dicam in.capi.23.infra eod.in glo.prima versi.quod extende.*Sed hoc intellige, quando ædificat sine licentia ciuitatis: quia cum ea sola potest quis edificari in loco publico. tex.in.l.3.& 18.tit.22.par.3.& ibi Gregor.Lopez in gloss.*o del concejo*.quem vi.*

SVMMARIVM.

1 *Statuta debent confirmari, tamen factis à Castris & villis requiritur, quòd per ciuitates cõcilium confirmentur.*
2 *Statuta, quæ sunt bona, secundum exigentiam & conseruationem publicam sunt confirmata ex propria naturali iustitia.*

Si rex

3 *Si rex iurat seruare statuta, intelligitur ea cõfirmare.*
4 *Papa, vel rex, confirmando priuilegia alicuius ciuitatis, vel ecclesiæ intelligitur confirmare, ea quæ sunt iusta.*
5 *In confirmatione feudorum intelliguntur feuda verè legitima confirmata.*
6 *Papa, si vellet, potest confirmare statuta cõtra libertatem ecclesiæ: tamen generaliter confirmando non videtur ea confirmare.*
7 *Licet Papa reprobet quædam statuta, per hoc non videtur alia approbare.*
8 *Licet papa, vel rex confirmet statuta valida alicuius loci, non propterea dicũtur statuta papalia, vel regalia, sed illius loci.*
9 *Papa licet confirmet excommunicationem, promulgatam solus episcopus ab ea potest absoluere.*
10 *Ratione confirmationis cõtractus quis nõ sortitur forum.*
11 *Confirmando rex statuta, non dicitur ea dare.*
12 *Confirmando Papa seu princeps priuilegia antiqua, nunquam intelligitur de nouo ea dare: fallit vt hic.*
13 *Confirmatio superioris supplet defectum solẽnitatis formæ, & personæ, quando superior est Papa, vel princeps.*
14 *Ex natura confirmationis est adhibere robur, & validitatem actui confirmato, non autem illum extendere.*
15 *Confirmatio aliquorum statutorum, est reprobatio aliorum.*
16 *Statuta confirmata per superiorem an possint reuocari per statuentes sine licentia superioris confirmantis.*
17 *Si statuta confirmata sunt obscura, vel dubia, an possunt per statuentes declarari.*
18 *Duces & Marchiones an possunt confirmare statuta suorum locorum.*
19 *Superior potest inferiores cogere ad sua statuta exibenda, vt videat an super prohibitis, vel in derogationem iuris superioris aliqua sint ibi statuta.*

1 **Prouеer sobre ello.** 1 S.reprobã do, vel confirmando: quia talia statuta debẽt cõ
1 firmari per superiorem † .i.per regem.tenet Bal. in.l.humanum.nu.2.C.de legi.quia antequam confirmẽtur talia statuta sunt imperfecta, & non ligãt. vt tenet Bal. in. c.1. de constitut.in principio. Nam licet populi possint facere statuta, non valẽt sine cõfirmatione principis.vt tenet Barba.in additio.ad Bal. in.d.l.humanũ quod dicit esse notabile ad limitationem. l. omnes populi. ff. de iusti.& iure. ¶ Et q̃ talis confirmatio requiratur tenet idẽ Bal.in.l.fi.C.de iurisdi. om. iudi. nu.4.& Pau.de Castr.in.l.priuatorũ.C.eod.tit. nu.6.& per Bar.in.d.l.oẽs populi.num.3.&.4.& ibi Alex.in addi.& idẽ Bar.in.l.1.ff.quod quisq; iuri.nu.1.& idẽ tenet Ang.in.l.si quod.C. de legatio.lib.10.& Bal.in cõsi.124.in.1.vol.in.fi. & Feli.in.c.cũ omnes.de constit.col.13.versi.2.linita, & est tex.in.c.cũ consuetudinis.de cõsuet. & tex.in.c.cũ accessissent.de constit.ibi, sicut dicitur confirmatum. ¶ Sed contra Bal. & contra supradicta tenet Iaſ.in.d.l.omnes populi.in repe. 8.col.nu.35.in fine.dicendo, q̃ cũ quilibet populus habeat facultatẽ faciendi statuta de iure, non requiritur alia confirmatio superioris quãuis aliter, & malè teneat Bal.in.d.l.humanũ.& Cy.in. l.fin.de iuri.om. iudi. ¶ Sed de consuetudine obseruatur contrarium.& sic dictum Bal. & sic debent confirmari à principe secundùm Iaſ.vbi suprà.& sic in nostra Hispania vtitur, quia talia statuta confirmantur per senatores consilij regalis, & si sunt noua, iubent ad petitionem cuiuscũq; non custodiri, nisi per eos videantur, & confirmentur.vt in isto tex.*Et.l.8.styli quam vi.qui nimo dicit ibi quod est casus curiæ in quo conditores statutorum possunt vocari, citari, & conueniri corã rege super dictis statutis per eos factis.* Et circa hoc quotidiè prouisiões emanãt. Quod est contra pragmaticam.47.in vol.pragmat.vbi tenet, q̃ non suspendantur appellatione pen-

dente. quam vi. ¶ Et tene, q̃ quemadmodum statuta condita à ciuitatibus confirmantur à principe, ita eod. modo confecta à castris, vel villis, vt valeant, requiritur q̃ per consilium ciuitatis, cui subiacent confirmentur, approbẽtq; vt tenet Bar. in l. si quod extra ordinarium. C. de legatio. lib. 10. nume. 4. in fine, quem sequitur Bal. in d. l. omnes populi. col. 2. nu. 3. & noster Montal. in l. 1. tit. 7. lib. 1. fori. in glo. in rem. & facit quod tenet Bald. in rub. de constitutio. nu. 21. * Et Greg. Lopez in l. 12. titul. 1. par. 1. glo. fi. in fin. * ¶ Tamẽ
2 si statuta sunt bona secundum exigentiam † & conseruationem publicam illius loci, nõ indiget alio directore: quia confirmata sunt ex propria naturali iustitia. vt Bal. in dicta l. omnes populi. nu. 2. versi. modo restat. ¶ Nec hoc habet locum in statutis mercatorum, & aliorum artificũ, quia ista statuta sunt confirmata à iure communi, & ideo non est necesse quòd confirmentur per. l. municipalem, nec per superiorem. vt in. l. receptitia. & ibi Bal. C. de constitu. pecunia. & tenet Bal. in tracta. statu. in parte, artifices. * Contrariũ tenet Peregrin. in part. iudex. q. 3. in gloss. artifices, in fin. quòd talia statuta artificum nõ valent nisi confirmentur per superiorem, vt per Bal. in l. per iniquum. C. de iur. omn. iud. * ¶ Tamen si
3 rex † iurat seruare statuta ciuitatis, per tale iuramentum talia statuta dicuntur ab eo confirmata esse. vt tenet Hippoly. de Marsi. in singula. 71. allegando Bal. in consil. 284. incipiente. per statutum. aliàs incipit. verba Iacob. de Aretio. in principio volu. quod Baldus ibi in expresso in fine tenet, dicendo, cùm igitur illustris dominus ciuitatis Astensis iurauerit seruare statuta ipsius ciuitatis, per hoc videtur confirmasse ipsa statuta: quia iuramentum firmat actionem. allegat text. in. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. q̃ facit pro ciuitatibus huius regni: quia dum rex nouiter intrat in eas, ad portam ciuitatis, anteaquam intret, iurat seruare consuetudines, priuilegia, & statuta ciuitatis, quia postea nõ requiritur quòd per eum iterum confirmẽtur. * Et idem tenet Rolandinus à Valle consi. 29. nu. 31. vbi facit festum de dicto singul. Hippolyt. de Marsi. * Et tene. q̃ quando Papa, seu rex confirmat statuta alicuius
4 ciuitatis, vel ecclesiæ, intelligitur † cõfirmare ea, quæ sunt iusta. vt notant Bart. & doctores in. l. prima. per glos. ibi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & idem tenet Bald. in. c. in præsentia. de probatio. 5. columna & in. l. cùm oportet. in principio. C. de bonisque liber. & in. l. lege. prima columna. ff. de constitutio. principis. & notabiliter in capitulo. primo per quos fiat inuestitu. in vsi. feudo. & tenet Iaſ. in. l. more. ff. de iuri. om. iu-

di. numero. 37. & additio Abb. in capitulo. inter dilectos. de fide instrumen. in additione, quæ est in verbo, priuilegium. & tenet Socin. in fallen. suis, in parte, lex generaliter. versi. fallit ratione præiuditij. ¶ Et licet rex, seu Papa confirmet statuta, non valent si sunt contra bonos mores & iustitiam naturalem. vt tenet Baldus. & dicit mentem tenendum in capitulo. ad nostram. de probatio. numero. secundo. quia rex & regnum non possunt approbare consuetudinem inhonestã, & pestiferam. Quia vt dicit Innocentius, consensus regis nullum tanquàm iniquæ legi robur tribuit: nec potest dici, quòd iura naturalia possunt reges distinguere. vt. C. si contra ius vel vtilit. publi. l. final. quia in hoc nulla cadit ratio distinctiua, vnde non esset distinguere, sed perimere secundum Bal. vbi suprà. ¶ In confirmatione quo
5 que feudorum intelliguntur † solùm confirmata feuda verè legitima, & non alia. tex. in capitul. & ibi Bald. in dict. titulo. per quos fiat inuestitu. & in. capitul. ea quæ de re iudic. & Iaſ. vbi suprà. numero. 38. ¶ Et ita dicit ibi in numero. 39. quòd
6 si Papa vellet, posset confitmare † statuta contra libertatem ecclesiæ. vt notatur in capitulo. 1. de transact. Tamen generaliter confirmando Papa statuta, non intelligitur confirmare ea quæ sunt contra libertatem ecclesiæ. vt Baldus in dicta. l. omnes populi. 8. columna. & in capitul. venientes. de iure iurand. & dixi in gloss. primà. istius capituli. & idem tenet Iaſ. in dicta. l. omnes populi. numero. 36. ¶ Facit quòd notat Baldus. & Imola. in. l. legata inutiliter. ff. de legatis. primo. vbi ait, quòd licet Papa † reprobet quædam statuta, per hoc non videtur confirmare alia inualida: quia confirmatio statutorum generalis non extenditur ad inualida. vt Alexand. in consilio. 38. in quarto volumine. ¶ Et licet Papa, vel Rex confirmet statuta alicuius loci, valida non pro
8 hoc dicuntur † statuta papalia, seu regalia, sed illius loci. vt tenet Baldus. in. l. ex placito. tertia columna. C. de rerum permuta. & Felinus in capitulo. primo de sponsal. quarta columna. ¶ Ad idem facit quod notat Baldus. in proœmio Decretali. super verbo, rex pacificus, vbi ait, quòd si
9 Papa † confirmat excommunicationem factam ab episcopo, tamen solus episcopus potest absoluere. & facit bene text. in capitulo. nuper de sententia excommunicationis vbi episcopus potest absoluere ab excõmunicatione canonis. ¶ Quoque facit: quia licet ratione contractus quis fortiatur forum. l. hæres absens. §. final. ff. de iudi. capitul. Romana. §. contrahentes. de foro competen. in. 6. tamen si aliquis facit cõtractum in vno
10 loco, deinde in alio confirmauerit, † nõ fortitur forum

forum in loco confirmationis. vt in. l. si quis in legatione. ff. de iudicijs. & ibi solus, Ludoui. Roma. ad hoc allegat illum text. & dicit esse perpetuò menti tenendum: quia nescit eum alibi. pro ut tenet Iaſ. in dicta. l. more. ff. de iuri. omn. iudi.
11 numero. 29. ¶ Confirmando † rex ista statuta, nõ dicitur dare. vt est text. solennis in. l. si donare. §. primo. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & gloſ. singula. in summa. 25. quæstione. 2. Et facit quod tenet glossa. in. l. ex verbis. in versicul. cui. C. eo.
12 titulo. de dona. inter. vir. & vxo. vbi Papa, † vel princeps confirmando priuilegia antiqua, nunquam intelligitur de nouo dare, sed ea confirmare prout sunt & vi. gloſſ. in capitul. quis nesciat. 11. distinctio. in verbo authoritate. vbi vide. Sed quid operetur cõfirmatio? Dic quòd tria. vt per gloſſ. in capitul. frater. 17. quæstion. 4. ¶ Et facit quod voluit Innocen. & Ioan. Andre. in capitul. dudum de decimis. vbi dicit, quòd quando appa ret principem confirmantem voluisse de nouo inducere. in dubio præsumitur confirmasse eo modo, quo potest de iure communi, non autem de plenitudine potestatis. ¶ Et facit quòd tenet Paul. de Castro in. l. conuentionum. ff. de pactis.
13 numero. 2. vbi dicit, quòd qui confirmat, non disponit, nec dat, sed datum roborat. Et facit quod tenet Abb. in capitul. ex parte. & in capit. quia. de priuileg. & in capitu. inter dilectos. de fide instrumen. vbi latissimè Felin. 9. colum. vbi ponit regulam quando confirmans videatur de nouo dare, cum pluribus fallentijs. ¶ Sed ista regula dicit Bartol. quòd fallit, quando actus est nullus: quia qui confirmat, dat. vt in. l. adoptio. la segunda. & ibi notat Angel. ff. de adoption. adde text. vbi est gloſſ. in. §. fina. Institu. de tutelis. vbi Bal. Sed ista fallentia non semper procedit in principe: quia confirmando electionem inualidã, non intelligitur eam validare, nisi faciat ex certa sciẽtia. & vt tenet Bartol. in. l. si constat. ff. de appella. in. 2. notabil. prout tenet Iaſo. in dicta. l. more. numero. 30. ¶ Vbi, in. numer. 31. tenet q̃ quoque, fallit, quando quis confirmat actum imperfectũ nam dicitur perficere, & dare. Et vide Hippoly. de Marsil. in singula. 196. vbi dicit, quòd confirmatio superioris validat inualidum. & Syluestrina in parte, confirmatio. & vi. gloſſ. in dict. capitul. frater. 17. quæstio. 4. & in dict. capit. quis nesciat. 11. distinctio. ¶ Tertiò fallit, quando actus dependet à potestate confirmantis, & apparet eũ de nouo velle confirmare. l. quærebatur. ff. de milit. testa. secundum Iaſ. vbi suprà. ¶ Quartò (vltra Bar. & docto. secundùm Iaſ. ibi. nume. 33.) fallit, quando quis confirmat actum tanquam factum, qui in veritate nunquam fuit actus, nã censetur de nouo dare. text. dicit esse notabil. in. l. si donatio. & ibi ad hoc Bald. notat. C. de donatio. & idem tenet Bald. in. l. antepẽ. C. si aduersus rẽiudi. ¶ Sed si priuilegium confirmationis impetratum à Papa, vel a principe est subreptitium, putà, quia est confirmatorium alicuius instrumenti quòd erat falsum, vel alicuius contractus simulati, & de his non sit facta notitia Papæ, vel principi confirmanti, talis confirmationi. l. penitus operatur, etiam (quod est fortius) si in confirmatione apponantur illa verba. confirmamus actum si de se est validus, aliàs, de nouo concedimus. nil operatur, etiam si adesset (quod est fortius) clausula supplentes de plenitudine potestatis omnes defectus tàm iuris, quàm facti, si qui sunt adhuc stantibus omnibus istis clausulis cõfirmatio nil valet, & nil operatur, propter vitiũ subreptionis. vt latè per Abba. in dicto capitul. inter dilectos. de fide instru. colum. 7. numer. 8. & ibi per additionatorem, in parte, priuilegiũ. & tenet Iaſo. in dicta. l. more. numero. 35. &. 36.
¶ Adde tu quoque in materia confirmationis, quod tenet Bald. in. l. final. ff. de testamen. tutel.
13 vbi ait, quòd † confirmatio superioris supplet defectum solennitatis, defectum formæ, & defectum personæ, quod dicit valde notandum. Quòd intelligit Iaſon, vbi suprà, numer. 40. quo ad defectum iuris ciuilis, non autem iuris naturalis, vel gentium, putà, consensus, secũdùm Angel. in. l. adoptio. ff. de adoptio. allegat Innocen. in capitulo. nil. de electio. facit authentic. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. ¶ Sed hoc intellige in Papa, vel imperatore: quia nullus inferior à summo principe, etiam si esset Cardinalis de latere, potest confirmãdo supplere defectum solennitatis omissæ in contractu. vt docto. in capitulo. primo. de transactio. vbi Anton. & Abb. & Bald. hoc notant. ¶ Aduerte quoq; , quòd ex
14 natura † confirmationis est, adhibere robur, & validitatem actui confirmato, non autem illum extendere, vt notabiliter Bald. in. l. aduersus. in fine. C. aduersus rem iudicatam. & in. l. nominationes. in fine. C. de appellatio. & vtrobique allegat. text. notabilem cum gloſſ. in. l. Aurelius testamento. ff. de liber. lega. & idem tenet Bald. in capitulo. primo. in principio. per quos fiat inuestitu. in vsi. feudorum. vbi voluit post Innocen. in capitulo. dudum. de decimis. quòd si certa priuilegia confirmentur per Papam, non intelligitur confirmare, vt aliquod ius nouum detur, nisi aliter constet de intentione confirmantis. ¶ Et facit quod tenet Bald. in capitul. decernimus. de iudi. colum. 2. loquẽdo in principe confirmante iurisdictionẽ delegatã, quæ erat nulla. Sed hoc li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitatur,nisi princeps confirmaret ex certa sciẽtia,quia tũc propter clausulã,ex certa sciẽtia,nõ solum dat robur actui confirmato,sed etiã illud extẽdit,vt tenet notabiliter Bal.in.d.ca.ex parte,in fi.& in.d.l.nominationes.tu vide glossa.in terminis.in.c.dudũ.in verbo,cõcessione prædicta.de decimis.quam limita vt per Abb.ibi.& tenet Iaſ.vbi suprà.numer.42.¶Adde quoque,q̃
15 confirmatio aliquorũ ſtatutorũ est reprobatio aliorũ inualidorũ examinatorũ.vt Paul. de Castr.in.l.legata inutiliter.ff.de leg.1.& Alex.in.d. consilio.38.in.4.volu.& Bart.& Dy.in.d.l.legata.dicunt,q̃ cõfirmatio vnius capituli,vel statuti de pluribus sapit reprobationẽ aliorũ.¶Postquam talia statuta sunt cõfirmata,an possunt re
16 uocari per ſtatuentes,ſine licentia ſ cõfirmantis? Glos.in.d.c.frater.17.q.4.tenet quòd sic.in gl.fi. in fine.& tex.in.c.2.de cõfirma.vtil.vel inuti.& Abb.in.c.1.eius titul.& glos.in authen.de defenſo.ciuita.§.interim illud. in verbo, remouendi. collat.3.¶Bald.in.c.1.in gl.ſuper verbo nos Romanorũ.de pace cõstã.in vſi.feudo.& Bal. in.l. omniũ.C.de testa.in fi.& ibi doct.& idem tenet Aug.in.l.Paulus.la primera.ff.de re iudi.in fin. dicẽdo,q̃ ab ſtatuto populi cõfirmato per principẽ,ſtatuentes possunt recedere, & reuocare,& dicit esse mẽti tenendũ.& hãc opi.tenet Alexã. in.d.l.omnium.nu.3.cum qua transeunt docto. ibi.Salyc.& Fulgo.& Petrus de Ancharra.in repet.c.canonũ ſtatuta.de cõstitu.vers.ſed hic inciderer quæro.& facit text.in.cap.dilecto. de præben.ibi.clausula prohibitionis adiecta à contrario ſensu.Et Abb.ibi dicit,q̃ ſtatuta collegij confirmata per ſuperiorem,possunt reuocari per ſolum collegiũ.est text.in.c.cũ accessissent. de cõstitu.¶Quod intellige verũ,nisi ſuperior adiecisset clausulã illi cõfirmatiõi.ſ.q̃ ſi cõtra fieret, nõ valeret,ſecundũ Alex.in.d.l.omnium. nu.3. & Iaſ.ibi.nu.7.verſi.limita.vbi dicit, q̃ ideo debẽt esse cautæ cõmunitates quando faciũt cõfirmari ſtatuta à principibus,vt nõ permittant apponi clausulã decreti annullatiuã:quia etiã ſi cõfirmatio ſit facta mero & puro fauore ſtatuẽtiũ, tamẽ per dictã clausulã annullatiuã videtur ſuperior habere,p illicito quicquid postea ſtatuẽtes in oppositũ attẽtarẽt,ſecũdũ Abb.in.d.ca.dilecto.nu.4.& Ioã.de Anna.in.c.quia frustra, de vſuris.de quo per Iaſ.vbi ſuprà.Et circa hanc.q. vi.quæ dixi ſuprà,in iſto tex.in gl.*lashara*.nu.21. vſq; in fine.& vi.Roma.in consilio.116.& in consilio.65.1.colũ.& Cardi.in cõsilio.130.& Lapum. allegatione.86.& Oldraldũ cõsilio. 259. in principio.2.col.*Et adde q̃ tenet.Ioan.de Imol.in.l. ex facto.ff.de vulga.& pupil.q̃ ſi ſuperior cõfirmat ſtatutum inferioris,& apponit clausulã decreti,q̃ nec inferior nec dominus potest reuocare illud ſtatutum,ſed nec interpretare: quem ſequitur Barba.in rubri.de fide.inſtrumento. col.
17 26.*¶Sed quid ſi iſta ſtatuta ſic ſ cõfirmata sunt obſcura,vel dubia, an iſti ſtatuentes possunt ea declarare? Bald.in.l.ex facto.ff.de vulgar.& pupilla.in principio,dicit,quòd credit quòd ſtatuta cõfirmata à ſuperiore,q̃ interpretatio eorum pertinet ad ſuperiorẽ:quia ſicut habet ius potẽtius in ſtatuẽdo,ita habet ius potentius in interpretando.vt ibi.& in.l.fi.C.de legi. & idẽ tenet Angel.ibi,in principio.dicẽdo,q̃ ſi ſtatuta ancianorum essent authoritate apoſtolica confirmata,Papę esset interpretatio,ad quem pertinet diſtinctio.allegat.l.quia.ff.de iuriſdi.omn. iudi.& d.l.ſi.de legi.& Alexã.ibi in.d.l.ex facto. nu.7. dicit,q̃ Imol.ibi dicit hoc verũ eo caſu,quo antiqui,id est,rectores ciuitatis cõdere non possunt per ſe ſolũ ſtatuta,absq; cõfirmatione ſedis apoſtolicæ,ſed vbi anciani cõdere possunt per ſe ſolum ſtatuta absq; cõfirmatione ſedis apoſtolicę, vel regis, quanuis poſtea sint confirmata à ſede apoſtolica,nõ obſtãte hac confirmatione,poterũt ipſi interpretari.quod ſequi videtur ibi Alexãd.Sed dicit hoc limitari,niſi eſſet appoſita in confirmatione iſta clauſula.decernimus itritum quicquid cõtra factũ fuerit, & dicit q̃ idem voluit Barto,& communiter alij excepto Bald. in d.l.omnium.vbi præfati doctores diſtinguũt,an tale ſtatutũ poterat fieri per ſtatuentẽ ſine cõfirmatione,aut nõ,quia cadẽ ſolẽnitas quę requirũtur in ſtatuẽdo,& confirmando,cadẽ requiritur in interpretãdo.d.l. ſi vt proponis. C. de nupti. auth.ſi cõtra.C.de testa.ſecũdũ Alex.vbi ſuprà. ¶Sed occurrit mihi dubiũ. Aliquis dux,vel mar
18 chio,† ſeu comes,vel alius dominus temporalis, qui villas,loca,& iuriſdictionem in eis habet ſi confirmat ſtatuta facta per ſua loca, vel caſtra ſi requiratur alia confirmatio regis,vt ex eis iudicetur? Credo q̃ ſi in ſuis terris habẽt regalia, q̃ alia confirmatio non requiratur,licet contrarium ſit per ſenatores conſilij regalis, qui ad petitionem cuiuſlibet iubent dicta ſtatuta ad conſilium portari, & q̃ non vtantur eis,donec per eos ſint approbata: quæ confirmatio, & approbatio regis non est neceſſaria:quia qui habet regalia,per ſua priuilegia potest confirmare ſtatuta,quæ confirmatio habet vim priuilegij,ita tenet Bald.in consilio.110.in.1.volu.in.2.colum.verſi.ſed ad idem, facit fortius,& dicta cõfirmatio facit ius inter omnes in ſuo territorio commorates,& in ſuo territorio possunt omnibus legem dicere,qui in territorio ingrediuntur,quia talis lex prædio datur ad

tur ad inſtar confeſſoriæ & negatoriæ,in quibus non diſtinguitur vnde sunt.vt in.§.æquè. Inſtitu.de actio.& in.l.ſi quis diuturno.§.fin. ff.ſi seruitus vendi.ſecundum Bald.in.d.consilio. ¶Et facit quod tenet idem Bal.consilio.128.in.3.vol. vbi tenet,quòd ſtatutum pòt cõfirmari, per magiſtratum habentẽ merũ imperiũ.vt in.l.1.§.1.ff. quod quiſq; iuris.& in.l.multi.C.de sentẽ.interlo.om.iudicũ. ¶Quinimo teneo, q̃ iſti duces, marchiones,& comites,& alij dñi tẽporales huius regni iuriſdictionẽ tẽporalem habentes perpetuã,licet nõ habeant regalia in ſuis villis, ſeu locis,ſtatuta ſua sunt ius ciuile potius,quam prætoriũ,& non indigent cõfirmatione regis. Quia iſti duces,& cæteri domini tẽporales in ſuo ducatu,ſeu comitatu aſsimilãtur magis principi,quã præſidi,vt tenet Bald.in.l.receptitia.C. de conſtitu.pecu.in principio.licet aliqui allegent glo. in contrarium in titul.ſi de inueſtitura. inter domi.& vaſall.orian.in vſi.feud.¶Sed ſi iſti domini sunt temporales,vel ad beneplacitum ſuperioris,tunc non æquiparantur principi in ſuo comitatu,nec ſtatutum ſuum est ius ciuile, ſed prætorium.Secus,vt dictum eſt,ſi sunt perpetui,cuius dignitas,& iuriſdictio tranſit in filios,tunc æquiparantur principi,& ſtatutum ſuum est ius ciuile,& non indiget alia confirmatione regis.vt tenet Salyc.in.d.l. receptitia.& ſic pòt intelligere dict.gl.contrariã.Et ad hoc facit text.in.l.12.tit. 2.par.2.vbi duces,& alij domini temporales, qui ex ſucceſsione hæreditaria in ſuis terris habent merum imperium,possunt cõdere legẽ,& forũcum populi voluntate & cũ per iſtã.l.cõcedatur dño leges ſeu ſtatuta facere,non indigẽt alia confirmatione.Et ita teneo q̃ ſi populus ſtatuta cõdidit,ſi confirmãtur à dño loci,quia per ſuã confirmationem viſus est conſentire, & facere vnà cum populo ſuo,non indigent confirmatione regia,quia per.d.l.par.habent poteſtatẽ faciendi. ¶Sed hoc intelligo,dumtamen non ſtatuãt cõtra ius.vt in expreſſo tenet Iaſ.in repet.l.omnes populi.ff.de Iuſti.& iur.nu.35.in fi.vbi quoq; dicit,q̃ quilibet populus habet facultatem faciẽdi ſtatuta,& non requiratur alia confirmatio ſuperioris,licet Bal.& Cynus.teneant aliter, & malè ſecundùm eundem Iaſonem.ibi, quem vide: & hoc in terris regalibus, licet contrarium obſeruetur de conſuetudine, quanto magis in terris dominorum,quia ſufficit ſua confirmatio, cùm ex diſpoſitione dicta.l.partit.possunt ea,condere,& ſine vlla confirmatione valent, quia habẽt à ſuperiore authoritatem præcedentem faciẽdi. per.d.l.nam ſi non haberẽt,requirebatur authoritas accedens.vt tenet Bal.in.c.cùm omnes. de conſtitutio.num.23.*Et quia ſicut artifices poſſunt inter ſe facere ſtatuta, & ſic facta per eos sunt confirmata à iure communi: & ita non eſt neceſſe q̃ confirmentur,vt dixi ſuprà.nume.2. & tenet Bald.in tracta.de conſtitut.nu.9. tomo 8.tracta.fol.22.ita inquit fore in ſtatutis factis à dominis vnà cum populo:quia videntur per.d. l.partitæ confirmata.*¶Sed cõtra hoc tenet Angel.in.l.imperium.ff.de iuri.om.iudi.col.3.verſicul.ex prædictis. & ibi Barba. in additionibus ad Bar.in additione quæ est in num.8.vbi dicit, q̃ ſi datur alicui ciuitas,non datur licentia condendi leges,vel ſtatuta,quòd dicit notandũ.Sed hoc non obſtat, quia licet per dictam donationem non detur ſibi poteſtas legem condendi,datur ſibi per dict.l.part. Vel aliter,licet ipſe ſolus non poſsit condere,ſecus vnà,cum populo ſuo, vt ibi.¶Sed quicquid ſit de iure, ſemper video, quòd talia ſtatuta,maximè in ſupremis audientijs regalibus non cuſtodiuntur, niſi sint confirmata per regiam poteſtatẽ,niſi dicta ſtatuta sint antiqua,& vſitata. ¶Et quia iſti populi,& eorũ domini non possunt ſtatuere,nec condere cõtra ius regium,vel commune,vt Bald.in.d.l.omnes populi.col.5.verſi.ſed hic dubitatur &.l.formã. C.de offi.præfe.Alex.in.l.nemo poteſt.ff. de lega.primo.colum.prima.& Abb.in capitu.quòd per his.de maiorita.& obedi.& Innocẽ.& Abb. in capitul.final.de offici.legat. quia ſi par in parem non poteſt ſtatuere, multo minus inferior contra legem ſuperioris ca.cùm inferior de maiorita.& obedi.l.nam & magiſtratus. ff. de arbitris.*Et vi.Grego.Lopez in.l.12.tit.1.par.1.in gl. *ſobre las gentes* & in.gloſ. *otro ninguno.*Est vtile vt dicta ſua ſtatuta videantur per ſenatores regalij conſilij,vt aboleantur de libro,& capitularibus, ſi qua sunt contra ius, & ſenatores conſilij illico debent ea videre,examinare,& tradere dictis villis,& locis,ea quæ sunt vtilia,& pendẽte examinatione,non debet ſuſpendi effectus nec executio dictorum ſtatutorum,nec dictæ villæ,ſeu loca sint ſine regimento,& gubernatione,vt tenet dicta pragmati.47.in libro pragmati.* ¶Adde, quod pòt ſuperior cogere inferiores ad exhibẽdum ſua ſtatuta,vt videat, an ſuper prohibitis, vel in derogationem iuris ſuperioris aliqua sint ibi ſtatuta, vt Bartol.in.l. ſub prætextu. de extraor.crim.Bald.in.l.omnes populi. ff. de Iuſti. & iur.& tenet Ancharra.in repeti capitul.canonum ſtatuta de conſtitutio.columna. 85. & vid. ſuprà,in capitulo.ſecundo.in gloſſ. *confederacion.* numero.13.*

Prætorũ. Cap. XVII. finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

Domus publica dicitur, in qua iustitia, & rectores ciuitatum congregantur ad consilium faciendum, & ad gerendum negotia vniuersitatis.

2 *Ciuitas debet esse coadunata tuba, vel campana, edicto, vel nuntio.*

3 *Si rectores in platea aliquid fecerunt, non diceretur ille actus factus ab vniuersitate, sed à singulis.*

4 *Domus publicæ non debent conuerti in vsibus priuatorum.*

5 *In domibus publicis debent habitare correctores, & non in domibus priuatorum: & si non sunt domus publicæ, de publico debent conduci, vt in eis habitent.*

6 *Iudex cum primum ad vrbem accedit, debet videre, & visitare publica horrea, seu domos bladorum, vt si indigent reparatione, reparetur.*

a DEconcejo.[a] Quod dicitur public⁹ locus † in quo debent conuocari iustitia, & rectores ciuitatum ad cõcilium faciendum, & ad gerenda negotia vniuersitatis. vt glossa. in. l. sicut. ff. quod cuius vniuer. nomi. & probatur in. l. prima. eius titul. & est tex. in. l. obseruare. C. de decurio. libro. 10. in verbo curiã. & ibi Ioan. de Plat. 1. col. & Luc. de Pen. vbi exponit. i. ad prætorium, vel palatium publicũ. vt in. l. 3. C. de operi. publicis. & in. l. decurio. eius titul. dicit, q̃ est locus, vbi conueniunt, & morantur decuriones, vel dicitur curia conuentus decurionum & talia consilia vniuersitatũ fieri debẽt in curijs vel palatijs. vt per Pla. in. d. l. obseruare. ¶ Ad hoc faciendum debet ciuitas esse adunata

2 † secundum cõsuetudinem, vel tuba, vel cornu, campana, vel edicto, vel nũtio. Et de hoc in actu vel syndicatu est opus vt fiat mentio, aliter non valeret actus. vt est casus in. l. actuarios. C. de numerarijs actuari. lib. 11. & glo. in. l. ita tamen. ff. ad trebellian. in princ. & tenet Ang. in. §. q̃ si tuto. Institu. de curato. nu. 8. ¶ In tãtum, q̃ si isti rectores

3 † ciuitatũ essent in platea, & aliquid facerent, nõ diceretur ille actus factus ab vniuersitate, sed à singulis: quia ad hoc vt actus dicatur gestus ab vniuersitate, oportet, q̃ more solito congregentur. vt in. d. gl. dict. l. sicut. & ad hoc est notabilis secũdũ Abb. in. c. cũ omnes. de cõstitu. 7. colum. nu. 7. quasi in fine, & ibi per eũ, & per eius additiona. quãdo dicatur actus gestus in cõmuni, &

4 ab vniuersitate. ¶ Et istæ domus † publicæ non debent conuerti in vsibus priuatorum. vt in. l. 3. C. de operib. public. ¶ In quibus domibus publicis debẽt habitare † isti correctores, & officiales, & non in domibus priuatorum. vt tenet Paris de Put. in tracta. syndi. in parte, expensæ

5 *Prætorum. Cap. XVIII.*

TRosi se in forme, si ay casa de concejo,[a] y carquidam. fol. 110. nu. 5. & in. l. 1. C. de palati. & domi. domesti. libr. 11. & ibi glo. & Ioan. de Plat. vbi non licet habitare in domibus, vel palatijs principis nisi sint iudices, & officiales publici, quib⁹ non licet habitare in domibus priuatorũ, nec cũ eis conuersationem habere: quia nimia familiaritas parit contemptũ, vt in. l. obseruãdum. ff. de offic. præsi. sed debent habitare in dictis publicis domibus, vt eorũ reparationi prouidere cõpellãtur: & si non sunt domus publicæ, de publico debẽt cõduci, vt in eis habitent. vt Plate. vbi suprà. De quo vide quæ posui in. cap. 8. suprà. eod. in glos. *por sus dineros.* ¶ Et cum primum iudex ac

6 cedit ad vrbem, primò debet videre, & visitare † horrea, seu domos bladorũ, si quẽ patiũtur defectũ tecturæ, vt illas faciat reparare, ne pluuijs frumẽta de vastẽtur: aliàs si in hoc & ipse, & sui officiales fuerint negligẽtes, ad eius præsidis damnum redũdabit. text. & ibi Plat. in. l. cũ ad quãlibet. C. de. cõdi. in public. horre. libro. 10. & text. in. l. siue in aliquam. ff. de offi. proconsu. quia est maxima incuria. i. negligentia cuiuslibet administratoris sarta tecta non reparare, id est, domos denudatas nõ cooperire, & permittere, q̃ res pluuijs deuastentur. secũdũ Plat. in. d. l. cũ ad quãlibet. Quinimo secũdũ Lucã. de Pẽ. ibi, debẽt facere, q̃ in istis domibus publicis aliqui habitẽt: qa domus inhabitata deterioratur, & facilis est ædificiorum ruina, incolarum subtracta custodia, & facit iste text. ibi, *seinforme.*

SVMMARIVM.

1 *Carcerans inuentus ad pœnam vel ad custodiam.*

2 *Carcer est duplex.*

3 *In criminali tenet sententia ipso iure, licet iudex ponat maiorem pœnam, quam debuerit, nec dicitur error expressus in sententia.*

Liber

4 *Liber homo, an potest damnari ad carcerem.*

5 *De iure ciuili an potest poni pœna perpetui carceris.*

6 *Carceratio an debet esse in loco publico, & si potestas iussit aliquem custodiri, cuius expensis custodiri debet.*

7 *Si iudex, vel custos carceris bene non custodiuit captum, & fugit, tenetur soluere pro eo illud pro quo erat captus, sed non alia debita. vt infrà numer. 8.*

8 *Potestas tenetur, si captũ aufugit, licet captus sit traditus custodibus carceris, vi. hic.*

9 *Si potestas deputauit hominem fidelem pro carceris custodia, & approbatum in illo officio, qui postea aufugit cum carceratis, non tenetur, cum non sit quid sibi potuit imputari. Et idem in tutore, qui posuit alium loco sui.*

10 *Commentariensis, qui alicui commisit carceres, qui tempore custodiæ diligens, & sufficiẽs reputabatur, si postea mutauit mores, non tenetur talis commentariensis.*

11 *Si potestas iussit aliquem custodiri, & custos eum non carcerauit, quia erat nobilis, & honestissima persona, sed fide eius commisit, qui fugam arripuit, talis custos non tenetur.*

12 *Tutor, vel curator, qui deposuit pecuniã minoris apud campsorem, ad cuius fidem communiter recurrebatur, non tenetur pro dictis pecunijs per fugam, & cessationum dicti campsoris.*

13 *Custos carceris an teneatur eadem pœna, si captus aufugit.*

14 *Custos eo ipso præsumitur in culpa, & negligentia, quando reperitur captus male custoditus. Ideo custodi incumbit onus probãdi, quod sine culpa, & negligentia aufugit.*

15 *Custos quomodo debet probare diligentiam custodiæ, vt non teneatur, si captus aufugiat.*

16 *Custodi parcitur, quando carceratus rumpit murum in loco absconso, vel sub terra, nisi permisit in carcere ferrum immiti.*

17 *Si carceratus mortuus est in carcere, potestas tenetur, nisi probet, quod non dolo, nec culpa mortuus sit.*

18 *Carcerarius potest torqueri eo ipso, quòd carceratus aufugit.*

19 *Exhibendo potestas custodem carceris, an liberetur.*

20 *Custos carceris quando non est in dolo, punitur pro modo culpæ arbitrio iudicis.*

21 *Custos, qui non custodiuit captum, qui veniebat absoluendus, vel qui per gratiam debebat relaxari, non tenetur.*

22 *Captus iniustè, & fugiens, non tenetur.*

23 *Carcerarius non potest liberare carceratum absq; suo periculo, sine licentia iudicis.*

24 *Si non reperitur quis fecit carcerari vel recõmendari captum anteaquam relaxetur, banni menta debent fieri.*

25 *Licet quis sit in debitè carceratus, nõ debet relaxari sine licentia iudicis.*

26 *Carcerarius excusatur, si in carcerem permisit lucem ingredi, & fenestram cancellatam aperuit, ne capti macerarentur.*

27 *Carcerarius non est in culpa, nec in dolo, quando consanguinei carcerati intra lignum perforatum, vel intra panelos, aut intra vnam tabulam ferrum imposuerunt, cum quo carceratus catenas limauit.*

28 *Carcerarius excusatur, si ipse de nocte dormiret in domo carceris, vel si de die carcerati insurrexerunt contra ipsum, & eum ligauerũt, seu vulnerauerunt.*

29 *Si carcerarius ex consuetudine habet camarã, vel mansionem in palatio separatam à carcere: Vel si de nocte dimissis carceratis bene clausis, & ipsi ruptis catenis, & ianuis euaserũt, talis carcerarius non tenetur.*

30 *Carcerarius, qui de nocte solitus est accedere ad domum suam ad dormiendum, hoc faciens, non censetur in culpa. Et etiam si dormiebat in carcere, & somno grauatus carcerati fugerunt non tenetur, dummodo ante dormitationem diligentiam fecerit. Et idem si muri, & portæ carceris. Et tectum erat fragiles,*

vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel carcer ſtabat in aliqua domuncula linea, vel ſtabulo, ex quibus quis poterat facilius euadere.

31 *Cuſtos excuſatur, ſi non cuſtodiuit ita bene ſenem ſicut iuuenem, ſeu eum, qui traditus eſt ligatus. Et excuſatur, ſi violentia ſibi fiat.*

32 *Carcerarius an excuſetur, ſi filius, vel vxor carcerati induat ſe veſti mulieris, & in carcerem intrauerit & induit veſtes carcerato, qui exiuit carceris in forma mulieris.*

33 *Quid ſi carceratus euaſit à carceremiraculoſe.*

34 *Si officialis, qui non habet carcerem recommẽdauit in carcerem poteſtatis aliquem delinquẽtem, qui indecum alijs fugit, an teneatur carcerarius, an cuſtos carceris teneatur, ſi poteſtas poſuit alium cuſtodem.*

35 *Eximens captum à carcere, vel à manibus familiæ, qua pœna puniatur.*

36 *Fugiens à carcere, an habeatur pro factore, & condemnato.*

37 *Captus fugiens cum omnibus captis, vel cum maiore parte, cuſtode ignorante, præſumitur delicti reus, ſecus ſi aliàs fugiat.*

38 *Captus pro inquiſitione criminis ſpecialis habetur pro factore fugiens à carcere. Secus ſi eſt captus pro generali inquiſitione.*

39 *Fugiens à carcere cum effractione, vel cõſpiratione, habetur pro confeſſo. Secus ſi aufugiat ſine fractione, quia pro confeſſo nõ habetur ſed pro motu iudicis punitur.*

40 *Fugiendo à carcere publico aperto, non habetur pro confeſſo. Idem ſi per muros carceris fugiat, ſine vlla fractione. Et idem ſi fractis compedibus, exit per hoſtium, quod inuenit apertum. Vel ſi aufugit de palatio, poteſtatis.*

41 *Carceratus iniuſtè, licet fugiat, non punitur.*

42 *Carceratus iniuſtè, vt euadat, ſi aliter euadere non poteſt, licet ſibi occidere cuſtodes carceris illicitè ipſum cuſtodientes, & non tenetur de homicidio, nec de fracto carcere. Imò talis captus iniuſtè ſi non fugit, ſi poteſt, capite punitur.*

43 *Iniuſtè carcerato licitum eſt iuramẽtum rumpere.*

44 *Fugiens à carcere animo redeundi, nõ dicitur fractor carceris.*

45 *Mulier fugiens à carcere cauſa euitandæ libidinis, non punitur, quia licitum eſt ſibi fugere, & cuſtos carceris punitur ſi cognouit mulierem captam.*

46 *Quid ſi exiuit cauſa implendi votum.*

47 *Mulier efugiente de carcere mulierum, & eunte ad carcerem virorum, an dicatur frangere carcerem.*

48 *Fugiens à carcere propter nimiam ſæuitiam iudicis, vel propter eius minas atroces, an habeatur pro fractore.*

49 *Bannitus excuſatur, ſi non comparet, nec mittit procuratorem, ſi timet vim ſibi inferri.*

50 *Fugiens à carcere, & illicò vadens ad ſuperiorem, & coram eo ſe præſentans, non dicitur fugere à carcere.*

51 *Contra fugientem ab carcere ad hoc, vt habeatur pro fractore, nõ requiritur aliqua citatio, ſed ſolùm habita informatione de fractione, & de fuga, condemnatur.*

52 *Iudex fugiens à ſyndicatu, & faciens fugere delinquentem, vel debitorem, an teneatur.*

Carcel.

b 1 [b] Ad pœnã, omniũ †noxiorũ. vt gloſ. in l. nemo carcerẽ. C. de exactori. tribu. lib. 10. ¶ Sed cõtrarium videtur, quia eſt ad cuſtodiẽdũ, & non ad puniẽdũ. l. aut dãnũ. §. ſolent. ff. de pœnis. & in. l. credibile. C. eod. tit. Et text. in c. quãuis ad reorũ de pœni. in 6. gloſ. in l. 1. C. de cuſto. reo. text. l. 4. tit. 31. part. 7. & melius. l. 11. & Ioan. de Anna. in. ca. à nobis. 1. col. de apoſta. & ideo punitur cuſtos carceris, qui priſionariũ ponit in loco, vbi de die nõ põt aliquid videre, vel audire, putà in vaſa fouea, nam ex hoc aliquando euenit, quòd dictus priſionarius ibidẽ moritur, put notabiliter Ioan. de Anna. in. d. c. à nobis & in. c. de cætero. in fine de homici. & in. c. qui ad falſariorũ. in princi. de crimi. fal. vbi etiã dicit idẽ Anna. q epiſcop⁹, qui dãnato ad perpetuos carceres dat locũ nimis arctum, vel cibos minuit, ex qua quidem minutione nũ nuit illius vitã, non euitat irregularitatẽ. ¶ Pro ſolutione dic ſecundũ gloſſ. in. d. l. nemo carcere ponẽdo, q carcer eſt omnium pœna dignorũ, id eſt, qui

eſt, qui ſunt digni illa pœna, non q carcer detur ad pœnã. Et quoq; dicitur carcerà coercendo, ideo ponere in carcerẽ, eſt de mero imperio, & coercio propriè cuſtodiam carceris delignatur, ſecũdũ Lucã de Pen. ibi col. 2. per text. in cap. de liguribus. 3. q. 5.

¶ Quoq; intelligit, quòd eſt ad cuſtodiã de iure ciuili. Secus de iure canonico, quia ſecundũ ius canonicũ aliquando eſt ad pœnã vt in. d. c. quãuis. & ſecundũ Domi. ibi aliquã do inducitur pœnitentia, vt quis ſtet recluſus in certo loco. c. nouimus. de verbo. ſignificati. ¶ Et ratio quare ius canonicum carcerem perpetuum permittit, & ius ciuile non eſt, quia Deus non vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat. Ezechi. 18. & c. hic qui. 3. q. 4. & c. cahis à quibus. 23. q. 8. & in authent. vt non luxuri. contra nat. in princip. colla. 6. ſed iura ciuilia loco huius carceris imponunt pœnã mortis, vt notat gloſ. 2. in. d. c. quãuis, & ibi per Domini. ¶ Et

2 ſic ſecũdũ †Plat. in. d. l. nemo carcerem. in princ. carcer eſt duplex. ſ. carcer pœnæ, ſecũdus eſt cuſtodiæ, & tertius eſt pœnitentiæ. Et ſic põt dici, quòd aliud eſt carceratum tenere, & aliud ſub cuſtodia detinere. vt eſt gloſſa. & ibi Bartolus. in. l. final. C. de curioſis. libro. 12. & Plat. in. l. prima. eius titul. nume. 2. ¶ Et ſic quãdo aliquis cuſtodi tur ad eius dãnũ, ſeu vituperiũ, tunc ſi ille, qui fa cit eum cuſtodire, habet vnde ſoluat, ipſe debet ſoluere expenſas tali cuſtodi, & ſportulas tamen poſtea recuperauit, à cuſtodito in taxatione expenſarũ. vt tenet Plat. in. l. fi. C. de eroga. milita. libro. 12. ¶ Sed tu dic, q licet de iure ciuili carcer inuentus ſit ad cuſtodiam principaliter, non ad pœnam, tamẽ etiam ad pœnam poſtea redactus eſt vt. gloſſ. in capitul. cum epiſcopus. de offi. ordina. quod eſt, quando non expectat aliam pœnam poſtea imponendam à lege, vel ab homine pro illo delicto. vt in. l. diuus. ff. de iniuri. & in. l. prima. in fine. ff. de aleato. iu. & in. l. fina. §. final. ff. de his qui in fraud. credi & in. l. ſenatus. ff. de iniuri. & ibi Ange. ſi autem poſitus in carcere expectat aliam pœnam imponendam pro eodẽ delicto, tũc carceratio eſt ad cuſtodiam. vt in. l. 1. C. de cuſto. reo. & ibi Salyce. prout tenet Ioann. de Plat. in. d. l. nemo carcerem. nu. 6. vbi in. nu. 7. tenet, quòd etiam. de iure ciuili ſeruus poteſt damnari ad perpetuum carcerem. vt in. l. in credibile. & l. ſeruus. ff. de pœnis. & ſeruus damnatus ad carcerem, in dubio intelligitur perpetuum. vt in. d. l. ſeruũ. nec tamen dominus perdit ius, vel dominiũ, licet perdat, ſi ſeruus in metalũ damneturvt in. d. l. aut damnum. §. fi. ſed liber homo ad perpetuũ carcerẽ nõ debet damnari. vt in. d. l. in credibile. & in. l. mãdatis. ff. de pœni. ſi tamen dãnetur licet fieri nõ debeat, ſentẽtia tenet ipſo iure, ſed cõmutabiliter, quia poteſt principi ſupplicari de remiſſione, vel mutatione pœnæ. vt in. l. 1. §. fina. ff. de quæſtio. & l. moris. §. iſte. ff. de pœnis, & hoc tenet gl. in. l. ſiquis ex hæredato. §. ſi quis. ff. de in iuſt. teſta. & gloſ. in. d. l. in credibile. Ex quibus gloſſa. colligit, q in criminali †tenet ſententia ipſo iure, in qua iudex ponit maiorem pœnã, quam debuerit, nec dicitur error expreſſus in ſententia, qui aliàs reddit ſententiam ipſo iure nullam. l. prima. §. Item cum contra ſacras. ff. quæ ſentẽtiæ ſine appella. reſcind. prout tenet Plat. vbi ſuprà. ¶ Ad tẽpus autem bene põt

4 liber homo dãnari ad carcerationem †vt in. l. 4. &. 5. titul. 12. libro. 8. in ordina. regali. & in alijs legibus illius libri. Et ſi tempus non eſt limitatũ, erit decem annorum, putà cum iudex dicit in ſententia, Condemnamus ad ſtandum in carcerem ad tempus. vt eſt caſus in. l. ſine præfinito. ff. de pœnis. & notatur in dicta. l. in credibile.

5 ¶ Sed alij dicunt ſecundùm Ioann. de Plate. vbi ſuprà. nume. 8. quòd etiam de iure †ciuili poteſt imponi pœna perpetui carceris, quando crimen non exigit pœnam vltimi ſupplicij, ſecus quando crimen exigit pœnam vltimi ſupplicij tunc non poteſt reus condemnari ad perpetuam carcerem, quia tunc non eſſe ſufficiens delinquentis pœna. cum hæc pœna ſit ad peragendam delicti pœnitentiam, & non corporis extinctiua. c. nouimus. de verbor. ſignificatio. & Plate. vbi ſuprà. ¶ Et iſta carceratio †debet eſſe in loco publi

6 co, aliàs officialis carcerans in alio loco, quam in publico, tenetur crimine priuati carceris ſicut teneretur priuatus. tenet Ioann. de Plat. in dict. l. nemo carcerem. numero. 14. quòd non credo verum cum locum carceris ſit arbitrarium, vt Pala. Ruuios in reper. rubri. de donatio. §. 9. numer. 13. vbi tenet, quod ſtante ſtatuto, quòd quis deberi poni in carcerem pro delicto, ſi nobilis venit carcerandus, ſatisfacit ſtatuto, ſi detur palatium, vel ciuitas pro carcere. vt Iaſ. in repetitio. l. admonendi. ff. de iur. iuran. column. 68. numer. 143. & vid. gloſſa. in. l. ager. C. de curioſis. libr. 12. & Corſetus in notabilibus ſuis, in parte, cuſtodia. & Angel. de malefic. in parte, qui iudex dictum. numero. 14. & eſt text. & ibi Bartol. in. l. prima. ff. de cuſtodi. reorum. ¶ Et vide Bald. in l. 3. C. de epiſcop. audien. & in authentic. ſi quis C. de adulte. vbi tenet, quòd poteſtas poteſt cõmittere carceratum detineri in quocunque loco ſuæ iuriſdictionis, donec mittat familiam pro eo. vt tenet Paris de Pute. in tracta. ſyndi. in parte. car-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te.carcer carceratus.folio.70.in fine. ¶Et quia aliud est mittere in carcerem,aliud est sub custodia retineri.vt gloss.in dict.l.vlti.C.de decuriosis libro.12.& ibi Bartol.& dicitur.sub secura.& fida custodia detineri,qui de eius manibus non aufugit,vt de pace.tenen.in vsi.feudorum.& tenet Cataldin.in tracta.syndicat.in numero.181. tomo.14.tracta.vbi quoque dicit,quòd ille dicitur sub fida custodia detineri, qui detinetur ligatus,adeo,quòd aufugiat,commentariensis excusatur.vt est gloss.in.l.prima.§.final.ff.de seru.fugi.in verbo.permittitur.de quo per Innocen.in capitul.nuper de sent.excommu.& ibi qualiter dicatur sub fida custodia detineri,vt infra, num. 15.& item dicitur carceratus ille, cui pro carcere locus est assignatus,ita quòd illum locũ exirem non potest,& ire quo vult,secundùm Cataldin. vbi suprà.*Adde,quòd si potestas iubeat aliquẽ custodiri à nuntio,seu à militibus, vel ab aliquibus de consuetudine custoditus debet soluere custodibus & non commune:tenet Peregri.in parte captio.4.quæstion.in gloss.custodiendus.& idem dicit si aliqua ciuitas miſsit aliquos milites ad alicuius seruitium pro custodia facienda:quia ad nil tenetur ciuitas, nisi ad id quod soliti erant à ciuitate recipere,sed onus vltra id ille, cui sunt deputati tenetur agnoscere:idem tenet Paris. de Put.in tracta.syndica. in parte carcerarius.nu.3. fol.75.& Thoma gramma.consil.55.numer.10.*

¶In tantum carcer est ad custodiam, quòd si iu
7 dex,vel custos carceris non bene† custodiuit captum,& aufugit,tenetur soluere pro eo.vt in.d. l.ad commentariensem.C.de custo.reorũ. & ibi doct.& tex.in.l.12.titulo.14.libr.secundo.in ordi.Regali. vbi singulariter de materia. & ibi quoque vide quid in criminalibus.& text.in.l.13.tit. 13.eodem.lib.& Montal.in gloss. ordina. in parte, custodes carceris. & Rodericus Suarez singulariter in repetitio.l.secunda.titulo. *de los emplazamientos*.for.ll.libr.secundo.col.74.versicul. probatur & eundem Montaluus.in.l.11.titul.13. for.ll.libro.quarto.in gloss.quæ incipit,*dela carcel* versiculo.Item si fugit. & Bartol. in tracta.de carceribus.¶In tantum tenetur,quòd si tales custodes carcerum, propter miſericordiam alleui ant aliquando captiuos alienos,si aufugiant, tenentur creditoribus ad interesse.vt tenet Ange. in.§.cæterum.Instit.ad.l.Aquili.vbi dicit, quòd habuit de facto Bononiæ,licet liberatio carceratorum,siue sit pro maleficio,siue non,non semper est pia.tenet Bald.in.l.quanuis.versic.sed & si ideo.ff.solut.matri.¶In tantum hoc procedit,
8 q potestas tenetur,† si captus aufugit, licet captus sit traditus custodibus carceris,q talis potestas tenetur si custodes carceris sunt positi à potestate,vel sunt de familia sua, quia malos posuit custodes.Secus autem si à republica erant deputati,vel positi,tunc non tenetur potestas,sed ipsi tantum custodes puniuntur vt in.d.l.ad commẽtariensem.& ita tenet Montal.in.l.2.tit.2.for.ll. lib.2.in gl.*porque no lo entiende*.in fine.vbi dicit,q ita intelligitur foro nouo *de Alcala*.l.1.2. tit.20. l.*si los monteros*, ordinationis regis Alfonsi Segouiæ.l.6.&.7.quæ est lex iam allegata.12. titulo. 14.libr.2.in ordina.regal.quæ incipit,*si los monteros*.& idem tenet Bal.in.l.obseruare.§.proficisci. ff.de offi.proconsu.& lega.nu.2.Et quoq; intellige q tenetur pro debito,pro quo carceratus erat,non pro alijs debitis,quę carceratus debebat, si pro illis non erat captus,vel detentus,seu recõmendatus,prout tenet Bald.in authen. ei qui iurat.C.de bonis authorit.iudi. possidentis.nu.10. & sequitur Suarez in repet.l.2.for.ll. titul. *de los emplazamientos*.in fine. ¶Tamen si potestas posuerit custodem carceris.vel eum deputauit, nõ
9 tenetur,† si de putauit hominem fidelẽ pro carceris custodia, & in illo officio approbato, qui postea aufugit cum carceratis,quia non est quid sibi potuit imputari.vt tenet Pala.Ruui.in repeti.c.per vestras.de donatio.§.7.qui incipit.7.infertur.nume.10.fol.110.per glo.in.ca.ad hæc. de officio Archidi.& ita dicit,quòd ita cõsuluit pro nobili viro Ioanne de Deça,cum iste casus accideret,dum esset corrector in ciuitate Abulensi, qui erat vxoris suæ auũculus vt videri potest in suo consilio,quod consilium ego non habeo nec est traditum impressoribus.sed sufficit authoritas dicti Pala.Ruui.¶Et in simili facit,q si tutor vnius magni patrimonij,vel alius positus in magna administratione excusatur,si in tali administratione posuit factorem communi æstimatiõe reputatũ idoneũ,vel sufficiẽtẽ,vt tenet Batto.in l.cũ ad quamlibet. C.de conditis in publicis horreis.libr.10.& ibi Ioan.de Plate.licet cõtrariũ teneat ibi Luc.de Penna.dicendo, q tutor non excusatur,quãuis aliũ loco sui ponat,quia intelligitur,quãdo nõ posuit sufficientẽ.vt Bart. & Plat. ibi.¶In cuius fauorem dico,quòd facit quod tenet Paris de Puteo.in tracta.syndicat.in parte,li
10 cet dicatur.numero.4.folio.75.vbi ait,† quòd si commentariensis commisit carceres alicui, qui tempore custodiæ diligens & sufficiens reputabatur,si postea mutauit mores non tenetur. Per quod limitatur.d.l.12.ordi.vbi tenet,quòd si custos aufugiat cum carcerato, puniatur eadẽ pœna,q non habeat locum,quãdo corrector deputauit hominem fidelẽ pro carceris custodia quoque in fauorem Pala.Ruui.allego text.in.l.fi.§. interdum.

interdũ.ff.de custo. reo. vbi si vnus ex custodibus carceris aufugiat cum carcerato,alter,qui remanet,est excusatus.& tenet Roma. in singula. 30.¶Et Angel.ibi per illũ text.in.d.§. interdum dicit.de castellano à socijs prodito, quòd excu
12 †& curatoribus, qui deposuerunt pecunias mi- satur.¶Facit quoq; quod tenet Paris de Pute.in tracta.syndica.in parte,pone q carceratus.folio. 76.vbi carceratus, qui aufugit cũ notario potestatis, qui in officijs reputabatur homo fidelis, nõ tenetur potestas,quia propter eius bonam famam potuit,& debuit potestas præsumere fore bonum,& legalẽ.arg.dicit esse in.l.nõ omnis. §. à barbaris.ff.de re milita.c. extudis.de præsumptio. & quia in dubio quilibet præsumitur bonus.l.omnino.C.de in offi.testa.& Feli.in.ca.dudum.eod.titulo.& propterea non videtur esse in culpa,quia quilibet diligens potestas hoc feciſset.per notata in.l.q nerua.ff. depositi..quia ratio quare tenetur potestas pro suo officiali est, quia non debuit vti opera malorum virorũ,quorum operis vtens,cẽsetur in culpa.vt tenet Amo de.Iusti.in tracta.syndica.in parte. Item in eo q dicti socij milites.3.col.per.d.l.fin. in princip.ff. de custodia reorum.& ideo tenetur ex quasi maleficio.vt in.dic.l.obseruare.§.proficisci.& in.§. pẽ.Institu.de oblig.ex quasi male.hic autem potestas ab omni culpa videtur excusatus, propter bona opera dicti notarij seu custodis carceris:qa, vt dixit Paris de Put.vbi suprà.allegando Bald. omnis culpa videtur cessare, quãdo aliquid fit ab eo,de quo verisimiliter erat confidẽdum. arg.l. si patronus.ff.de confirma.tuto.Licet Paulus de Castro.in.l.1.§.dolũ malũ.ff.de eo per quẽ factũ est.nu.5.dicat,q nimia credulitas licet excuset à dolo,non tamen excusat à culpa.¶Facit in simili quod tenet Ange.in.l.si à bonæ fidei. ff.de rei
11 vendi.vbi si potestas† iussit aliquem custodiri,& eum custos non carcerauit,sed fide eius cõmisit, quia erat nobilis,vel honestissima persona,& integræ opinionis,& probatæ fidei,qui fugã arripuit,q talis custos non tenetur quasi malè custodierit.qđ dicit notabil.dignũ. Quã.q.dicit,q occurrit de facto dño Guelfo de Prato.tunc potestate Bononiæ.tamen videt eum stare in magno periculo propter dictam fugam.facit arg.l.in argẽtũ.ff.cõmoda.&.l.si vt certo.&.l.custodiã, & l.in rebus.eius tit.&.l.nõ solũ.ff.de noxali.& tenet Paris de Puteo. in tracta. syndicat. in parte, an potestas.folio.71.nume.2.*Et dictum Ange. commendat Troylus Maluicius in tracta.de canonizatione sanctorum.in princ.nu.14.tomo.3. tracta.fol.80.vbi si prętor confidit de tali capto, quia propter eius bonam famam non posuit in carcerem,& is aufugit,q prætor non tenetur: & ita fuit practicatum Bononiæ,& quidam prętor fuit liberatus: & facit.gl.in.l.1.ff.de ripa munie. & Bal.in.c.2.de iudi.col.5.&gl.in summa.3.q.5.*

¶Quod dicit Ange.quoq; facere pro tutoribus,
norum apud camporem, ad cuius fidẽ cõmunimiter recurrebatur,vt non teneatur pro dictis pecunijs per fugam, & cessationem dicti camporis, & dicit q facit optimè.l.pignus.ff. de pignor. actione.& est casus notabilis secundum eum in. l.si res pupillares.ff.de administra.tuto.& tenet Ang.per text. ibi in.l.si à bonæ fidei possessore. ff.de reivendica.pro quibus facit quod notat gl. in.l.Titio fundus.in glos.magna.in verbo,accrescit.& ibi Barto.ff.de condi.& demonstra.vbi tenet, q credendum est homini fide digno. & est singula.secũdùm Ias.in.l.prima.ff.de eo per quẽ factum est.numer.17.& dicit,quòd eam allegat Alberi.& Bald.in lectura antiqua,ibi. Angel.& Roma.& Barto.in.l.non solùm.§.mortis.col.16. ff.de noui oper.nuntia.& Panor.in capitu. cùm contingat.penul.col.de rescrip.& alios,de quib⁹ per Iaso.vbi suprà. ¶Et q custos teneatur,si ca-
13 ptus aufugit,intellige,† quãdo eius dolo,vel culpa aufugit,non ratione suæ promissionis,sed ex dispositione legali,vt tenet Pau.de Castro. in.l. fideiussor.§.in fideiussorẽ.ff.qui satisdar. cogan. num.5.& idem tenet Bar.in.l.si quis.ff.de custo. reo.& hoc quia in isto casu lata culpa æquiparatur dolo,quod regulariter non est.vt in.l.3.ff.ad. l.Corne.de sicca.Bartolus.in.l.prima.ff.de legi. ¶Quia hoc operatur susceptum officium,cuius ratione ipse corrector,algazellus,seu custos carceris,videtur se ad diligentiam obligasse & se peritum profiteri.vt.ff.si mensor.falsi.mod. dixe.l. prima.§.hæc actio.& tenet Montal.in dict. glo. ordi.in parte,custos carceris. Et tenetur quoq; quando dolo, vel pretio corrupti fuerũt. vt Amodæus Iusti.in.d.tracta.syndi.in dict.versi.per carceris.&.l.milites.&.l.fi.ff. de custo. reorum. *Et vid.Greg.Lopez in.l.5.tit.24.part.2. in glo. *por su culpa*,vbi tenet,quòd culpa etiã lata quis punitur pœna mortis,licèt videatur,contrarium de iure,quia quo ad pœnam corporalem inferendam,lata culpa non æquiparatur dolo:vt in.l.in lege.ff.ad.l.Cor.de Sica.& Bart.in.l.1.ff.de legi. numero.3.& ibi Paul.de quo per Barto.in.l. 1.§. nõ autem.ff.si quis testam.liber.Ius.fuer. & per Abb.in.ca.2.de constitu.col.2. sed hoc procedit hic:& sic punit eadẽ pœna ille custos rõne assertæ peritiæ & officij: in quo casu puniendo eum lata culpa æquiparatur dolo: vt Gregor. Lopez vbi suprà. * ¶Sed si ex negligentia custodis captus aufugit in criminalibus, & sic vbi captus

pœna

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnã mortis, vel aliam corporalem merebatur, tunc custos carceris iaceat vnum annum in carcere. Sed si captus erat ex causa ciuili & sic ex pecuniario debito, si aufugit propter negligentiam custodis, soluat custos debitum, & tribus mensibus iaceat in carcere in catenis. vt cauetur in dict. l. 12. ordina. quæ incipit, *los monteros*. & hoc quia, vt dicit Montal. in dict. gloss. ordin. in dict. parte, custos carceris, negligentia custodis, vel officialis punienda est. l. militis. ff. de custo. reo. & in l. carceri. C. de anno. & tribu. libr. 10. l. iudice. Et per dictam l. regiam corrigitur dictum Amodei. Iusti. in dict. tracta. syndica. in dict. parte. versic. caueant. colum. 3. vbi dicit, quòd si negligẽtia custodis aufugit captus, custos debet puniri eadem pœna. per dict. l. ad commentariẽsem. ibi, si reus fuerit aliquo modo elapsus, ipsum custodem volumus eadem pœna teneri, quia solùm debet puniri, vt dispositum est per dict. l. regiã. ¶ Et ideo dico, quòd si quis est captus pro debito, & debitum debebat probari per confessionem debitoris, & dolo, vel culpa, & negligentia custodis est factum, quòd probari non potest talis custos tenetur ad interesse, quia debitum probari non potest propter dictam relaxationem, & est standũ dicto creditoris. vt est tex. in l. final. §. fi. ff. de eo per quem factum est. & est optimus text. in materia secundùm Ioan. de Anna. in consi. 53. versic. præterea. vbi dicit, quòd si nõ fuisset relaxatus, probasset debitum per eius confessionem, nam relaxando debitorem captum, qui fuisset cõfessus debitum, dicitur actori & creditori subtrahere probationes, & copiam delinquentis, quo casu dicitur ipse custos iudicis authoritatem deluisse. tex. in capitul. constitutus. el segundo. de testi-
4 bus. ¶ Et eo ipso præsumitur in culpa, † & negligentia, quando reperitur malè custoditũ. vt in l. diuus. ff. de offi. præsi. & l. 3. §. final. ff. de officio præse. vigil. secũdùm Montal. vbi suprà. Et ideo dicit dict. Amode. Iusti. vbi suprà, quòd est speciale, quòd ipsi custodi incumbit onus probãdi, ꝙ sine culpa, & negligentia sua aufugit, quia officium eius erat custodire diligenter, & ideo debet probare diligentiam, aliàs alleganti culpam, incumbit onus probandi. vt notat Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. final. ff. de edend. & Alexand. in addtione. ad Bar. in l. si vt certo. §. nunc videdũ. ff. locati. * Et vi. Bal. in. d. l. si quis ex argentarijs. 2. lectu. nu. 5. vbi qui allegat casum debet probare, & qui allegat culpam, agendo vel excipiendo debet probare. * ¶ Vnde dicit dictus Amodeus.
15 Iusti. vbi suprà quòd si carceratus † pro qualitate delicti, & conditione personæ detineatur in carcere cõsueto, & invinculis, & aufugiat, quòd parcitur custodi, & sic officiali, dũm tamen ipse probet causam fugę sine culpa, & negligẽtia sua, ad quod dicit, quod est tex. in dicta. l. final. ff. de custud. reo. in versicul. ego sine casu. Et per hoc in contingentia facti consuluit in ciuitate Senarum in fauorem capitanei & militis socij, cui aufugerit carceratus pro crimine assassinatus, quia tenebatur in loco consueto in compedibus, & ligatus, & nihilominus aufugit, & sic probatũ fuit per testes curiæ, & reputatus fuit diligens in custodia, & fuga venit ex casu, & non ex negligentia. Et quoq; ita fuit consultum per alios multos doctores, & iudicatum per syndicatores: quia si detinetur ligatus, dicitur sub fide custodia detineri. vt in l. prima. §. final. aliàs. l. in publio. in gl. in verbo, permittitur. ff. de seruis fugiti. vbi dicit, quòd diligenter custodit, qui ligat, & sic custos excusatur & vi. quod notat Innoc. in. c. nuper. de senten. excom. quod dicit Amodeus. esse menti tenendum. & idem tenet Paris de Puteo. in tracta. syndica. in parte, an si plures carcerati. fol. 72. nume. 6. & 7. & 8. vbi latè. & vi. vbi suprà nume. 7. & idem tenet Ang. in. l. milites. ff. de custod. reorum. dicendo, quod caueant omnes, siue sint custodes carcerum, siue magistratus, siue alij pagani nullum habẽtes officium, qui in guardiam, & custodiam recipiunt aliquem vt captiuum, quòd diligenter eum custodiant, aliàs subiacent pœnis. vt ibi. ¶ Tamen si releuari volunt ab omi culpa tàm lata quàm leui, ipsos captiuos ligent, & ligatos teneant ligamine competenti, & bono. Nam omnis custodiens captum cum ligamine, intelligitur diligenter custodire. per dictam glossa. in. d. l. in publicum. & similiter dicit Angel. ꝙ in magna culpa est ille, cui traditur homo ligatus, si eum custodit dissolutum. tex. in l. si vt certò. §. custodiam. ff. commodati. & supra dicta tenet Rodericus Suarez. in titulo. de fideiussore in causa criminali. col. 14. in fine. Et ad de ꝙ non solùm dicitur diligenter custodiri, qui detinetur in compedibus, vel catena, & est ligatum, sed etiam, si est in parietibus. vt tenet Paris de Puteo. vbi suprà. in principio per. l. succurritur. & l. eadem. ff. ex qui caus. maio. & idẽ tenet Franciscus Luca. in tract. de fisco. 2. par. nu. 35. tomo. 6. tractatuum. ¶ Et idem dicunt dicendum
16 esse, quòd pariter † custodi, quando carceratus rumpit murum in loco absconso, vel sub terra, quia tunc non teneretur, secũdùm Guido. de Suza. per. l. semper. §. hoc autem interdicto. versic. alioquin. ff. quo vi. aut clam. de quo vide in. l. penulti. ff. ad felennia. & idem tenet Pari. de Pute. in dict. tracta. vbi suprà. vbi vide quid si carcerarius permisit fert ũ immitti in carcerem, vel ignorauerit

rauerit in ea esse. vbi dicit, quòd punitur. ¶ Ideò secundùm Amode. vbi suprà. potestas aduertat diligenter, cui committit custodiam, quia nil periculosius ei accidere potest, quàm fuga delinquentis, seu debitoris, aut mors alicuius carcerati, maximè pro crimine capitali, & graui, quia
17 tenetur, † si non probat, quòd nec dolo, nec culpa sua sit mortuus. vt est glos. singula. in. l. cùm ita legatur. §. species. ff. delega. 2. & singulariter Hippolytus de Marsilijs in sua practica. crimi. §. attingam. numer. 51. & l. 12. titulo. 29. parti. 7. * Vbi gloss. & ibi Bald. in. d. §. species, tenet quòd si quis probet casum liberatur, fallit in eo qui tenet custodiam ratione officij publici, vel priuati, quòd non sufficit ei probare interitum nisi ꝓbet casum fortuitum, quia semper in eo præsumitur culpa, nisi probet oppositum, & ita est in custode carceris, & in argentario & caprario portante tibi pelles animalium, quanquàm constet de interitu, nisi probet casum mortalitatis, vel alium casum furtuitum, tenet secundum Bald. & Paul. ibi & Hippolytu. vbi suprà. & Alberic. in suo dictiona. in parte locatio versi. 3. & Iaso. in. l. si pascenda. C. de pact. num 3. & Anto. Gomez. in tomo. 3. titu. de custodia reorum, num. 11. col. 2. & vi. l. 15. titu. 8. part. 5. & ibi Mont. & Grego. Lopez. vbi quomodo probatur de casu & per Pala. Ru. in rep. c. §. 12. numer. 12. foli. 114. vbi inquit, quòd. d. l. partitæ dicit satis esse probare casum per aliquas coniecturas, vel inditia, seu propriũ iuramentum pastoris, nisi dominus contrarium probauerit, & quòd per. d. l. part. quoti die iudicamus, tamen Grego. Lopez. ibi dicit, quòd non statur iuramento pastoris solummodo, nisi quando damnum esset minimum. * ¶ Et in tantum, quòd dicit Amodeus Iusti. vbi suprà
18 quòd eo ipso, quòd carceratus aufugiat, † custos potest poni ad torturam. & dicit adhoc esse casus in. l. secunda. §. fina. ff. de officio. præfe. vigil. & notat gloss. in. l. si quis ex argentarijs. §. final.
19 ff. de edendo. ¶ Et licet potestas exhibeat † militem, vel aliam personam, & familiarem vilem, quem deputauerat ad custodiam carceris, non liberatur. vt tenet dictus Amodeus. Iusti. vbi suprà. per dict. l. ad commentariensem. regulariter autem dicit, quòd est contra. vt in. l. si cum exhibuissent. ff. de publi. ¶ Tamen custodes, & eorũ fideiussores bene possunt repræsentare, vel exhibere debitorem, vel delinquentem, & liberantur, & exhibendo non soluunt pro eis. tenet Baldu. in consilio. 40. in primo volumi. in fine. per text. in. l. cum pro quo. ff. de in ius vocand.
¶ Adde tamen, quod quando non dolo carcera-
20 rius punitur † pro modo, culpæ arbitrio iudicis, prout tenet dictus Amode. per. l. final. ff. de custo. reo quod dicit esse menti tenendum perpetuò. & idem tenet Bald. in consili. 230. in primo volumi. vbi ait, quod quando custos custodiuit eo modo quo solet custodire, excusatur à lata culpa. arg. notę in. d. l. si vt certo. §. sed an & hominis. ff. commoda. & l. si negotia. ff. de negotijs gestis. punitur tamen pœna arbitraria. per dict. l. fina. ff. de custo. reo. secundum Bald. in. d. consil. ¶ Tene quòd supradicta non habent locum
21 in capto, † qui per gratiam debet relaxari: quia si custos, vel potestas non custodiuit bene captum, qui veniebat absoluendus aut per gratiam debebat extrahi de carceribus, licet aufugiat, custos non tenetur. vt tenet Paulu. de Castr. in. l. si pecuniam. §. sed si accepit. numero. 3. ff. de condi-tio. ob cauſ. & gloſ. in verbo, carcer. & docto. ibi. & idem tenet gloss. in. l. solent. ff. de officio proconsu. l. & lega. ¶ Et Amodeus Iustinus. vbi suprà dicit, quod cautus debet esse iudex, si non est liquidatum crimen, si absoluet fugientem à causa, propter quam eum in carcerauit, vt notat Ange. in. l. sub conditione. §. final. ff. de condi. instru. aliàs est in. l. quotiens. §. de hoc iure. vbi dicit, quòd quando carceratio est nulla, licet carceratus aufugiat, non tenetur commentariensis, nec eius successor: quia sufficit carcerationem esse nullam, licet non sit declarata ante fugam: & quia (vt ipse dicit) quæstio de facto pendebat vltra non dixit. Istum dictum Angel. sequitur Hippolytus de Marsi. in sua practica criminal. §. attingam. numer. 46. & 47. & in. §. diligẽter. numer. 52. & tenet singulariter Paris. de Pute. in dict. tracta. in parte, an potestas. folio. 71. in principio. & idem tenet Angel. in dict. l. si. pecuniã. §. si seruum. in fine. vbi ait esse argumen. propo testate, & custode carceris, vt non dicantur rei culpæ, si diligentissimè non custodierunt illum, qui erat in causa absolutionis, quod dicit esse mẽti tenendum. ¶ Et facit quod tenet Alexand. in l. sed eximendi. §. Item si quis. numero. 4. ff. nec
22 quis eum qui in ius voca. est vi. exi. vbi dicit, † quòd si quis detinetur à capitaneo iniustè, & aufugit, non tenetur. quod dicit esse notan. allegãdo Bartol. ibi. ¶ Et sic, quòd carcerarius non po-
23 test carceratũ † liberare sine suo periculo de carceribus absque licentia iudicis. vt in dicta. l. nec quis. & l. milites. §. Sabino. ff. de custo. reorum, vel eius, qui carcerari facit: quia depositum est restituendum deponenti, non alteri. l. bona fides. ff. depositi. & carcerarius est loco depositarius. argu. l. primæ. in principio. & l. Lucius. ff. eodem titulo. de poss. & dicam infrà in capitul.
35. in gloss. *El mandamiento*. ¶ Et quando non re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

peritur,† qui eum carcerari, vel recommendari
24 fecit, debent fieri bannimenta, si quis habuerit
causam quare non debeat relaxari compareat,
&c. & si non reperitur aliquis, qui fecerit illum
detineri, est relaxandus. vt voluit Bartol. in l. si
quis vxori. §. fugitiuum. ff. de furtis. & Angel. in
l. fin. de exhiben. reis. & Bal. in l. si quis. §. final.
ff. de condi. institu. prout tenet dictus Paris de
Puteo in dict. suo tracta. in parte, licet dicatur.
folio. 75. in principio. quia secundum eum de iu
re prohibetur aliquem diu in carceribus mace-
rari. vt in l. prima. & l. de his. C. de custo. reo. qa
non ad pœnam, sed ad custodiam debet carcer
esse, vt dictum est in principio istius glossæ. ¶ In
tantùm est verum, quod dictum est, quòd etiã
si quis sit indebitè carceratus, non debet relaxa-
25 ri† sine licentia iudicis. tenet Anchara. in consi-
lio. 341. & Angel. in tracta. malefi. in parte, fama
publica. versiculo & aduertas in iudex. allegat
Bartol. in dict. l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff.
de furti. pro quibus facit text. in capitul. felicis.
§. cum autem. de pœnis. in. 6. & Hippolytus de
Marsi. in l. circumcidere. §. seruo. ff. ad l. Corne
li. de sicca. num. 22. & 24. ¶ Quoq; excusatur car
cerarius si permisit lucem ingredi in carcerem,
26 ,† & fenestram cancellatum aperuit, ne capti ma
cerarentur, vt lex iubet, & non potest sibi culpa
imputari, si fecit quod debuit, & si malus casus
sequatur. ſ. quòd aliquis ferrum porrexit carce-
ratis. arg. in l. vtiq;. §. culpa. ff. de rei vendi. & in
l. arboribus. §. natis. ff. de vsufruct. & l. quemad-
modum. §. si nauis. ff. ad l. Aquiliam. vbi dici-
tur, quòd culpa non potest imputari ei, qui fa-
cit quod debet, & non vltrà, etiam si casum per-
ditionis sequatur, maximè vbi non potest cura
haberi, nec damnum vel iniuriam detur. vt in l.
sed si damna. ff. locati. prout tenet Paris de Put.
in. d. tracta. in. d. parte, an si plures carcerati. fol.
72. numer. 9. & 10. ¶ Vbi quoq; tenet, quòd si cõ
27 sanguinei† carcerati intra lignum perforatum,
vel intra panelos, aut intra vnam tabulam procu
bili sternendo, vel pro igne faciendo ferrum im
posuerunt, quod carcerarius cogitare non pote-
rat cum quo carceratus catenas limauit, certè
carcerarius est sine dolo & culpa, licet soleat pu-
ideri ferculum panis & vas plenum vino, & ca
seus, & similia, quæ incidi solent, nam si hæc
subtilissima diligentia omittatur, erit in leuissi-
ma culpa, de qua criminaliter non tenetur car-
cerarius. per text. in dicta. l. milites. & per. d. Pa
rid. de Put. vbi suprà. vbi dicit, quòd licet non
puniatur criminaliter pro leui culpa, speciale
est in custode carceris. Sed de iure constitutio-
nis regni quando carcerarius tenetur de negligẽ
tia, debet stari per annum in carcere, & bona ei-
us debent publicari, cui videtur concordare in
aliquibus. d. l. regni, *si los monteros*. tamen putat
Pari. de Put. quòd teneatur quoad damnũ pro-
pter hoc resultans creditoribus, vel carcerari fa
cientibus, quia pro læuissima culpa quis tene-
tur Aquilia ad damnum. & idem tenet. d. l. re-
gia ordina. ¶ Et idem videtur excusari, si ipse de
28 nocte dormiret† in domo carceris, vel de die, &
insurrexerunt carcerati contra ipsum, & eum li
gauerunt, ita quòd clamare non potuit. argu. in.
l. prima. §. final. ff. ad selennia vel si non potuit
resistere ipsis, similiter non tenetur, & etiam ex
cusatur, si carcerati ipsum vulnerauerũt, nec cla-
mare, nec resistere potuit, quòd quotidie eue-
nit. ¶ Quinimo dicit ipse Paris de Pute. vbi su-
29 prà, quòd si ex consuetudine† curiæ carcerarij
habent cameram, vel mansionem in palatio se-
paratam, à carcere, vel de nocte dimissis carcera-
tis bene clausis accedebant ad proprias domos,
& nocte carcerati, ruptis catenis, & ianuis euase
runt, non tenentur carcerarij: quialicet de nocte
sit duplicanda custodia carceratorum, vt in l. l.
C. de custo. reo. est verum, nisi aliter curia obser
uet, quia si custodiat secundum consuetudinem
publicam non delinquit, quando publica cõsue
tudine permittitur aliquid. l. quòd sit fugitiuus.
§. apud Labeonem. ff. de ædilitio edicto. nam cu
stodia est facienda secundum morem & consue
tudinem ciuitatis, vel regionis: quia quod est
consuetum, tacitè videtur in esse, & quæ sunt in
vsu quotidiano, habentur pro expressis. l. final.
C. de fideiusso. secundùm Bald. in. l. error. C. de
testamen. & quod notatur in. l. si fundus de eui-
ctio. & idem dixit Bald. in authen. sed cùm testa
tor. C. ad. l. falci. & quia id quod secundum con
suetudinem fit, iure videtur fieri, nam id quod
est consuetum fieri, est necessarium. l. Saccula-
rij. ff. de extraordin. criminibus. & l. quòd si no-
lit. §. qui assidua. ff. de ædilitio edicto. & officia-
les debent obseruare locorum consuetudines. l.
obseruare. §. pẽnulti. ff. de offi. procon. & lega.
& in generali mandato facto carcerario veniunt
ea quæ sunt de consuetudine. vt in. d. l. quòd si
nolit. §. assidua. Bar. in. l. prima. §. si fraudator. ff.
quæ in fraud. credi. quia ea quæ sunt consueta
fieri, videntur inesse. d. l. fi. ff. de fideiuss. & Bald. in
d. l. error. & quia ea quæ sunt de consuetudine,
semper insunt, sicut ea quę sunt iuris. Andre. de
Iserni. in titul. quæ fuit prima cauſ. bene amit-
ten. in principio. & facit text. in. l. pignus. ff. de
pigno. actione. vbi dicitur, quòd non est in cul-
pa, qui fecit quod communiter est consuetum
fieri, & facit glo. in. cap. 2. de tempori. ordi. in par
te, an-

te, antiqui. vbi tenet, quòd consuetudo excusat
in delictis. & gloss. in. ca. deniq;. 4. distinctio. &
vide Lucam de Pen. in. l. vnica. C. de collatio. do
na. libr. 10. in fine vbi per dictum Inno. in. d. c. 2.
de tempori. ordi. tenet, quòd in maleficijs habet
locum consuetudo: sed dicit, quòd à pœna tem
porali excusat, ab eterna verò & culpa non. Et
de materia, & intellectu vi. Ias. in. l. singula. ff. si
cert. peta. numero. 39. in medio. * Sed Vid. l. 50.
titul. 5. par. 1. vbi in distinctè tenet, quòd consue
tudo in delictis non excusat: vi. Plat. in. l. curia-
les. C. de decurio. lib. 10. & facit quod tenet Cre-
mensis, in singul. 149. vbi consuetudo etiã in iu-
sta excusat à pœna corporali per. glo. in. c. vene
rabilis de consue. vbi ponit de pueris qui ludũt
ad lapides in tali die: vt est Papię & Mediolani,
& in Vandalia, & est in nostra Hispania in villa
de Carmona die Sancti Matthæi: quòd si in tali
bus ludis permissis, homicidium, seu damnum
sequatur, non tenet aliqua pœna, & tenet Hip-
polyt. in sua practi. §. vlterius. numer. 9. & in. §.
quoniam numero. 97. & 98. & Roma. singul. 19.
& idem Hippolyt. in. l. 1. ff. ad. l. cor. de sic. num.
96. & Grego. Lopez. in. l. 1. titul. 8. par. 7. in. glo.
30 *torizeramente*. * ¶ Et ideo si carcerarij erant† soli-
ti facere de nocte accedere ad domum propriã
ad dormiendum, hoc faciens non censebitur in
culpa: quinimo etiam si carcerarius nocte dor-
miebat in domo carceris ad custodiam carcera-
torum, & somno grauatus carcerati fugerunt,
non tenebitur dummodo ante dormitionem di
ligentiam fecerit, quia clausit, & ligauit. & non
fuit in aliqua negligentia præcedenti, per nota-
ta. in. l. si seruus seruum. §. fornicarius. ff. ad. l. A-
quili. & in. l. fluminum. §. vitium. vbi plenè per
Dy. ff. de damno infecto. ¶ Et idem si muri, &
portæ carceris, & tectum erant fragiles, & debi-
les, vel carcer stabat in aliqua domuncula, vel in
stabulo, ex quibus poterant faciliter euadere
prout tenet dictus Paris de Put. vbi suprà. num.
15. ¶ Et ibi numer. 17. tenet, quòd quoque excu-
31 satur,† si non custodiuit ita bene senem, sicut iu
uenem, seu eum, qui traditus est ligatus, & etiã
excusatur à violentia. Nam si venerunt consan
guinei, & per vim, & violentiam carceres effrege
rint (vt sæpe visum est) si resistere non potuit se
cundum Amode. Iusti. vbi suprà, per ea quæ ha
bentur in. l. sed si damno. ff. locati. & in. l. hoc ita
§. custodiam. ff. de pericul. & commo. rei vendi.
Et ideo dicit text. in. l. Item quæritur. §. exerci-
tu. ff. locat. quòd custos carceris debet esse valẽs
& potens, vt resistat violentiæ carceratorum, si
opus sit: quare pingitur homo robustus, hastam
in manu tenens: aliàs si non resistat violentiæ,
consentire videtur. argu. c. regũ. 22. q. 5. Archid.
in. cap. generali. in. 4. columna. de ele. in. 6. item
debet vigilare, & non dormire, sicut pastor su-
per oues. vt in. c. oportet. 81. distin. & iuxta illud
Psal. 121. Ecce non dormitabit, nec dormiet, qui
custodit Israel. Quare stat in introitu, seu vesti-
bulo carceris, de quo vestibulo loquitur text. in
d. l. 1. C. de custodi. reorum. vbi dicit text. quòd
in nocte debet geminari custodia, prout etiam
dicit Azo. in. d. rubri. Et debet esse discretus, in
dustrius, & fidelis. vt in Cle. 1. §. sanè. & §. porrò.
de hæreticis. Et in secreto cum personis loqui
non debet. vt in. d. §. porrò. & c. vbi periculũ. §.
nulli. cum ibi notatis de electio. libro. 6. & tenet
Cuiller. Robil. in tractat. de iusti. & iniusti. in. 3.
lib. c. 8. tomo. 17. tracta. fo. 106. num. 3. & 4. ¶ Et
32 an excusetur† carcerarius, si filius, vel vxor car
ceratiindutus, vel induta veste muliebri, intra-
uerit carceres, in quibus erat maritus, aut pater
iustè carceratus, vt daret alimenta, & induit ve
stes mulieris carcerato, qui exiuit carceres infor
ma mulieris, & decepit carcerarium, aut sit ex
cusatus, vid. Paridem de Put. vbi suprà. allegan-
do Florian. in. l. liber homo. ff. ad. l. Aquili. tamẽ
pro carcerario vt excusetur dicit quòd iudicio
suo est text. in. l. milites. ff. de custo. reorum. in
verbo, per vicium, aut desidiam. & in versicul. si
verò fortuito id ad misserint, & pro muliere qꝑ
non teneatur aliqua pœna tenet Montà. in. l. 11.
titul. 1. *de los casamientos*. for. ll. libro. 3. in gloss. ma
rido. in fine. & vide doctorem de Pala. Rubi. vbi
plura exempla ponit circa hoc in repet. rubricæ
de dona. §. 32. num. 8. & melius in. §. 50. column.
6. num. 24. folio. 30. vbi inter alia ponit illud no
tabile, & præclarum facinus infantis dominicæ
Santhæ, quæ comiten Ferdinandum Gundisal
uum virum suum in libertatem redegit, qui car
ceratus, & captus erat sub imperio regis Legio-
nensis nam cum illa carcerem intraret accepit
vestes mariti, se quæ ipsam induit, suasq; mari-
to, dedit illisq; seipsum ornauit, ac in habitu mu
liebri (ipsaq; ibi manente) à carcere exiuit, nul-
latenus custodes eum cognoscentes: quod factũ
meritò rex Legionensis laudauit, & approbauit
ita vt liberam eam dimitteret. * Et licet doctor
Anto. Gomez. in. 3. tomo. titul. de custodia reo-
rũ, dicat quòd talis vxor excusatur à pœna ordi
naria, ego teneo quòd etiam excusatur ab extra
ordinaria: & ita quòd in aliquo non debet puni
ri per suprà. dicta. * ¶ Cui non obstat illud deu-
tero. cap. 25. vbi dicit, quòd si habuerint inter se
iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari
cœperit, volensq; vxor alterius eruere virum
suum de manu fortioris, miseritq; manum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

apprehenderit verunda eius, abscindes manu, illius nec flecteris super eam vlla misericordia. per quod videtur, quòd vxor non potest iuuare maritum. Quia ibi eripuit maritum cum damno & committendo delictum abscindendo virilia, quod non licet, vt ibi, hic vero fuit cum dolo, qui dicitur bonus arg. gloss. in capit. dudum. de conuersi. coniuga. & capi. veni. eod. titulo. & Abb. & ibi additio in ca. præterea. de offi. delegat. nume. 5. & in c. in nostra. de sepultu. ¶ Et ibi
33 ponit Paris de Put. quid si carcerati miraculo † se euaserint à carcere, vt pluries visum est. Et dicit quòd carcerarius non tenetur: quia quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege ciuili. ¶ Sed
4 quid si vnus officialis non habens carceres, † recommendauit in carcerem potestatis aliquem delinquentem, qui deinde aufugit cum alijs carceratis, an carcerarius teneatur? Vi. Pari. de Put. in. d. tracta. in parte an potestas qui aliquem. folio. 71. numer. 9. vbi tenet, quòd non. per text. in argu. in. l. inuitus. C. de procura. & Cyn. & Bal. ibi. & per alia iura vt ibi per eum. sed in fine dicit distinguendum. Aut iste carcerarius pro custodia recepit aliquod pretium, aut non. Si recepit, si fuit in dolo, vel culpa, tenetur. Sed si non fuit in dolo, nec in culpa tenetur, vt ibi per eũ. ¶ Sed quid si potestas. i. corrector posuit vnum in carribus, & non confidens de custode posuit alium custodem nihilominus captus fugit an teneatur custos carceris dic quod si a principio posuit custodem, & iste captum recepit licet postea ponat alium si fugit tenetur: quia postquã recepit non videtur a custodia liberatus tenet Paulus de Castro. in. l. si vt certo. §. si de me. ff. comoda. numero. 3. & Baldu. in. l. ex diui. C. locati Bartol. in. l. prima. §. quemadmodum. ff. de liber. agnot. Angel. in. l. qui Romæ. §. calimacus. ff. de verbo obliga. ¶ Qua autem pœna puniatur † ille, qui eximit captum à carceribus, & eũ
35 liberauit, vel à manibus familiæ. ¶ Vide latissimè quæ posui. suprà, in. c. in. gl. sit fauor. *de su iurisdicion.* versi. sed prædicta procedunt numero. 13. ¶ Fugiens verò à carcere dum est carceratus
36 pro delicto, habetur pro factore † maleficij, de quo accusatur, seu pro condemnato. vt in. l. 33. titul. 19. lib. 8. in ordi. regali. & ibi Montal. in reperto. sue gloss. in verbo, in carceratus, intelligit hoc, si fugiat à publico carcere, quia tunc habetur pro condemnato, etiam si alias non deliquisset concordat tex. in. l. in eos. ff. de custo. reo. & ibi Bart. secus si fugeret à carcere priuato, quia tunc non punitur, imò taliter in carceranti de facili est resistendum. vt notatur. in. ca. significasti de homici. ¶ Quoq; d. l. ordinamenti dicit
37 Montal. q̃ habet locum, † quando captus deliberatè cum omnibus captis, vel cum maiori parte, custode ignorante, fugit, quia tunc præsumitur delicti reus. Si autem aliàs fugiat, non iudicatur vt conuictus, sed postea captus strictioribus vinculis mancipatur. vt est tex. in. l. 13. tit. 29. par tit. 7. ¶ Quoque intelligo dictam. l. quando detinetur † pro inquisitione criminis. specialis. Secus si pro generali inquisitione, quia tunc nõ ha
38 betur pro confesso: quia ficta confessio sicut vera debet cadere super certo, & ideo debet crimẽ certum probari. vt in. l. 1. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam crimi. vt tenet Bald. in expresso. in consilio. 230. in. 1. volu. in princip. quia si detinetur pro inquisitione specialis criminis secũdum
39 Bald. vbi supra. si affugit cum effractione, † vel conspiratione loquitur. d. l. in eos. & sic q̃ habetur pro confesso, & factore. Aut fugit aliter, & sic sine fractione, tunc non habetur pro confesso, punitur tamen pro motu iudicis. vt dicit notari Guillerm. de Cuneo in. l. sucurritur. ff. ex quibus caus. maior. quod sequitur Hippolyt. de Marsil. in sua practica crimina. §. attingam. nume. 45. & Felin. in. c. nullus. de præscriptioni. & Bertachi. in suo reperto, in verbo, carceratus. versic. 53. Et extende hoc, etiam si non omnino fregit carcerem, sed etiam si conspirauit frangere, vt tenet Angelu. in dicta. l. in eos. ff. de custodia reorum. dicendo, q̃ illa lex facit contra effractores carcerum, econtra conspirantes vt franganr: quia licet non dum sit perfectum flagitium, nã puniuntur velut confessi de crimine, & casus est ibi iuncta. gl. fi. Et ita debet intelligi. d. l. ordinamenti, quæ incipit, *Todo hombre.* quòd ad hoc vt habeatur pro confesso, requiritur q̃ fugiat à carcere. cum fractione. & hoc dicit ipsamet lex in quantum dicit, *que fuyere de la cadena.* & non dicit, *si fuyere de la carcel*, quod nota. & hoc reperio tenere Ioann. de Anna. in. c. à nobis. de aposta. colum. allegando Ioann. Andre. dicens, quòd si incarceratus fregit carcerem, & fugit, de iure ciuili est pœna capitalis, etiam si sit innocens. Sed si non fregit carceres, sed per incurias, & negligẽtiam custodiæ arripuit fugam, tunc mitius punitur. de quo in. l. prima. & 2. ff. de effracto. & idẽ tenet Guido. Papa. singula. 206. reassumẽdo quia pœna puniatur, qui exit de carcere. Quod aut exiuit frangendo aut non frangendo. Si nõ frangendo, punitur iudicis arbitrio. ff. de effracto. d. l. prima. circa principium versiculo. si per negligentiam. Aut exiuit frangendo carcerem, & tũc aut verè commisit delictum, propter quod captus erat & debet capite puniri licet forte nõ esset capitale, vt in. d. l. prima. in principio. & ff. de pœ-

nis. l. si quis aliquid. §. miles. & l. milites. §. eis. ff. de re milita. Si autem non commisit delictum. de quo accusabatur, habetur pro confesso, & sic intelligitur glos. fi. in. l. eos. ff. de custo. reo. vt tenent doctores in. d. l. prima. ff. de effracto. Sed in quantum dicit, si exiuit frangendo, vide eundem Guido. singula. 336. dicentẽ, quòd in carcerati frangentes carceres vltimo supplicio puniuntur. d. l. prima. ff. de effracto. Sed intelliget hoc verùm dictus Guid. Pap. si propter tale crimen, propter quod erat carceratus, debebat vltimo supplicio puniri, aliàs non, vt per doct. in. d. l. milites. §. eius fugam. ff. de re milit.
¶ Et ex hoc probatur, quòd si ille, qui est in carceratus in carcere publico, licet sua authoritate
40 non debet exire, si exit, † & aufugit inueniẽdo ostium apertum, non habetur pro confesso ac si frangeret carcerẽ, vt tenet Bald. sequẽdo Guiller. in. d. l. succurritur. in lectura, & in additione. ¶ Vbi quoq; tenet, quòd si per muros carceris fugiat sine vlla fractione, dicitur violator carceris. vt in. l. final. ff. de rerum diuisi. & idem dicit, si fractis compedibus exijt tamen per ostium, quòd inuenit apertum. & sequitur Felinu. in. d. c. nullus, de præsumpt. & Hippolyt. de Marsil. in repetitione. rubricæ. de probatio. nume. 262. & in sua practica. crimi. §. diligenter. numer. 46. ¶ Et idem dicit, quòd idẽ est, ac si aufugisset de palatio potestatis. quod sequitur Ludoui. Roma in. l. an monendi. ff. de iur. iuran. colum. 21.* Et quòd habeatur pro confesso fugiens à palatio officialis in quo detinebatur tenet expresse Thom. Gram. consil. 57. num. 4. & quod tradit Io. And. in additio ad Specul. in tit. de præsumptio. §. species. versi. violenta. num. 3. in additio. quæ incipit lex vnica quasi in medio: vbi inquit quòd etiam arrestatus in ciuitate aut in palatio pro crimine habetur pro confesso si fugit vel recedit.* ¶ Et idem est in fugiente de carcere aperto. vt Angel. in. l. verum. la segunda. ff. de furti. & in. l. prima. ff. de effracto. Cataldi. tamen in suo tracta. syndica. quæstio. 193. tenet contrariũ, dicendo, quod de carcere publico etiam si ostiũ reperiatur apertum, non debet quis exire. Secus de priuato. vt Bal. in. d. l. succurritur. Sed dic, q̃ non est contra: quia licet non debeat exire, tamen si exit, non habetur pro confesso, sed punitur alia pœna arbitraria, vt supra dictum est per Bald. in. d. suo consilio, quia secundum eum ibi in principio. Et facit quod tenet Bal. in. c. sicut. de cohabita. cleri. & mulie. num. 8. vbi ait, quòd si aliquis est carceratus pro debito. & soluit, si inuenit ostium carceris apertum, potest propria authoritate exire de carceribus, licet melius faciat authoritate iudicis. ¶ Regulariter si quis fugit à carcere, talis fuga reddit eum suspectum, sed non conuictum. vt in authent. de exhiben. rei. §. si vero. colla. 5. & notatur per Cy. in. l. vnica. C. de rapt. virg. & dicit Aut. Fran. in addi. ad Abb. in. c. fi. de fo. compe. in additione, quæ est in. 9. col. nu. 19. in parte. fuga. in fine. q̃ fugiens à carcere quem inuenit apertum, non facit iudicium contra se. vt Bald. in. l. 1. C. de elici. actio.
*Et vi. Petrũ Santander in suo tracta. de segura tio. & sponsionibus in. 3. parte nu. 70. vbi singulariter dicit, q̃ si vir nobilis bonæ cõditiõis & famæ detentus in carceribus si aufugit non est verisimile ex fuga delictum cõmisisse, & inquit quod facit quod tenet Ange. in. l. bonæ fidei. ff. de rei vendi. * ¶ Item. d. l. regia. & similes nõ ha
41 bent locum, quãdo quis est † iniustè in carcera tus: quia si quis iniustè detinetur à capitaneo, licet fugiat, non tenetur aliqua pœna. l. tenet Alexand. in sed eximendi. §. item si quis. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi. eximat. nu. 4. & tenet Tiraquel. in tract. de vtro. retra. in præfatione. nu. 68. in fi. cum seq. vbi singul. per gl. in Clemẽ. pastoralis. in verbo per violentia. & ibi doct. de re iudi. Bart. in. l. relegatur. in prin. ff. de pœnis. & in. l. vix eius. C. de probationi. ¶ In tantũ aliqua
42 pœna non tenetur, quia si iniustè, & illicitè captus aliter euadere non potest, licet † sibi occidere custodes carceris illicitè ipsum custodientem, vt euadat, nõ tenetur de homicidio, nec de fracto carcere. tenet singu. Par. de Put. in. d. tracta. syndica. in parte, si iudex processit. fol. 68. nu. 4. allegat ad hoc tex. in. l. nihil. ff. de capt. & postlimi. reuerf. & in. l. capitalium. §. ad bestias. ff. de pœnis. g. in. c. ius gẽtiũ. 1. distin. & gl. in. l. 1. ff. de his qui ante senten. mort. sibi consciuerũt vbi dicitur, quòd licet quomodo liber redimere suum sanguinem. & tenet singul. Luc. de Pe. in. l. prohibitum. C. de iure fisci. libr. 10. col. 2. in fine. vbi plus dicit, q̃ imò capite punitur, qui captus iniustè non fugit cum posset. per. l. nõ omnes. §. qui. ff. de re milit. & tenet singu. Hippol. de Marsi. vbi suprà. nu. 42. f. in. §. attingam. allegando Parid. de Put. ad quod allegat text. in. d. l. non omnes. §. qui captus. vbi text. & glo. notabil. & ibi vide quando dicatur quis iustè vel iniustè carceratus & Hippol. vbi suprà. inter alia allegat gl. in Cle. 2. in verb. violatam. de re iudi.
43 quæ dicit, q̃ licitum † est iniustè carceratorum pere iuramentum quod facit de redeundo ad carceres. & Abb. in. c. inter alia. de immunita. eccles. in fine. & Alexan. in. l. regali. ff. de pœnis.
44 ¶ Quoq; dicta. l. regia nõ habet locum † in eunte de carcere animo redeundi, & citò rediẽs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia non videtur, nec dicitur fractor carceris. vt Bald. in l. prima. C. de seruis fugiti. 5. colum. numero. 15. & Alexand. in additio. ad Bart. in l. prima. §. expilatores. ff. de effracto. & docto. in authentic. si captiui. C. de episcopis & cleri. & idē Bald. in l. prima. 3. column. C. de ædiliti. actio. & Hippoly. de Marsi. in rubrica. ff. de fideiusso. numer. 373. * Et Peregrin. in parte captio. quæstio. 5. in gloss. fugerit loquendo in arresto. vi. Paul. Grillan. in tracta. de relaxa. carce. fol. 124. num. 13. & facit tex. in l. si quis ita legatur. ff. de condition. & demonstra. & ibi Paul. & Soci. 5. notabil. vbi ille qui recessit si in continenti reuertitur quocunq; animo recesserit cēsetur semper fuisse in loco & idem tenet gloria. in l. pōponius. §. idem pomponius col. 1. ff. famil. hercis. & inquit quòd debet expectari tantum tēpus quòd potest reuerti: quod credo esse arbitrarium, & vid. Paul. Grillan. in tracta. de hęresis & sorti leg. titul. de fuga in carcera. num. 13. & Thom. Gram. consi. 57. num. 1. * ¶ Item fallit. d. l. regia in mulie

45 re† fugiente à carcere causa euitandæ libidinis, quia tunc licitum est fugere tenet Bartolu. in. l. prima. C. de assessori. & Bald. in dict. l. prima. C. de ædili. actio. & sequitur Anto. Franciscus, in additio. ad Abb. in capitu. final. de foro compe. in additione, quæ est in dict. numer. 19. in parte, fuga. sed Bartol. hoc vbi suprà. non dicit, nec in l. consiliarijs. Sed Bald. vbi suprà sit colum. 3. numer. 11. * Imo punit custos carceris si mulierem sic captam carnaliter cognoscat: quia suspenditur vt tenet Ioann. Faber. in. §. item lex Iulia. Insti. de public. iudi. & Peregrin. in parte. captio. q. 2. in. glo. custodienda, & sequitur Guid. Papa. singul. 689. §. commentariensis. idem in decisione. 448. & etiā punitur licet sit meretrix. si est incarcerata, tenet Castell. in l. 62. Tauri. in. gl. fi. quasi in fin. & vi. late. per Parid. de Put. in tracta. syndicatus in verb. adulterium officialis. foli. 43. & vi. Paul. Grillan. in tracta. de pœnis omni far.

46 coitus foli. 92. * ¶ Vbi quoq; dicit, † quòd si custos carceris dimisit eam exire causa voti implēdi ad aliquam ecclesiam nō dicitur fugisse, quia reuertendi propositum semper retinuit. Tamē hoc, custos non debet facere, quia eius officium est tenere inclusos, nisi hoc faciat ex consuetudine, publica, quia tunc non est delictum, nec delicti qualitas, quam publica consuetudo permittit secundùm Baldum. ibi in dicta. l. prima. & per iura supradicta. ¶ Quod dicit etiam quòd facit admonachos, vtrum ex fuga fiant apostatę an non. & facit. l. bouem. §. primo. &. §. qui per suasu. ff. de ædili. actio. ¶ Et ibi Bald. in dicta. l. prima. C. de ædili actio. nume. 9. ponit de fugiē

47 te † à carcere mulierum, & eunte ad carcerem virorum, an dicatur frangere carcerem. Et dicit, quòd quando sunt duo carceres scilicet, masculorum, & fœminarum sub vna custodia & claui, dicitur exire de carcere qui sunt distinctæ: & habitationes per domos, licet sub vna claui, inducunt diuersitatem domorum. secus si essent in distinctæ solum per cellulas, & cameras, quod

48 nota. ¶ Item fallit dict. l. ordinamenti in fugiente à carcere propter nimiam † sæuitiam iudicis, vel propter eius minas atroces, quia tunc non habet præsumptionem criminis contra se vt habetur in. l. in lege cornelia. ff. ad selenia. & tenet Pari. de Put. in dict. tracta. in parte, subijcio sub tilem folio. 120. numer. 8. ¶ Ad quod facit, quod tenet Angel. in sua disputatione, incipiente, Bonomiensis à sua ciuitate bannitus. 4. quæstion.

49 vbi ait, quòd excusatur † bannitus si non comparet, nec mittit procuratorem, si timet vim inferre, nec dum sibi, sed etiam causæ. quod sequitur additionat. Abb. in capit. quæ in ecclesia. de constitu. in additione, quæ est in numero. 17. in parte, si culpa sua eget. in fine. & tenet Palatio Rubi. in repeti. rubricæ de dona. §. 78. nume. 30. vbi singulariter. & tenet Paris de Put. in dict. tracta in parte, an iudex vel officialis. folio. 124. numero. 3. quod facit pro delinquentibus absentibus. ¶ Item fallit dict. l. ordinamenti, quando fu-

50 giens à carcere illicò vadit † ad superiorem, & coram eo se præsentat, quia tunc non dicitur fugere, nec frangere, carcerem. vt tenet Paris de Put. vbi suprà. numero. 4. &. 5. & facit text. in. l. qui ad statuas. C. de his. qui ad statu. confugiunt & vi. Specula. titul. de competen. iudic. additione. §. effectus. in principio. * Et Paul. Grillan in suo tracta. de hæreti. & sortile. in titul. de fuga carcerati. nume. 20. & inquit esse text. in. l. Sed si per prætorem. §. fi. ff. ex quibus caus. maio. & quando dicatur cito, vel illico ad superiorem ire & coram eo se præsentare dic q̄ debet expectare tantum tempus quanto potuerit attenta distantia itineris & expēsis quas habet ad hoc. vt si est diues vel pauper argu. l. fere. ff. de reg. iur. & in. l. quemadmodum. ff. de aquir. posse. tenet Floriā. in. l. pōponius. §. idem pomponius. ff. familiæ. herciscun. num. 2. sed ego teneo quòd hoc relinquatur arbitrio iudicis consideratis causis supra dictis & alijs quę euenire possunt. * ¶ Vnum tamen nota in materia frangentis carcerem, quòd quando proceditur contra carcerem frangentē,

51 non requiritur aliqua † citatio contra eum, sed solùm habita informatione de fuga, & defractione, condemnatur absq; eo quòd citetur. vt tenet singulariter Monta. in. l. 4. tit. 3. for. ll. lib. 2. in

2. in glossa. quæ incipit, *si alguno fallare*. quem

52 vide. ¶ De materia autem iudicis fugientis † à syndicatu, & de faciente fugere debitorem, vel delinquentem, vide, quæ dixi suprà in cap. primo. in glossa no recibira dadiuas. versicul. vtile est scire.

SVMMARIVM.

1 *Custodia carceratorum debet esse magis duplex de nocte, quàm de die.*
2 *Modus custodiendi.*
3 *Causæ carceratorum debent celeriter terminari. Et etiam die feriata possunt agitari.*
4 *Captis debent necessaria ministrari sine vlla diminutione. Et si ipsi non habent, an ex publico, vel aliunde alimentari debeant. Iudex debet prouidere, ne quid eis deficiat.*
5 *An capti ex ciuili debito debeant alià creditoribus suis, & quanto tempore.*
6 *Captus pro debito si nō habet vnde soluat nec fideiussorem potest dare, debet cessionem bonorum facere, & creditori debet tradi cū annulo ferreo.*
7 *An maritus à creditoribus in carceratus faciendo bonorum cessionem præferatur vxor creditoribus eius pro sua dote. Et an vxori sit maritus tradendus cum dicto annulo ferreo.*
8 *Contractus factus per incarceratum, an valeat.*

c Qual conuenga. c Ad captos custodiendos, vt dictum est in gl. suprà proxima. in principio. vt sub fida custodia detineantur & custo-

1 dia, † de nocte debet esse magis duplex. i. post ortum solis vsq; ad occasum, & sic, q̄ omnes carcerati debent de nocte stare intus carcerem, nō extra. vt tex. & ibi gloss. & Bartol. Bal. & Salyc. in. l. prima. C. de custo. reo. vbi vide de modo custodie. & tex. in. l. 6. tit. 29. parti. 7. Et Ange. & Salyc. in. d. l. prima. dicunt, quòd est notādum. & ita faciant habentes ordinariè custodiam in castris, & fortalicijs, & dixi in glos. suprà proxi. numero. 30. ¶ Et vtrum ei, qui custoditur, mani-

2 cæ † ferreæ sunt imponende. Et de officio custodum circa personas custodiendas, & de eorum pœna. si asperè. tractant carceratos, vi. l. 9. titul. 14. libro. 2. in ordina regali. ¶ Et adde, quòd cau-

3 sæ † carceratorum debent celeriter terminari. vt in. d. l. 1. nec dum in principio, sed in & progressu, & cognitione. quod intelligit Salyc. ibi, quando partes sunt

uenga c, y prisio- præsentes quia tunc cognitio debet accelerari, vt in. l. final eius titul. ¶ In tantum debent celeriter tractari, quòd etiam die feriata agi potest, vt tenet Specula. in titul. de feriijs. §. 2. circa principium. versicul. post autem. & hoc quando carcerati sunt miserabiles perso-

4 næ. vt ibi. ¶ Et non solùm suæ causæ debent celeriter terminari, verum etiam sibi debent † ministrari necessaria. vt in Clemen. prima. §. sanè. in fine. de hæreticis. Et iudices singulis diebꝰ do-

minicis habere debent notitiam carceratorum & intelligere, si habent victum, & taliter prouidere, ne quid eis deficiat sub pœna librarum. 20. vt est text. in. l. iudices. C. de episcopa. audiē. & tenet Franciscus Lucano in tracta. de fisco. in. 2. parte. numer. 48. tomo. 6. tracta. folio. 10. ¶ Et custos carceris debet sine vlla diminutione pro uisionem carceratorum, quam recipi ex ordinatione communi, vel ex eleemosynis, & illud, qđ à parentibus, & amicis, vel alijs personis fideli-

bus offertur ministrare: quæ omnia, & singula iurare debet commentariensis, seu custos carceris ante officij adeptionem, prout tenet text. in d. Cleme. 1. §. porrò. diuidere tantum, & partire debet escas, & panes, quæ eis mittuntur, & diligenter visitare, ne illis transmittant limas, seu alia ferramenta ad frangendos carceres, vel vincula. prout dicit Cardi. in. d. §. porrò. quia quan-

doq; in panibus, pullis, vel alijs esceis absconditur ferramenta. prout Cardi. ibi. in. 7. nota. ¶ Item si prisionarius non habet ex publico, seu aliunde prouisionem vitæ, debet ei custos prouidere de eroga. milit. ānon. * ¶ Quod singulariter & notabiliter limitatur in criminosis. ¶ In capti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 uis verò † propter ciuile debitum, si non habuerint vnde se alant, debent ali expensis creditoris aliàs debet iudex eos relaxare. & adhoc est glos. singula. in dict. l. final. in verbo, agnoscere. de eroga. milita. anno. libr. 12. quam glo. pro singula ad hoc allegant Angel. in §. final. Institutio. de actio. in final. verbis & ibi Iason. & Bartolus. in l. sanctum. ff. de rediui. & Felin. in capitu. primo colum. 6. verficul. modo iunge, delibeli obla. & tenet Guill. Robille in tractatu de iusti. & iniusti. 3. libro. capit. 8. num. 4. &. 5. tomo. 17. tracta. & singulariter Hippolyt de Marsi. in. sua prati. cri. §. attingam. numer. 74. ¶ Sed quanto tempore debitor iste debet alimentari à creditore. Aliqui dicunt, quòd infra sex menses. per textu. in pragmati. 80. in libro pragmati. vbi ait, quod si aliquis est captus pro debito. & non soluit. infrà sex menses catenæ debet renunciare, vt ibi cauetur. sed certè ipsamet pragma. hoc nō dicit. nec probat. ¶ Et in hoc casu dic, quòd captus debet alimentari per creditorem. 9. dies & nō plus.

6 si non vult. † Et si captus habet vnde se alat vltra potest se alere: & si in isto termino nō potest soluere, nec fideiussorem dare creditori, debet, ei tradi faciendo cessionem bonorum. vt singulariter disponitur in. l. 5. & in. l. 6. titulo. 12. libro. 5. ordi. & in pragmatic. 78. &. 79. in libro pragmat. vbi ponitur ordo cessionis. & per totum titulū. 15. par. 5. &. C. qui boni cede poss. & l. 2. titulo. 8. libr. 3. for. & ibi per Monta. quæ est singula. ¶ Et tunc talis debitor debet tradi creditori, cum annulo ferreo ex quantitate, & retunditate digiti continuo, & disco operto palam super collum thoracis absq; vllo velamine sub pœna illius legis, & pragmaticæ, vbi. & in dictis legibus ponitur cessionis forma. ¶ Et licet dicta cessio bonorum fiat in ciuilibus, & nō in criminalibus, quia si quis non habet in bonis, in corpore luere debet tex. in capitulo. fine. in litibus. de dolo & cōtuma. in fine. & in. l. cum sit iniustū. C. de sepul. violat. latissimè per Iaſ. in. §. pœnales. Institu. de actio. colum. 7. cum sequentibus. numero. 43. & gl. in. §. ex maleficijs. eod. tit. per. Abb. & ibi eius additio. in. c. olim vobis de resti. spolia. nume. 2. Et melius per Iaſ. in. §. fi. Institu. de actio. nume. 13. versi. quarto. ¶ Quod iam hodie non habet locum, quia etiam in criminalibus & quando debitum descendit ex crimine habet locum dicta cessio bonorum secundum formam dictarum. ll. & pragmaticarum. vt tenet singulariter pragmatica facta per nostrum Carolum Vallisol. anno. 1538. sed eam intelligo, quando tale debitum applicatur parti, secus si pœna pecuniaria applicetur fisco, quia tunc non habet locum dicta cessio bonorum sed punitur in defectum in corpore per iura suprà allegata, quæ remanent in correcta. Et facit q tenent Ioann. And. & Abba. & Ioan. de Imol. in. c. Oduardus de solut. vbi dicūt q quando agitur pro puro interesse, cessio admittitur, siue conueniatur ex contractu, vel ex maleficio. * Et ante. d. pragmat. leges regias quæ hoc volebant, vt in. l. 13. &. 14. titulo. 2. lib. 7. foro iuzgo: vbi totum nouenum & si fur non erat soluendum detur pro seruo aduersario, & tenet Peregrina in parte furtum. q. 6. in. glo. mutilabitur quasi in fin. sed cōtra istum meum intellectum est l. 105. stili vbi quis pro calonia regis traditur regi ad seruiendum anteaquam tradatur accusatori sed credo quòd mea opinio sit vera per. d. pragmatic. ibi in suis proprijs personis ad veram executionem & vi. quæ dixi suprà. in. c. 1. in. gl. fiel. num. 31. ¶ Sed quid de debitore fiscali an talis possit bonis cedere licet quidam dicant quòd per. l. quotiens &. l. nemo. C. de exacto. tribu. libro. 10. in contrarium facit. l. 2. &. 3. c. qui bonis ceder. sed in hoc, vi. disti. Henrriq. in. c. odoard°. de solutio. num. 1. in fin. quòd autem debitor publicus non est contumax sed inquantum potest deuotus suo creditori existit in isto casu cedere potest aut est contumax & ingratus & tunc propter contumaciam capietur & inaperta & libera custodia detinebitur nec huius modi detētionem per cessionis beneficium poterit euitare vt in. d. l. quotiens. quòd est verum quando est soluendo. si autem non est soluendo admittitur cessio vt in. l. si pater tuus. c. qui bonis ceder. poss. * ¶ Et quia in materia ista cessionis bonorū accidit pluries quæstio optima, & occurrit sæpe in iudicijs, volo aliquid super eam dicere, quę talis est, An maritus, † qui incarceratus est ad instā 7 tiam alterius creditoris cui est tradendus ex dispositione dictæ pragmaticæ ad seruiendū cum dicto annulo ferreo, si vxor eius sit anterior in hypothecis expressis secundum communem intellectum. l. assiduis. C. qui potio. in pig. hab. vel inter creditores habentes tacitas, an mulieri sit tradendus primo quàm alteri ex creditoribus cum dicto annulo ferreo. Et pro parte negatiua facit tex. in. l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrimo. hoc modo inductus. Nam si maritus habet beneficium ne conueniatur vltra quam facere potest vt in. l. maritum. ff. eod. titul. & tale beneficium non potest renuntiari tacitè nec expressè vt in d. §. eleganter. illico non potest incarcerari secundum communem opi. ibi. ergo nec tradi suę mulieri pro suo debito. ¶ Itē facit text. in. §. patitur cum similibus Insti. de iniurijs, quæ iura dicunt vxores debere defendi à viris, non econtra: sed si

dicemus

dicemus q si maritus traderetur vxori, & ita per eam eximeretur ab alijs creditoribus, & sic defraudaretur vir ab vxore, q esse nō debet. ¶ Tertio pro ista parte facit, q vxor est famula viri, nō autem econtra. vt in. c. hæc sinago. 33. q. 5. facit etiam glo. & ea quæ ibi latè Saly. & Iaſo. in. l. 1. C. de in ius vocan. vbi ait glos. & prædicti, q vxori debetur reuerentia per virum non autem viro per vxorem: si igitur mulier est famula viri, & viro non debetur reuerentia per vxorem, impossibile est in casu nostro, q vir tradatur vxori, nec debet ei tradi tanquam famulus ad seruiē dum. ¶ Ad idem facit & quarto quòd si vxor decedit non electa sepultura, debet sepelliri in sepultura mariti. & secundi si secundo, nupsit. vt in. c. is qui de sepult. in. 6. non tamen econtra. prout notat Abb. in. c. de vxore. de sepult. colum. 1. quod dictum fundatur vt per eum ibi reuerentia quā debet vxor viro semper, & etiam in morte: ergo multò fortius in victu ne eum possit habere incarceratum, nec ei tradi. ¶ Quinto pro ista parte facit tex. in. l. ob æs alienum. C. de actio. & obli. & iura ibi adducta per gl. & scribæ. qui dicūt, iura non patiuntur liberos homines creditoribus seruire, & propter debitum eis tradi, & in carceratio est species seruitutis, vt ex infra dicendis apparebit. si ergo alijs non est licitum seruire, multo fortius nec mulieri. quia magnam reuerētiam debet viro, vt dictum est. ¶ Facit quoque tex. in. l. Titio centum. §. Titio. el. 2. ff. de condi. & demonstra. vbi non valet conditio per testatorem relicta, q quis teneatur stare, & habitare certo loco. quia videtur species seruitutis, si igitur maritus tradetur vxori secundum dispositionem. d. l. & pragmaticæ, regulariter debet habitare in loco, & domo mulieris, & illi operarij, illicò seruitus est. ¶ Facit &. 7. determinatio Bal. in. l. 1. ff. solut. matri. columna. 4. vbi ait, quòd vbi inopia alicuius est priuilegiata, non debet talis incarcerari, sed ita est, quod inopia mariti est huiusmodi naturæ, ne conueniatur vltra, ergo non potest incarcerari, nec incarceratus tradi vxori vt in. d. l. si maritus. ff. solut. ma. ¶ Quoque pro ista parte facit. 8. Nā licet mulier fortè possit assignari marito pro debito ciuili, & pecuniario, & possit incarcerari, quod tamen hodie non potest per. l. 3. titulo. 13. libr. 5. in ordi. reg. & in. l. 62. Tauri, tamen non propterea sequitur, quòd posito, quòd ipsa possit marito assignari, possit econtra eidem maritus incarceratus assignari. nam in multis differunt, vt in. l. in multis. ff. de statu homi. ¶ Et sic est prima differentia. s. quòd vxorem maritus accusat criminaliter de adulterio. non tamen econtra. text. in. l. prima. C. de adult. & ibi Bald. & alij. Ang. in. l. nuptura. ff. eod. & in. l. si vxor. §. si iudex. eodem. titul. quia per vxorem fit iniuria viro. non econtra, secundum Cy. & Saly. c. in. d. l. 1. non tamen vxor potest accusare maritum tenentem amasiam, nec amasiā ad criminalem punitionem. vt in. dicta. l. 1. & ibi Bald. qui dicit verum quo ad pœnam legis Iulię tunc potest accusari ex capite generali iniuriarum. quia verum est, quòd iniuriam patitur matrimonium violatum. licet gloss. in dicta. l. 1. vi deatur tenere contrarium nam per maritum nō potest violari torus, potest tamen mulier accusare virum ciuiliter, vt separetur torus & vt per dat donationem propter nuptias. l. consensu. C. de repud. Tamen de iure cano. secus est: quia vir & vxor non iudicantur ad impatia. tex. in capi. nemo si blandiatur. 32. q. 4. Ioan. de Imol. in. ca. vt clericorum. de vita & honesta. cleri. Abba. in capitul. primo in principio vt lite non contesta. tenet Hierony. Zaneti in tracta. de differen. inter ius cano. & ciuil. nume. 7. &. 8. tomo primo. tracta. folio. 7. ¶ Secunda differentia, quod vxor corrusca radijs, & dignitatibus viri: tex. in. l. mulieres. C. de dignita. lib. 12. & in. l. mulieres. C. de incolis. lib. 10. & in. l. fœminæ. ff. de senato. Hinc est, quòd vxor doctoris vel militis potest appellari domina, & doña, propter maritum, licet ipsa non descendat, ab origine. vt in. l. fœminæ. ff. de regul. iur. voluit Bart. in. l. post mortem. §. fi. ff. de bono. posse contra tabul. numer. 3. idem in l. amicissimos. §. fi. ff. de excusa. tuto. numero. 8. & in. l. donationes, numero primo. C. de dona. inter. vir. & vxo. & Deci. in dicta. l. fœminæ. nu. 8. & dixi supra in prœmio. in prima glo. ¶ Ad de tamen in hoc, quòd vxor semper retinet suā propriam paternam vel auitam dignitatem, etiā si nobili inferioris conditionis nubat. tex. & ibi Plat. in dicta. l. prima de dignit. lib. 12. est tamen vna differentia q dignitatem suam semper retinet. secus tamen est in dignitate, quam prosequitur propter virum, quam non retinet. nisi dum est nupta, vel vidua. tex. in. c. ex parte. b. de foro compet. & Platea. in dicta. l. prima, & Abba. in dicto. capitul. ex parte. & dixi in dicto prœmio. ¶ Tertia differentia est, quia dote non soluta, maritus potest percipere fructus rei pignoratæ. vt in capitulo. salubriter. de vsu. secus est in vxore, quæ propter dotem non solutam sibi post solutum matrimonium non lucratur fructus rei datæ in pignus. quia textu. in dicto. capitulo. salubriter. habet locum in marito, & non in vxore. vt notat Angel. de Aretio. in §. actionū. Institu. de actio. columna. 38. ¶ Quarta differentia est quia certum est, q vxor non po

Universidad de Deusto
Biblioteca

test promittere votum continentiæ, nec ex eo obligari sine licentia viri. Secus tamen est in viro, qui ex iuxta causa posit, vt Abb. in. c. scripturæ. de voto. licet bene posset emittere votum in subsidium terræ sanctę sine licentia viri, si est senex. vt Abb. in. capitul. ex nulla. de voto. numero. 9. ¶ Quinta differentia, quia certum est, quod clericus coniugatus habeat beneficium Canonis. si quis suadente. 17. quæstion. 4. non tamen habeat eius vxor. vt tenet Domi. in. ca. 1. §. fi. de cleri. coniuga. num. 6. & dixi supra in gl. prima proœmi. Et ideo si aliquis percutiat cleri cum coniugatum, non potest absolui, nisi per Papam, secus tñ est in vxore secundùm Domi. ibi. ¶ Alia differentia & vltima est, quia mulier etiam cum mandato non potest stare in iudicio. textus. in. l. qui absente. C. de procurato. & ibi Bart. & doct. Secus tamen est in marito. quia etiam sine mandato potest esse in iudicio pro vxore. vt in. l. maritus. C. de procura. ¶ Ex quibus differentijs, nimirum sit, quòd etiam sit nostra differentia, quia licet maritus posit fortasse recipere vxorem bonis cedentem secundum dispositionem dictarum legum regni, non tamẽ econtra vxor posit recipere virum. Et hæc sunt quæ faciunt pro ista parte negatiua, & pro ratione dubitandi. ¶ His, & alijs quibuscunq; non obstantibus sub iudicio melius sentientis contrariam sententiam opinor fore veram. Imò quòd maritus taliter incarceratus à creditoribus, & cessionem bonorum faciens secundum dispositionem dictarum legum regni, & de iure communi potest. & debet tradi vxori cum annulo ferreo, donec soluat sibi dotem, & in ista traditiõe vxor præfertur cæteris creditoribus, secundum suam prærogatiuam, & hypothecam, secũdum formam dictæ legis assiduis. C. qui poti. in pigno. habe. cũm similibus & ita practicatur, & plures in ciuitatibus huius regni iudicaui, & executioni mandaui, maximè in ciuitate Abulensi. Et pro ista opinione & practica faciunt iura & fundamenta sequentia. ¶ Primò, ꝙ debeat vxori tradi, facit: quia vbi vxor est pauperrima, maritus non habet beneficium ne cõueniatur vltra quã facere potest, ita notat egregie Bar. quem cæteri sequuntur in. l. maritum. ff. solut. matri. ad finẽ si igitur in tali casu non habet, tale priuilegium maritus, ergo tunc vxor potest conuenire in solidum. & non tenetur ei debitam reuerentiam exhibere, & sic poterit pro eius debito incarcerari, & sic cessat ratio, & dispositio in dicta. l. alia §. eleganter. suprà allega. ¶ Secundo pro ista parte facit, quia licet verum sit, ꝙ istud ius reuerentiale non potest tolli per pactum. vt in dicto. §. eleganter est verum, & procedit per pactum expressum, secus per tacitum. nam bene potest remitti. tex. in. l. nam & maritus. ff. de condi. indebi. facit tex. in. l. quanuis. ff. de in ius vocan. tenet istam sententiam Alex. in dicto. §. eleganter col. 6. ergo si maritus tacet, & consentit se mulieri assignari. potest tacite remittere ius reuerentiale sibi debitum per vxorem, & ita mulieri assignari tanquam eius incarceratus. ¶ Tertio facit, quia licet per pactum non potest fieri, ꝙ maritus insolidum exigatur per mulierem, & ita ꝙ incarceretur. vt in dicto. §. eleganter tamen bene potest hoc fieri per legem. ita est determinatio Bar. in dicto. §. eleganter & Alex. ibi. 3. col. & ita illæ leges regni ord. & pragmat. bene hoc potuerunt facere & ordinare. Et ꝙ illæ leges indistinctè hoc dicant, facit dicta. l. 5. tit. 12. lib. 5. ordina. vbi tenet primo creditori tradatur. & in dicta pragmatica clarius dicit, ꝙ talis debitor ita incarceratus tradatur illi creditori, cui prius de iure dẽbet fieri solutio, & ꝙ mulier sit inter creditores, est melior tex. de iure in. d. l. si marito. ff. solut. ma. in principio. cuius verba sunt. Si marito publico iudicio damnato pars aliqua bonorum eius publicetur, fiscus creditoribus eius satisfacere necesse habet inter quos vxor quoq; est. Et ꝙ sit priuilegiata cæteris, est text. in dicta. l. assiduis. Et ita remanet indubitatũ, ꝙ maritus prius sit tradendus vxori suæ. Pro cuius corroboratione facit. nã vt dictum est, prædictæ leges dicunt indistinctè intelligi, & locum habere argu. tex. in. l. non distinguemus. ff. de arbi. & in. l. de pretio. ff. de publi. in rem. Nam si alteri creditorum traderetur, & non vxori, sequeretur ꝙ vxor esset deterioris conditionis in dote quam sint alij creditores in suis debitis, quod non patitur, vt in dicta. l. assiduis & in. l. prima in fin. ff. de dote præleg. & esset apertè contra dispositionẽ text. in dicta. l. prima. ff. solut. matri. Nam in isto casu si vxori non traderetur, non semper dotis causa esset præcipua, & vbiq; si alteri priusquã mulieri traderetur, quod esse non debet, ne sit contra dispositionem dictæ legis. ¶ Quartò facit, Nam dictæ leges ordina. præcipiunt fieri per creditores solennitatem iuramenti, scilicet, ꝙ non malicioſè nec simulatè recipiunt debitorem. Ergo si vxor dictum iuramentum & solennitatem facit quando recepit maritum, debet ei tradi, & eius iuramento stari: quia in dependentibus à conscientia, iuramento eius statur. gloss. in. §. sed isti quidem. Institu. de actio. in gloss. magna aliàs in. capitul. si vero. el. 2. de sent. excõmu. alia in. c. significasti. de homic. & ibi docto. Hippol. in rub. de fideiusso. nume. 40. gloss. in. l. 1. §. 2. ff. de itiner. actu. pri. & ibi Bar. tex. in. c. pastoralis. de excep. Bar. in. l. interdũ. ff. de fur. & Iaso. in. l. cum quędam puella. ff. de iuri. om. iudi. & Iaso. in. §. in bonę fidei. Institu. de actio. nu. 20. per Soci. in tractat. fallentiarum. regula. 72. vbi plura. ¶ Quintô pro ista parte facit tex. in. l. vbi adhuc C. de iure doti. & in. l. si constante. in principio. ff. solut. ma. & l. 29. tit. 11. parti. 4. quæ iura dicũt ꝙ si maritus vergit ad inopiam constante matrimonio, maritus non habet illam exceptionem, non teneor vltra quã facere possum, & per consequens beneficium incarcerationis, vt voluit Il laglo. in dict. l. vbi adhuc. quam ibi tanquam verã sequuntur omnes in. l. si constante. licet ibi contrarium alia senserit & malè. Ergo si maritus isto casu potest exigi in solidum, & beneficium cessat, & non est aliquod impedimentum, quod impediat maritum vxori tanquam incarceratũ tradi. s. tradendus est. Et istud, ꝙ maritus quãdo vergit ad inopiam posit conueniri, procedit clarè de iure communi, siue vergat ad inopiam casu, siue culpa sua, secundũ illam opi. relatam per Alex. in. l. si cũm dotem. §. si marit°. ff. solut. matri. sed de iure regni stat contrarium, nam nõ habet locum quando vergit ad inopiam casu fortuito, vel sine sua culpa, vt est tex. in. l. 29. tit. 11. parti. 4. quam refert & sequitur Pala. Rub. in re pe. rub. de dona. §. 17. cũ sequentib. Et ita est vna differentia inter ius commune, & regni nam illa lex. 29. stat de directo contra cõmunem opi. & quia ista esset maxima restrictio, scilicet, ꝙ quando maritus sine culpa sua perdit dotem, & bona, & vergit ad inopiam, vxor eius nõ posit dotem suam exigere ab eo constante matrimonio. ¶ Hoc limito non procedere, nec habere locum, quando mulier concurrit in actione cum alijs creditoribus agentibus & intentantibus actiones suas contra maritum: quia tunc poterit etiam mulier agere, & dotem suam petere etiã si maritus casu & culpa sua perdidit bona, & venit ad inopiam. & ista limitatur dicta. l. 29. pro qua allego dictum & determinationem Alexã. in. d. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. ma. vbi dicit, ꝙ mulier non debet pati damnum ꝓpter infortunium mariti. pro quo etiam vltra eum facit tex. in. l. si maritus. fina. verbis. eod. tit. sed ita est, ꝙ si mulier impediretur illo casu dotem suã exigere constante matrimonio, & cæteri creditores exegissent sua credita ab viro, tũc mulier pateretur damnũ propter infortuniũ mariti, & maritus esset penit° imperniciem vxoris, quod prædicta iura nolũt. ¶ Sexto pro ista parte facit ꝙ vtilitas publica præfertur priuatæ, de quo est tex. & ibi scribentes in. l. prima. §. fi. C. de cadu. tollen. & in. l. Barbarius. Philipp°. ff. de offi. præsi. cum vulgaribus. sed cum ex parte creditorum versetur vtilitas priuata, & ex parte verò mulieris dotem suam repetens à viro versetur publica vtilitas, vt in. l. prima. ff. solut. matri. ergo debeci maritus assignari. & illa est præferenda. ¶ Septimò, pro ista parte quoq; facit tex. in. l. in suma. §. item vacuus. ff. de aqua pluui. arcẽ. ibi, hoc æquitas suggerit, etiã si iure scripto deficiamur. sic igitur licet hic iure scripto deficiam° expressè disponente, ꝙ maritus tradatur vxori, attamẽ æquitas assurgit, quæ semper seruãda est, vt in. l. placuit. C. de iudicijs. & in. l. ꝙ Ephesi. ff. ꝙ cert. loco. ¶ Octauò pro parte ista facit. Nam dos est causa pia, vt in. l. cum his. §. pẽ. ff. de condi. indebi. Bar. in. l. quæ dotis. col. 3. ff. solut. matri. & doctores communiter in. l. prima. eod. tit. Et in dubijs opinionibus illa pars tenenda est, quæ pro causa pia facit. vt in. l. sunt personę. ff. de religio. & sumpti. fune. & subtilitates & rationes strictæ iuris omittẽdæ sunt, cùm de pia causa tractatur. vt. d. l. sunt personæ. quo est tex. melior de corpore iuris. & cum in ista causa tractetur de dote & sit de pia causa, omittendæ sunt istæ solennitates reuerentiales, quæ marito debentur per. d. §. eleganter, & ita permittendũ, ꝙ posit maritus tanquam in carceratus vxori assignari: nã si contra fiat, vergeret in damnum ipsius mariti vxoris, & filiorum. & esset contra regulam tex. in. l. ꝙ fauor. C. de legi. ¶ Et quando maritus vergit ad inopiam, mulier, quæ concurrit cum alijs creditoribus non debet pati dãnum propter infortunium mariti. vt est illa celebris determinatio Alex. iam allega. in dict. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. mat. nu. 2. vbi tenet, ꝙ licet in fortuniũ debet esse cõmune vtriusq;, fallit vbi agitur de præiuditio dotis, sequendo Bar. Bald. & alios ibi. & Cy. in. d. l. vbi adhuc. in. 9. q. de iure do. & putat opi. Bart. veriorem & æquiorem esse. licet Iacob. de Are. & Benedictus de Plũbi. in dict. l. si constante teneant contrarium. quia si sua opinio esset vera, ista communio infortuni viri noceret vt dictum est viro, quia creditores exigerent maritum etiam in dote, ex quo sequeretur quòd coniuges, & liberi, propter quos dos est constituta. paterentur potius damnum, quam fauorem. ¶ Nono, facit glossa. & ibi docto. in. l. ob æs alienum. C. de actio. & obliga. vbi dicit, quòd seruire ad tempus, non est species seruitutis. notant eam & sequuntur docto. in. l. Titio centum. §. Titio centum el. 2. ff. de condi. & demonst. & gloss. Montal. in dicta. l. 2. titul. 8. foro legum lib. 3. in gloss. fin. vbi singulariter ergo licet maritus tradatur incarcerat°

Universidad de Deusto
Biblioteca

vxori ad tempus, nõ dicitur ei seruire specie alicuius seruitutis, quę sit prohibita, maximè qa nõ dicitur q̃ teneatur seruire, sed solũmodo dictæ leges dicunt, *que el deudor sea entregado al acreedor de guisa, que pueda vsar de su menester, y officio, y de lo que ganare, dele el acreedor que coma razonablemente. y lo demas recaudelo, y recibalo en cuenta de su deuda.* ergo non vt seruiat, sed vt se alat, & soluat. Ergo non possumus dicere, quòd licet maritus tradatur vxori, efficiatur seruus eius, & ita nullũ est inconueniens in eo vt ei tradatur, quemadmodum nec alicui alteri creditori. ¶ Sed aduerte, quia supra proxima consideratio procedit in debitore, qui scit officium, vel artificium, secus tamen est si nesciat, nam tunc tradetur creditori, & tenetur ei seruire. vt in dict. l. 4. in fine, & tũc est dubium, an debeat tradi vxori: & videtur q̃ non, propter inconueniens supra consideratum in ratione dubitandi. ¶ Sed dic quòd nõ obstat: quia etiam si teneatur maritus vxori seruire quãdo nescit artificium, est tamen seruicium temporis, & ad tempus, quod non est species seruitutis. vt supra dictum est, & sic non offenditur illa reuerentia maritalis sequentibus fundamentis. Primò pro ista parte facio talem considerationem. Nam certũ est, q̃ de iure regni debitor, qui facit cessionem, debet alimentari à creditore, vt dictum est per dictam l. 4. & 5. tit. & lib. 5. ordi. sed vbicunq; habet, semper potest cõueniri vsq; ad vltimum de potẽtia, nec habet exceptionem non teneor. &c. Licet maritus sit priuilegiatus: sed cũ maritus, qui exigitur per vxorem, debet habere alimenta, vt in dict. l. vbi adhuc. ergo potest vsq; ad vltimum conueniri, nec debet habere aliquod priuilegium cõtra mulierem. Ista est determinatio, Bart. in l. ex diuerso. Itẽ si mulier ff. solut. ma. vbi ait, q̃ cum maritus teneatur mulierem alimentare, & ipsa ab eo habeat alimẽta, potest per ipsam insolidum conueniri, & incarcerari. ¶ Secundo facit illa regula tex. in. l. q̃ fauore. C. de legi. quia certum est, q̃ bonorum cessio, est introducta in fauorem cedentis, & sic mariti: sed si ista cessio, quæ est introducta in suũ fauorem operaretur, q̃ tradatur alijs creditoribus & non vxori, redundaret in eius odium, quod esse nõ debet. ¶ Tertiò facit authoritas Cy. & Sal. in l. cùm tibi. C. qui poti. in pig. habe. & Bald. in l. prima. col. fi. ff. solut. ma. vbi intelligitur dicta l. cum tibi procedere, & habere locũ, quãdo mulier agebat soluto matrimonio, secus quãdo mulier agebat, & concurrit cum alijs creditoribus contra maritum cõstante matrimonio, quia tũc ipsa præfertur, vt ibi. ¶ Quartò adduco considerationem sequentem. Nam quando maritus bonorum cessionem facit, altero de tribus modis sequentibus mulier eum tenetur alere. ¶ Primò. si tradatur vxori incarceratus. nam ille, qui habet alium in carcerem, tenetur eidẽ præstare alimenta, vt dicta glossa in dicta l. fi. & ibi Pla. C. de erogatio. anno. milit. lib. 12. & facit text. & ibi doct. in l. sed si hereditas. §. primo. ff. ad exhiben. tex. & ibi Monta. in dicta l. secunda tit. 8. lib. 3. foro legum. & sic tenetur vxor habens eum incarceratum vigore incarcerationis alimentare. ¶ Secũdo mulier virum tenetur alimentare, quia mulier diues maritum inopem tenetur præstare ei alimenta. vt Bart. in l. si cùm dotem. §. si autem in fine. ff. soluto matri. & etiam in tracta. alimento. licet contrarium tenuerit gl. in. l. si stipulata. §. 1. ff. de dona. inter vir. & vxo. quæ tamẽ est falsa, & reprobatur per Alex. in dicto. §. si autem in fine. & ita fit. ¶ Tertius casus quotiens mulier petit dotem à viro vergente ad inopiam matrimonio constante, tenetur eum alimentare. vt in dict. l. vbi adhuc. per tex. & doct. & gl. sed cum ista vxor in supra dictis casibus teneatur alere virum, vt supra probatum est & ille qui alimentatur ex legis dispositione ibi debet operari. vt glo. in l. sicut. ff. de operi. liberto. ergo cùm vir sit alendus ab vxore, potius debet ei tradi vt illi operetur. Et sic intelligitur quæ fuit ratio decidendi ad dictam l. quartam, quæ bene disponit, quòd vbi operatur, ibi alimenta recipiat. Ergo non est inconueniens, nec contra bonos mores, quòd maritus tradatur vxori plusquam cæteris creditoribus, vt ibi operetur: & ab ea alimẽtetur. ¶ Quintò facit pro parte ista tex. in lege maritus minor. ff. soluto matrimonio. in fine. ibi, nec mulier in perniciem mariti punita, sed ita est, quòd maritus & vxor in ciuilibus (vt est huiusmodi) non debent ad imparia iudicari, imò ad paria, vt probat bene tex. in. cap. primo: vt lite non contesta. & glos. in. c. plerunq; de dona. inter virũ & vxorẽ. & Abb. in. c. tuę. de procura. Ergo eodem modo, & econuerso, non debet maritus puniri, & conueniri in perniciem vxoris, & detrimentum, quòd fieret, si alij tradatur, & non vxori. ¶ Sexto pro ista parte facit quoq; tex. in. l. pẽ. in fine. ff. soluto matrimonio. ¶ Septimò facit dicta l. 5. lib. quinto. tit. 11. ordi. vbi dicit text. quòd quotienscunque aliquis cessionẽ facit bonorum, debet præconizari publicè, vt perueniat ad notitiam omnium creditorum, & tunc tradẽdus est primo, etiam si ad petitionem alterius esset incarceratus: sed ita est in quęst. nostra, quia mulier est prima creditrix, igitur &c. ¶ Præterea facit etiam dicta lex pragmaticarum ibi, *& sea entregado al acreedor que primero deuiere*

uiere ser pagado. Pondera verba illius legis dum dicit, *o que primero segun derecho.* &c. sed mulier est huiusmodi inter habentes tacitas hypothecas indistinctè, & inter habentes expressas, ita demum si sit prior in tempore, vt suprà in prima. q. dixi. ergo ei debet tradi, & non alteri creditori. Pro qua etiam opinione pragmaticæ, dũ prohibet circa simulationem, quę posset per creditorem committi, prouidendo expresse, q̃ creditor taliter teneatur debitori annulum ferreũ ad collum publicè portare, & illæ leges non fecerunt prouisionem circa vxorem. cum ergo casus sit omissus, remanet sub dispositione legis cõmunis, q̃ si mulier sit prior tẽpore, debet tradi tanquam creditori, cui prius debet solui de iure. & istam opinionem & partem tenet prout supra dixi, quia ita practicatur. Aduerte tũ, q̃ mulier tenetur obseruare solẽnitatem illius pragmaticę, & illi⁹ annuli ferrei, aliàs si nõ obseruaret, caderet à iure, & à debito suo, & alteri creditori tradetur maritus. Et tenendo hanc partẽ. Restat respondere ad. 4. vel. 5. adducta pro cõtraria parte. ¶ Et primò respõdeo ad tex. in. d. l. alia. §. eleganter, vbi dicit tex. q̃ nõ valet pactũ inter maritum & vxorem, vt maritus possit cõueniri, & ita quod nõ habeat exceptionem: quia in terminis nostrę quæstionis non habet beneficium, ne cõueniatur vltra quam facere potest, quinq; fũdamẽtis ostendo. ¶ Primò, qa vbi vxor est pauperrima, non habet maritus tale priuilegium. vt per Bar. in. d. l. maritũ. ff. solut. matri. ¶ Secũdo, quia quando vxor concurrit cum alijs creditoribus non debet ipsa vxor esse particeps infortunij illius. vt per Alex. in. d. l. si cũ dotẽ. §. si maritus. ff. eo. ¶ Tertiò, qa maritus in casu nostrę quęstionis debet habere alimenta: & vbi maritus habet alimenta, cessat hoc beneficium. vt per Bar. & Pau. de Cast. in. l. ex diuerso. §. item si mulier. ff. solut. matri. & cessat beneficium exceptionis authoritate legis regni, quia per legem bene potest facere, & statuto, licet per pactum non vt in dicto. §. eleganter. ¶ Quartò, finaliter hoc ostenditur, vt dictum est. Nam quãdo mulier agit cõstante matrimonio, & repetit à viro vergenti ad inopiam dotem suam, vir non habet hoc beneficium. vt in dicta gl. dictæ. l. vbi adhuc, quam ibi sequuntur doctores, & Alex. & omnes in dicta l. si constante. quinta col. ff. soluto matrimonio. Ex quibus patet fundamentum nostræ. q. q̃ maritus non habet priuilegium. ¶ Secundum contrarium fuit, quia cùm vxor sit famula viri, ex quo non potest habere maritum in potestate & seruitio, hoc non obstat. Quia illud est verùm, quando maritus haberet illud priuilegium exceptionis ne incarceretur vltra quam facere potest, sed in quæstione nostra non habet tale priuilegium, vt supra fuit adductum: ergo cessat illa regula, & oppositio. ¶ Secunda responsio, q̃ maritus tacitè non opponendo, potest renuntiare illi iuri reuerentiali: vt in lege nam & marit⁹. ff. de conditio. in debit. & in. l. quamuis de in ius vocandi. prout notat Alex. in dict. §. eleganter. nec est mirũ si istud possit operare tacita renuntiatio inducta ex negligẽtia nõ opponẽdi, & nõ possit illud opari expressa. Nã regula est, qđ populus opatur tacita renũtiatio inducta ex trãsfusi tẽporis ex negligentia non petentis, vel non opponentis, quàm operetur expressa renuntiatio hominis. vt est tex. & ibi scriben. in. l. prima. C. qui admitti. tex. in lege si quis mihi bona. §. iuflu. ff. de adquiren. hæredi. & est glos. vbi per Baldũ. & doct. in. l. tertia. C. de iur. & facti ignor. facit tex. in. l. si quis suus. ff. de iure delibera. & facit illa vulgata regula, q̃ potest quis renũtiare his, qui pro se principaliter sunt introducta. de quo in. l. si quis in conscribendo. C. de pactis, & in. l. 2. §. quia verentur. C. de iure iur. propter cã lũ. dan. & in. c. si diligẽti. de foro cõpe. & facit regula nullus de reg. iur. Quæ omnia iura faciunt ad hoc propositũ, q̃ quanuis maritus nõ opponat prędictam exceptionem & illam omittat tacitè nõ dicitur quicquam facere in fraudem creditorum, quibus nec marito est quæsitum ius in re in prædicta exceptione, sed ius ad rem, & ita potest facilius renuntiare maritus: & cùm maritus non opponat exceptionem prędictam, de iure isto reuerẽtiali nõ curatur. ¶ Tertiò respondeo, q̃ non offenditur prædicta reuerentia maritalis in tradendo maritum vxori, vt ei operetur. Nam cùm ab ea debeat alimentari, ibi debet operari. vt glo. in dict. l. sicut. ff. de operi. liberto. iuxta considerata. ¶ Quartò respõsum do, q̃ licet sit verum, q̃ vxor debet reuerentiam marito habere locum, q̃ tenetur eam præstare marito in domo sua in obsequijs, secũdum qualitatem personæ, per hoc tamen non negatur, quin debeat maritus in alijs operari vxori, cùm per hoc nõ subtrahatur vxor ab eius reuerentia & subiectione, maximè cùm maritus non tradatur ei vt seruus, sed ad operandum sibi, & vxori: ad quod etiam lege diuina tenebatur pro alimentatione sui, & vxoris, & filiorum, iuxta illud, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. &c. ¶ Ad tertium contrarium de tex. in. l. ob æs alienum. C. de actio. & obliga. potest respondere, q̃ ille text. non obstat. Nam seruire ad tempus, prout in nostra quęstione maritus traditur vxori ad seruiẽdum, non est seruitus: vt per glos. ibi. & sic cessat contrarium: quia

quia ille tex. dum dicit, seruire, intelligitur, id est, seruitium fieri, quod in casu nostro non fit, ¶Ad quartum contrarium de determinatione Bal. in dicta. l. prima. ff. solut. matri. respõdeo q illa non obstat, imò potius fundat istam partem quia dicit ipse, q vbi inopia est priuilegiata maritus habet exceptionẽ, & operatur quòd non incarceretur, sed est semper tutus exceptionis ope, sed in quæstione nostra non est priuilegiata, quia non habet exceptionem ex quinq; euidentissimis cõsideratis. Et licet ipse dicat, quòd tutus est exceptione, sed cùm eam non opponat, potest cõueniri, & sic sua determinatio non obstat. ¶Ad quintum contrarium, in quo pro ratione dubitandi multas differentias consyderaui inter maritum & vxorem, inter quas dixi, q vxor possit assignari marito, non tamen maritus vxori, imò crederem, q nunquã vxor possit marito assignari, cùm sit mulier, maximè nupta, nunquã potest incarcerari pro debito ciuili, vt in. l. 62. de Toro, etiam in honestè viueret. secundùm Bal. in. l. consentaneum. C. quo. & quan. iud. & docto. in dicta. l. Tauri. & sicut non incarceratur pro debito pecuniario, ita non potest facere cessionem bonorum, quæ non videtur fieri sine incarceratione, sed posito q possit incarcerari, & cessionẽ facere, quòd non credo, non tamẽ procedit ista differẽtia inter maritum & vxorem. Nam licet in alijs per me allegatis differant, illud habet locũ in casibus expressis à iure, aliàs nisi casus sit expressus, nunquam debes dicere, q differunt masculinum & fœmininũ, nec maritus & vxor. vt tenet Philip. Decius in dicta. l. fœminæ. ff. de regul. iur. cum ergo iste casus in iure non sit expressus, non debemus dictam differentiam inducere. argu tex. in. l. maximum vitiũ. C. de liber. præt. & sic cessant omnia contraria. ¶Et de materia carceris, & carceratorum. vi. dictum Hippol. in dicta sua pract. crimi. §. attingam. per totum. & per Parid. de Put. in dicto tract. synd. in parte captura. folio. 65. cum pluribus folijs. Et ibi per Hippolyt. an si contractus factus per incarceratum valeat. & in. l. qui carcerem. ff. quod metus causa. & Bar. & Ang. ibi. & in. l. quia latronibus. ff. de testamen. ¶Et vi. Bal. in consilio. 115. in primo volu. vbi tenet, q si aliquis est in priuato carcere licet contrahat, & obliget se cum iuramento, non obligatur, nec est periurus si non adimplet. quod nota, & vide.

nes[d]: y si no las ouiere, de orden como se haga.[e]

SVMMARIVM.

1 *Vincula quis inuenit.*
2 *Catenas & cippos ciuitates, & villæ debent habere.*

d 1 **Prisiones.** [d] Quæ prius superbus Tarquinus inuenit † vincula ista & compedes, vt quædam Chronicæ dicunt. ¶Vel potest dici, q etiam ante fuerunt tempore Ioseph in Aegypto. vt tenet Lucas de Pen. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. prima col. ¶Et ista vincula, † catenas, & ferrea, & 2 cippos debent habere ciuitates, & villæ ad captos custodiendum, secundum exigentiam delictorum carceratorum vt tenet Paris de Put. in dicto tractat. syndica. in parte. an si plures carcerati. folio. 72. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Domus concilij, vel carceris, an sumptu publico, vel ciuitatis debet fieri.*
2 *Ad domum carceris fabricandam possunt capi domus alienæ. Et idem pro ecclesia fundãda studio, seu monasterio. nu. 4.*
3 *Princeps, seu respublica ex causa potest mihi rem meam auferre, soluto pretio. Tamẽ si cessat causa, debet res restitui domino, cui fuit ablata.*

e 1 **Se haga.** [e] S. sumptu publico, † vt tenet Par. de Put. in dicto tract. in parte, an si plures carcerati. fol. 72. num. 15. per tex. in. l. prætoria. C. de operi. publi. sed melius probat tex. in. l. quæ operibus eius. tit. vbi tenet q impẽsa, quæ fit à cõmentariense. i. à custode, à magistro carcerũ, est approbanda, secũdũ Sal. ibi sed hodie video fieri sumptu proprio ciuitatis, vel villæ, & non sumptu publico facit lex. 5. tit. 28. parti. 3. ¶Et ad istam domum concilij, vel 2 carceris fabricandã † possunt accipi per ciuitatẽ domus alienæ. vt est tex. in. l. si quãdo. la prime ra. C. eod. tit. de operi. publicis. dũmodo non accipiat domos excedentes quinquaginta libras argenti, quia tunc princeps est cõsulẽdus. vt ibi. ¶Ad qđ facit text. in. l. itẽ si verberatũ. §. 1. ff. de rei vendi. & in. l. Lucius. ff. de euictio. & vtrobique Bar. & docto. vbi habetur, † q princeps, seu respublica põt mihi rem meã auferre ex causa, dumtamen

dum tamen detmihi pretium rei sic mihi oblatæ vt est tex. singu. in. l. serui. C. quibus ex caus. serui. proponi. liber. accipi. & Bal. ibi pro singula. eum comme. & tenet formaliter Archidi. in c. per principalem. post principiũ. 8. q. 3. & Ang. de Are. in. l. fi. col. 2. ff. de appella. recipi. per tex. in. l. vẽditor. §. si cõstat. ff. coĩa prædi. vbi dicit, q isti priuato debet refici estimatio rei suæ. & Philip. Deci. in regula id quod nostrum. ff. de regul. iur. vbi de materia. gl. in. l. si locus. §. fi. ff. quẽadmo. seruit. amitta. per Bar. in procemi. ff. forum. 1. & 2. col. nu. 4. & 5. Ias. in. l. oẽs cuiusq;. C. si contra ius vel vtil. publi. nu. 2. & singularissimè per dictum. Ias. in. l. Barbarius. de offi. præto. nume. 21. cum sequent. & latissimè Felinus in. ca. quæ in ecclesiarum. de constitutio. columna. 18. cum sequẽtibus. versi. prima declaratio. vbi in. 19. col. versi. secũda declaratio. tenet vnum mihi singulare, q licet ex causa possit princeps vel ciuitas auferre rem suam alicui, tamen si illa causa cessat, debet res restitui domino cui fuit ablata, si restitui potest. Ita dicit quòd tenet Innoc. in termi nis. in. c. quia pleriq; de immunit. eccles. aliàs in foro contentioso, & conscientiæ actus principis & ciuitatis non tenet cessante illa causa, secundùm Anto. & Imol. ibi in dicto. c. quæ in ecclesiarum. Et facit dictum Ang. in. l. si fideiussor. ff. de pigno. vbi tenet, quòd cessante causa commodi, cessat ipsum commodum. & vi. alia in simili allegata per Feli. vbi suprà. & ibi per Abba. & eius additio. sexta col. numer. 11. & Barto. de materia in. l. prima. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Paulus de Castro in dicta. l. venditor. §. si constat. & in. l. elegãter. ff. de pigno. actio. vbi de intellectu per Bartolum & Paulũ. & in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. num. 13. in lectura & Philippum Decium. consilio. 357. numero. 3. & 5. & in consilio. 520. numero quinto, & sexto. vbi tenet quòd communis opinio est, quòd ex causa imperator, vel ciuitas hoc potest facere, & auferre res priuatorum, pretio sibi soluto, licet voluit intelligere in ciuitate, quæ habet iura principis. ¶Et quoq; intelligit hoc Bartachinus de Firmio in suo aureo repertorio, in parte, imperator. ver. 23. quando est consuetudo auferendi bona priuatorum cum causa, tunc imperator, soluto pretio, ob necessitatem potest auferre. Sed si nõ est consuetudo. secus vt ibi per eum. * Et vi tex. singul. in. l. 2. titul. 1. partit. 1. versic. *e si por auentura.* & debet ei statim solui pretium: vt ibi dum ait *de le dar ante buen cambio.* & facit. gl. in. l. 1. C. coĩa seruo. manumiss. in verb. necessitatem: vbi quando quis cogitur vendere debet ei solui statim pretium & ibi Bal. & vi. quę dixi. suprà. in. c. 17. in. gl. *a razonables precios.* num. 8. in fin. & hoc credo verisimum licet Grego. Lopez. in. d. l. parti. in. glo. *buen cambio* dicat quòd intelligitur quando rex haberet illico vnde soluat: sed si non habet potest differri solutio. * ¶Et idem dic quòd quis cogitur vendere pro ecclesia fundanda. Baldus & Florian. in lege si quis sepulchrum. ff. de religiosi. & sumptu. funeris. Alexander. & Iason. in lege secunda. ff. soluto matrimonio. Et etiam pro agenda ecclesia quis compellitur vendere, & pro monasterio ædificando. vt Flori. vbi suprà. & tenet Paulus de Citadinis in tractu. de iure patro. in tertia parte. causa prima. numero. 87. & 88. & 89. ¶Quod habet etiam locum in studio, quia si scholæ doctorum legentium non sufficiunt, q cogitur vicinus vendere domũ suã pro scholis ampliandis. Guiller. in. l. decernim⁹. C. de episcopis & cleri. & tenet Ioann. de Plate. in. l. vnica. C. de studijs liber. lib. 11. in fin. Vnum tamen nota, q si clerici, vel religiosi ædificant in alieno locum, seu ædificiũ religiosum, iustè & licitè põt destrui iusso iudicis secularis prout tenet Ang. in. l. quãquã. ff. de aqua pluui. arcen.

Prætorum. Cap. XVIII. finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Arca quæ dicatur.*

8 remittat, † potest iudex cognoscere, an si ille, qui est remittendus, est culpabilis, vel ne quia in criminalibus iudex nõ tenetur sequi iniustos appetitus requirentium, sed tantum modo iustos. tenet Ang. de Peru. in. d. authen. si verò criminis. in principio. per. d. Innoc. in. c. pastoralis. de offi. c. delega. in glo. iustam. quod sequitur Ioan. de Anna. in. d. cap. primo de repato. 4. columna. versi. tertia est opinio. ¶ Licet videatur cõtrà, q̃ remittere debet sine aliqua cognitione, quia præsumptio est pro iudice requirente. vt in. c. in præsentia. de renũtiatio. tunc quia requisitus est merus executor. c. pastoralis. §. preterea de offi. delega. l. si vt proponis. C. de executio. reiiudi. ¶ Tamen dictum Ang. & Saly. est verum, quia aliqua lis cognitio requiritur, alias sine causa infamaretur. vt glos. in dicta Cle. pastoralis. in verbo. de more, in fine. Et Cardi. ibi in dicto versi. deniq; in fine. cum ea transit, tamẽ dicit, q̃ Paul. de Leaza. ibi dicit, q̃ si petitur remissio in principio processus, debet fieri aliqualis cognitio, secus si iam est condemnatus. Quod dicit Cardi. esse verum, nisi constaret, q̃ iniustè fuisset condẽnatus tunc enim non remittet, alias enim ẽdificaret ad gehennam, tanquam faciẽs cõtra conscientiam. per. c. literas. de resti. spolia. & per nota. in. c. primo de offi. ordi. & sic tenet, q̃ cognitio requiritur, etiam si sit condẽnatus. ¶ Tamẽ in condẽnato contrarium de nostro iure regio cauetur, quia ostẽsa sententia, illico reus debet capi, & remitti de alio nõ cognito. tex. est. in. l. 2. tit. 17. li. 8. in ordi. regali. ibi. *Llegando el querelloso con la sentencia a los alcaldes del lugar do estuuiere el malhechor a les requerir que lo prendan, y lo embien preso al lugar donde hizo el maleficio, embiando selo a requerir los alcaldes q̃ dieron la sentẽcia, que sean tenudos los dichos alcaldes, y officiales del lugar do acaescicre de lo prender, y prendan y embien presa, y bien recaudado a los alcaldes y juezes del lugar, donde ansi fiziere el maleficio.* Qui text. est singu. pro opinione Paul de Leaza, & sit q̃ in condẽnato per iudicẽ delicti non requiritur vt per iudicẽ, qui facere debet remissionem, cognoscatur si est bene condemnatus, vel nõ, quia statim sine aliqua cognitione est remittendus sub pœna ibi cõtenta. ¶ Et sic q̃ dictum Ang. Saly. & sequatiũ, dicẽtiũ, q̃ requiratur cognitio, procedat, quãdo petitur remissio antea quã sentẽtia sit lata cõtra delinquentẽ, quia tũc requiritur, vt tenet Abb. in. d. c. fi. de foro cõp. n. 18. & tũc secundum eũ ista summaria cognitio debet fieri in loco delicti. Et sufficit, q̃ præsumptiuè, ꝓbetur delictũ illius qui debet remitti: quod sequitur Anto. Frã. in additio. ad Abb. in. d. c. pastoralis. §. preterea in additione, quæ est in parte expressum. in fine. n. 6. allegãdo Bal. in additio. ad Specul. in tit. de cõpe. iudi. adi. in versi. malefactor, quod sequitur Alex. in additio. ad Bart. in. l. hæres absens. §. si quis tutelã. ff. de iudicijs. in additione, quæ est

in parte

in parte, quæritur. allegando Ang. ibi, vbi dicit, q̃ quando fieri debet remissio in criminalibus, seu in ciuilibus, semper requiritur causæ cognitio, & sic vtitur: quia dum remissio petitur, †
9 mittitur litera requisitoria cum informatione delicti, vt iudici loci, à quo postulatur remissio constet, an talis fuerit reus. vt Barto. in dicta. l. 1. C. vbi deni. agi oportet. ¶ Circa dictam. l. ordinamenti dubitatur de. q. quæ mihi euenit sententia, per quam quis fuit condemnatus criminaliter, non apparet, quia est perdita, † vel tabellio est mortuus & in suis prothocollis nõ apparet, an cum informatione ipsius sentẽtiæ iudex
10 debet remittere delinquẽtem? Tene q̃ sic, quia sententia potest probari per testes. tex. in. cã. ficut. de re iudi. Bart. in. l. fi. C. eod. tit. de re iudi. additio. Abb. in. ca. Albericus. de testi. in prima additione. Bald. in tit. qui testes sint necessa. ad proban. noua inuestitu. in vsi. feudo. Bart. & ibi Alex. in additio. in. l. sicut. C. de fide instrumen. ¶ Facit quoq; q̃ acta iudicij possunt probari per testes, etiã si nulla scriptura actorũ interueniat. glo. in. l. cum quis. C. de rebus credi. in verbo manifestum. Facit glo. & ibi Saly. in. l. quoniã multæ. C. de hæreti. Bar. in. l. prima. §. sufficit. ff. bono. posse. secundùm tabul. Lanfran. de Oria. in repeti. c. quoniam contra. de probatio. in principio. num. 16. allegando Bar. in. l. in frauden. §. neq; ff. de iure fisci. ¶ Idem tenet Bal. in. l. 2. C. vt li
11 te penden. dicens, q̃ sententię † appellatione acta contineri, & est veritas secundum Lanfran. vbi suprà. Vi. tu quoq; Alexan. in. l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff. de pactis. nu. 5. vbi tenet, q̃ sententia est de actis fori & Bar. in. l. acta. ff. de re iudi. vbi est casus. illicò potest probari per testes sicut acta iudicij, & ita fuit decisum. ¶ Et ad hoc
12 vt remissio † fiat, multa requiruntur. vt ponit Guido papa decisione. 202. & ibi eius additiona. & ea breuiter reassumendo. Dico q̃ primùm quòd requiritur, est q̃ constet crimen, de quo agitur, fuisse commissum. ¶ Secundò, q̃ crimen constet fuisse commissum in territorio iudicis requirentis. ¶ Tertiò, q̃ delatus non sit vagabũdus. ¶ Quartò, q̃ delatus non sit accusatus de hęresi. Sed in hoc dic vt dictum est supra in. c. 20. in gl. Vsurpan. nu. 20. ¶ Quintò, q̃ non cõmisserit crimen penes iudicem, quem detinetur, quia antea quam remittatur, debet fieri de tali crimine punitio. per. d. l. si cui. §. fi. ¶ Sextò, q̃ iudex requiratur, vt dictum est. Quos casus dicit Guido papa esse notabiles, quia quotidie occurrunt. ¶ Et additio, eius addit sextum, scilicet, q̃ delictũ nõ sit minimum. vt Domi. de sancto Gemi. in dict. c. Romana. §. contrahẽtes. in fin. ¶ Octauũ, q̃ remissio petatur inter subditos eiusdem imperio. ¶ Nono, q̃ remissio petatur fieri à minori tribunali ad maius, quia non fit de maiori tribunali ad minus, vt dixi tenere Oldral. consilio iam allegato. 124. ¶ Tamẽ ista regula fallit primo, in ra-
13 ptore † virginis, vel honestæ mulieris, quia talis malefactor per quemcunq; iudicem capiatur, etiam si non sit iudex suus, nec in suo territorio delinquit, sed alibi, non tenetur remittere eum, sed ipsum punire sine fori præscriptione, nec de necessitate remittitur ad locũ delicti. Est doctrina Paul. de Cast. in. l. raptores. C. de epis copis & clericis. per tex. ibi. nu. 7. ¶ Secũdò fallit, in ter-
14 ris, quæ sunt † sub vno præside actu, vel dñio. vt tenet Bald. in. d. l. hæres absens. §. si quis tutelã. ff. de iudicijs. versi. in ea. in fine. ¶ Aliqui volunt
15 q̃ sit alia fallentia in vagabundo, † sed certè nõ est: quia in eo habet locũ remissio. vt tenet latè Abb. in. d. c. fi. de foro cõpet. 9. col. nu. 21. & Mõtal. in. d. l. 1. tit. 1. lib. 2. foro. ll. in. gl. Alli respõda. ¶ Cy. tamen in. d. l. 1. C. vbi de cri. agi. opor. dicit, quia de multis nescitur vbi habeant domicilium, ideò vbicunq; reperiuntur, possunt conueniri, nisi caueant de respondendo in loco domicilij, cùm quasi sit impossibile aliquem sine domicilio esse. ff. ad municipal. l. eius. §. celsus. ad finem. quod dicit videri Petro esse rationabile. Et q̃ vagabundus non remittatur, tenet Guido papa in decisione. 202. vbi quoque dicit, q̃ vagabundus est, qui certum non habet domicilium. secundùm gloss. in. l. prima. §. prætor. ff. de damno infecto. ibi, habitationem non habet. & ibi Bar. & vi. Abb. latè in. d. c. fi. de foro competenti. col. 6. nu. 13. & 14. & ibi additionato. ¶ Sed dic, q̃ licet vagabundus possit conueniri. vbi inuenitur, nõ tamẽ per hoc sequitur, q̃ nõ habeat locum remissio, si petatur, quia debet remitti, vt dictum est tenere Abb. & Mõt. vbi suprà. ¶ Sed
16 quæstio est, an in contractibus habeat † locũ rescissa per tex. in. c. Romana. §. contrahẽtes. de foro cõpet. in. 6. vbi tenet, q̃ in cõtractibus nõ habet locum remissio, sed debet ibi cõueniri, si ibi inuenitur, licet olim fuerũt opiniones. quod q̃bat. d. §. contrahẽtes. & ibi Domi. latè in fin. vbi dicit, q̃ non obstat ratio gl. quia parificantur ciuilia, & criminalia, quia est verum quo ad forũ fortiendum, non quo ad remissionem, seu tractationem in iudicio. vt ibi. & probatur in. l. 2. ff. de iniust vocan. & istam niet opinionem, q̃ in cõtractibus non sit locus remissioni tenet Bar. in. l. hęres absens. §. si quis tutelam. ff. de iudi. & ibi Angel. & Paul. nu. 8. & idem tenet Bart. in. l. prima. ff. si quis in ius vocand. non ierit. 3. col. & sequi-

turibi Alex.nu.6.& Ias.n.9.Bal.in.l. cum archimedoram.C.vt in posse.lega. & est communis opinio de iure communi.& sequitur Abb. in dicto.c.fi.de foro cõpet.nu.37.¶Sed de iure regni aliter videtur,imò q in contractibus habeat locum remissio.vt in.l.prima.tit.17.lib.8.in ordinatio.regali.vbi habetur, q debitores contrahẽtes,qui in fraudem contractus fugiunt,& receptantur,remittuntur ad loca cõtractus. Et sic q de iure regni est notandum,q sicut in delictis, sic in contractibus fit remissio delinquentis, & contrahentis.Sed Monta.ibi in glo.ordi.in parte,delinquens,dicit,q credit sub correctione videntium,q iura cõmunia,supra allegata nõ corrigantur,qđ euitare licet.vt in.c.cùm expediat. de electio.in.6.quia dicta lex regia solùm habet
17 locum † in suo casu,cùm contrahentes in fraudẽ contractus fugiunt,& receptãtur,& pro hoc approbatur,quod in fine dict.glo.§.contrahentes. quidam dicebant,quòd si contrahens abest animo latitandi,iudex vbi reperitur,tenetur ad remissionem,alias possidentur bona,vt ibi.& hoc credit verum,quæ opinio & intellectum mihi quoque videtur,quia ex verbis legis colligitur. ¶Quoque dicta lex regia potest intelligi secundum eundem Montal.vbi supra.& Bal.in dicta l.cum archimedoram.nu.6.qui dicit ibi reperiri notatũ per antiquissimos doctores , qui multis ætatibus Accursium præcesserunt in dicta.l.prima.ff.si quis in ius voca.non ierit,scilicet,si con
18 trahens † solutionem destinauit in certo loco,& promisit se ibi personaliter repræsentare , quia tunc etiam inuitus ad locum cõtractus dicitur. Et ideo dicit Baldus,q si in instrumento debiti essent ista verba,promisit in tali loco soluere, & se ibidẽ personaliter repræsentare, semper ad eum locum debet fieri remissio, quia ipse sibi hanc necessitatem imposuit. Quod intelligit verùm Bald.si hoc actor petat remitti,sed si non petitur,vel reus non obtemperat prætori, tunc loquitur materia legis primæ.ff. de eo quod certo loco.¶Quoque intellige dictam regulam dicti.§.contrahentes,& est secunda fallentia , nisi
19 † in contractu renuntiauit foro suo.Ista est glos. singularis & non alibi in dicta lege prima.ff.si quis in ius vocand. non ierit. in glossa secunda & per ea est communis opinio secundùm Alexandr.ibi & Bartolus in dicta lege hæres absens §.si quis tutelam.& Baldus in dicta lege cum archimedoram.numero quinto,vbi ait, q si priulegio fori renuntiauit,cogitur eidem se repræsentare,quia hoc casu remittitur in ciuili,sicut in criminali,vt renuntiatio priuilegij fori aliquid operetur,quod dicit valde mente tenendum. Et licet Angel⁹ in dicta lege hæres absens.§.si quis tutelam reprobet.d.glo.& Rapha.Fulgo.& Io. de Imol.in dict.c.fi.tamen Ias.in dicta.l.prima.ff.si quis in ius voca.non ierit.nu. 9. eam defendit,licet primò adducat quatuor rationes cõtra eam dicendo:quia quando forensis contrahit in certo loco,& renuntiauit priuilegio fori , certè illa renuntiatio nil aliud penitus potest operari, nisi remissionem,ergo nec sit frustra,ita necessariò debet intelligi.arg.in.l.si quando. in principio.ff.de lega.primo. Et per istum fundamentum tenet Bal.cum ista glo.& dicit esse vnicam in iure ciuili in.c.præterea.vlti.col.de offi.delega.versi.sed nunc quæro.& eam sequitur idem Bal.in.d.l.1.& Azo.in summa de iuri. om.iudi. & firmat Archi.in.c.primo.11.q.1.& Innoc.in.c. dilecti.&.c.postulasti.de foro compe.Et opi.g. & Bart.in dicto.§.si quis tutelam.& sequacium dicit esse communem.Marianus Soci.in dict.c. postulasti.articulo.3.principali.& istam glos.& Barto.sequitur Bal.& dicit notabile in consilio. 256.in primo volu.versi.& pactũ est appositum. Et vi.Roma.singul.279.vbi eam sequitur.& per ea gl.in.d.l.1.ff.si quis in ius voca.nõ ierit.Dicit q est cõmunis opinio,& ibi ponit alios duos casus,scilicet,qñ iurauerũt contrahentes se litigaturos in loco contractus,& ratione contumacię nimiæ.vt ibi per eum,& per eius additionatorẽ. ¶Et nota practicam Ang.in.d.l.1.quasi in principio.versi.sequitur in glo.dicentis , q illa gl.decidit,q in loco contractus quis sortitur forũ,adeo q ibi conueniri potest,licet non inueniatur ibi si renuntiauit priuilegio fori per pactum. Vnde si tunc in alieno loco moratur rescribi poterit iudici illius loci vt eum capiat,& eum captũ,trãsmittat ad iudicem loci contractus, quod est notandũ,quia sic vtitur,& idem tenet Paul. de Castro ibi nu.12.*Et si iudex contractus,vel qui tulit sententiam non vult scribere alteri iudici,vel ille cuius auxilium implorat non vult exequi, aut auxilium præbere per superiorem potest cogi,& puniri,& tenebitur parti ad interesse:tenet Peregrin.in part.executio.q.1.in.gl. *mandare*:& Bar.in.l.à diuo pio.§. sententiam.nume.§. ff.de re.iud.¶Sed cui pertinet decima,seu executionis iura,an iudici requirenti,vel iudici qui ad talem requisitionem fecit.vi.quæ dixi infrã. in.c.40.in glo.*donde se hizieren*.in fin.in additione.*¶Credo tamen,quod in hoc non sufficiat re
20 nuntiatio † generalis,sed requiritur specialis renuntiatio fori,per ea,quæ tradit Alex.in. consilio.11.in.2.parte consiliorum.per.l. de his. ff.de transa. & ibi docto.& per ea quæ tradit Ludo. Roma.consilio.472.fi.columna.vbi inter cætera dicit,

ra dicit,q causa renuntiationis generalis adiunctæ renuntiationi speciali solum ad eos casus trahitur,qui sunt specialiter expræssis similes,seu minores,nõ autem maiores,seu grauiores.vt expresse dicit firmare Guiller.de Cu.cuius opinionem omnes sequuntur in.l.sed & si quis.§. quæsitum.ff.si quis cautio.& sequitur Cyn.in.l.1.C. commoda.in additione. & Canonistæ in.c.primo de commoda.¶Sed hoc non procedit in cle
21 ricum, † quia non potest consentire in alienum iudicem expresse sine licentia sui iudicis. vt in c.significasti.de foro compe. & ideo talis renuntiatio fori non operatur effectum secundùm Abb.in dicto.c.fin.de foro compe.nu.37.¶Vbi dicit expresse,q quoq; fallit dicta regula.d.§.cõ
22 trahentes.in reddenda † ratione de administratione,vt debet remitti ad locum,vbi gesit.text. secundum in vnum intellectum.in.l.1.C.vbi de cri.agi opor.& ita tenet ibi glossa.& tex.in.l.prima.C.vbi de ratio.agi opor.*Et facit.l.22.titu.2. part.3.in fin.& ad istam rationem redendam nõ admittitur procurator,sed personaliter debet reddi.gl.in.ca. querelam.de procura.in verb.infirmiter & probat.glo.in.d.l.dum dicit,q debet remitti ad locum gestionis ad eam redendam , si ibi non inuenitur , quod est speciale in ratione reddenda,licet in contractibus non fiat remissio secundum Salyc.ibi,& probat text.in.l.16.titu. 13.par.2.vbi populus debet venire coram rege,p ratione redenda,& pro alijs,vt ibi. ¶Sed vnum tene menti,michi singula.q licèt sit verũ,quòd administrator alicuius pij loci possit conueniri pro ratione de administratione redenda,& suos hæredes coram iudice ecclesiastico:& ad eum remitti,vt in auth.de sant.episco.coll.9.§.œconomos,& ibi Angel.est verum quando talis administrator est clericus,secus si est laicus:quæritur tunc coram iudice seculari est conueniendus:tenet.l.61.tit.5.partit.1.*¶Item fallit dicta regula
23 in causa † statutus,quando existens quis in possessione seruitutis,confugit ad alium locum, & ibi vendicat se in libertate, debet enim remitti ad locum vnde confugit, vt ibi de hac quæstione cognoscatur,& sic de consimilibus secũdùm Abb.vbi suprà.de quo per Cy.in dicta.l.prima. C.vbi de cri.agi opor.¶Sed sciendum est quan
24 do fit remissio,cuius † expensis fieri debet,putà quando accusator petit malefactorem remitti ad locum delicti. Dic q fit remissio expensis petentis secundum Bal.qui ita dicit à se fuisse quę sitũ per iustitiariũ Apuliæ.in.c.nonnulli.de rescrip.col.5.prout refert & sequitur Ias.in.l. à diuo Pio.§.sententia vera.ff.de re iudi.nu.2. & vi. Montal.in dicta lege prima,tit.primo.fo.ll.lib. 2.in glos.*Alli responda*.versi. item nota.vbi idem tenet,dicendo,q si priuatus pro suo interesse petat malefactorem remitti ad iudicẽ delicti , hoc fiet expensis petentis,vt in.l.pẽ.cum sequẽti.C. de eroga.mili.anno.lib.10. Idem tenet Iacob,de Bello Vis.in sua practi. iudiciaria,in parte,de remissione fienda.nu.82. Si autem iudex officio suo hoc petat,fiat expensis publicis illius terræ, ad quam fit remissio.arg.in.l.mulier in opus salinarium.ff.de capti.Bal.in libro feudo.in titu. de pace tenenda.c.primo.§.si iudex.& idem tenet Anto.Fran.in additio.ad Abb.in dicto.c.fi. de foro compe.in additione,quæ est in num.15. in fine.& vi.legem styli.113.vbi tenet, q expensis accusatoris,& non accusati,nec villæ,vel loci debet fieri remissio,sed credo q dict.l. intelligatur.vt per Montal.vbi suprà.¶Attamen tu vide dict.l.2.tit.17.lib.8.in ordi.rega.in fin.vbi tenet q expensis delinquentis fit remissio,si habet bona,& si non habet expensis accusatoris : & isti non habentes bona,soluantur per officiales loci,vbi delinquens fuerit inuentus. Sed in quantum in fine dicit,quòd supradicti non habentes bona fiat expensis officialium,intelligerem, q fiat expensis publicis,& non expensis iudicum & hoc per dictum Bald.in.c.primo de testibus.
25 vbi dicit.quòd in causa inquisitionis † non debent testes venire suis sumptibus,sed respublica mandato iudicis dabit expensas,& debet mandari massario communis,q faciat ipsis expẽsas de publico.Et hoc intelligo quando reus,nec actor non habent bona,sed hodie quando nõ habent bona, fit remissio ex expensis applicatis sumptibus iustitiæ.*Vi.quæ dixi suprà.in isto. c.in glos.*requieran*.in fin.in additione.*¶Et tenet q si delinquens,seu fugitiuus remittitur,relaxatur fideiussoribus promittentibus quòd se præsentauit corã iudice , ad quẽ debet fieri missio vt.ff.de in ius vocãdi.vt eant,aut satisdent,in rubro & in nigro , aliàs debent sub fide remitti custodia periculo iudicis remittentis. vt in authen.vt nulli iudi.§.si quis vero comprehensorum.colla.9.iam allega.& debet remitti ligatus secundum qualitatem delicti.vt notat glossa in Cle.pastoralis.de re iudi.in verbo de more.,put tenet Ioan.de Plat.in.l.quicunq;.C.de fugitiuis colonis libro.11.*Sed cognitio an sit relaxandus sub fideiussoribus omnino iste, qui sic remittitur,vel nec:spectat ad iudicem delicti,& non ad iudicem qui remittit:tenet Grego.Lopez. in.l. 24.titul.18.partit.3.sed hoc credo in grauibus delictis vt in dicta.l.partit.secus in leuibus.*¶Sed
26 an processus, † & confessio facta coram iudice remittente valeat?Dic quòd non,quia agitatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est coram non suo iudice. vt per Saly. in. l. ea quidem. C. de accusat. ibi. 14. quæro an confessio Bar. Paul. & docto. in. l. magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudicum. de quo per Abb. in. c. atsi clerici. de iudicijs. quarta columna. numero. 14. cum sequentibus. & ibi per Sebastia. Sapi. & Anto. Fran. in additio'. ¶ Tamẽ cogitur perseuerare in cõfessione facta coram incompetẽte, etiam per tormenta. vt Baldus in lege prima. C. de cõfessis penultima columna. vt per Barba. in additione ad dictũ Abb. in dicto cap. at si clerici. in additio. quæ est in numero. 14. in parte, non compellitur. Latè Angelus in tractatu malefi. in parte, nec non ad denuntiationem. versi. quæro an confessio. nu. 22. de quo ibi latè per Augustinum de Ari. in additioni.

d Hazer

hazer[d] y si no selos entregaren nos lo notifiquen[e] con los testimonios que sobre ello se tomaren lo mas presto que pudiere.

d Perquirendo reos & mittendo suas literas requisitorias cum informatione delicti in eis inserta, requirendo, & rogando, vt sibi remittant. vt latè dictum est in glossa. Requieran. & in glo. *Que los entreguen.* versicul. adde quoque.

SVMMARIVM.

1 *Si iudex non vult remittere delinquentem, debet adiri rex, & rex ad restitutionem cogit.*
2 *An iudex domicilij cogatur remittere per iudicem delicti.*

e Notifiquen

e Nota tex. q quãdo iudex nõ vult remit
1 tere delinquentem, debet adiri † imperator, seu rex, cuius authoritate hoc fiat, & per regẽ cogitur ad remittendũ. vt tenet Bartolus in. l. si cui. §. sacrilegium. ff. de accusa. versi. sed quæro. Idẽ tenet Pau. de Cast. in. l. hæres absens. §. si quis tutelã. ff. de iudi. nu. 10. & singulariter Hippolytus de Marsi. in repetitio. l. vnicæ. C. de raptu virgi. nu. 124. Et idẽ tenet Iacob. de Bello Viso in sua practi. iudiciaria in criminalibus in parte de fuga reorũ. nu. 73. per tex. in. l. in prouincijs. C. de muner. & actu. lib. 12. & in. l. 2. de executor. & idem tenet Pla. in. l. omnes omnino. C. de agricol. & censitis lib. 11. ¶ Et punitur iudex, si nõ remisit. vt Bart. in dict. §. sacrilegiũ. eadẽ pœna vt in. l. 2. tit. 17. in fine. libr. 8. in ordinatio. regali. * Et. l. 4. eiusd. titu. & etiam est casus curierit ibi quam. l. vi. vbi tenetur ad debita. & vi. suprà. in. gl. 1. *forte leyas.* & in. c. 3. glo. iurisdiction nu. 18. & 19. vbi late. * Et facit quod tenet Bal. in. cap. bonæ memoriæ. el primero. de postula. prælat. nu. 12. vbi dicit, q omnis iudex, qui imponit alicui necessitatem adeundi principem super eo, quod ipse inferior poterat facere, & debeat, est puniẽdus, &
2 dicit q istam doctrinam ponit tex. in authe. de quæstore. §. super hoc. collatione. 8. Et ista opinio, q cogatur per imperatorem ad remittendũ est tenenda. vt per glo. in Clemen. pastoralis. §. denique. de re iudi. in verbo, de more. vbi ait, ſ q iudex delicti non potest cogere iudicem sub quo degit delinquens ad sibi remittendum, sed cogetur per superiorem illius. Idem tenet Saly. in dicta authentica si vero criminis. C. de adult. & Ioan. de Anna. in capi. primo de rapto. colũna quinta. ¶ Licet Cy. in. l. properandum. §. sint autẽ reus. C. de iudicijs. in. 7. quæſ. dicit, q cogetur per iudicẽ loci requirentis, quia iudex sententiæ superior est iudice loci. arg. in authẽ. vt nulli iudicũ. §. si quis vero cõprehensorũ. collatione. 9. vbi ait, quod iudex loci necessitẽ habet remittere reum, ergo est sibi in hoc subiectus. Hinc infert Cy. vbi suprà. q si nõ paret sibi in illis iudex loci, possit cohiberi à iudice, qui tullit sententiam, vel laturus est: quia in hoc non sunt pares. quod videtur sequi Iason. in dicto. §. sint autem. numero. 3.

Prætorũ. Cap. XXVII. finis.

a Yventas.

a Vi. simil. tex. & quæ ibi pote, *Ansi mismo viste las villas,* & in. c. 17. in glossa *Bien bastecida.* * Vi. Parid. de Put. in tracta. syndi. in part. iudicis suppremæ folio. 154. vbi de hoc. *

SVMMARIVM.

1 *Hospes cogitur hospitari viatores postquam incepit tenere hospitium, & aduocatus aduocare.*
2 *Hospes inuitans hospitium, vel si inuitauit viatorem si postea pœniteat, tenetur viatori de dolo.*
3 *Viator debet soluere pretia iusta victualium, alias possunt denegari.*
4 *Si domini victualium noluerint vẽdere viatoribus, possunt ea accipere propria authoritate in presentia duorum hominum, soluendo pretium.*
5 *Hospitatores, an possunt emere victualia, vt carius vendant viatoribus.*
6 *Pœna hospitis vendẽtis vinum, & alia victualia in fraudem statuti.*

b Acogidos

b Et cogitur hospes † hospitari omnes viatores. l. prima. in fine. ff. fur. aduers. naut. & l. 1. in principio cum gl. ff. naut. caupo. stabu. & Bar. in. l. 1. §. cura. ff. de officio præ. vrb. Quod est verũ, postquã incepit tenere hospitiũ, non autẽ antea secũdũ Bar. in. l. 1. §. maxima. ff. naut. caupo. stabula. & in. l. licitatio. in principio. ff. de publica & in authen. omnes. C. communia de succesio. & ibi Bald. q per Bart. in. l. mariti. §. 1. ff. de adulte. * Et vi. suprà. in. c. 17. in. glo. *aragonables precios.* nu. 8. *
2 ¶ Et quoq; non tenetur hospitari, si habet multos hospites in domo, adeò, q non possit omnibus sufficere, vel locus esset incapax, quia in hoc casu licet posuerit signum in caupona, non tenetur omnes hospitari. hoc probatur in. l. facti aduersi. ff. naut. caupo. stabul. * Et vi. Barba. in rep. rub. de fide instru. col. 46. versicul. facit tex. singul. vbi idem tenet, q hospes non tenetur hospitare quando est grauatus multitudine hospitantium in hospicio: quod dicit singula. allegãtem Bar. in. l. 1. §. 1. ff. furti aduersus nautas. * Et idem nota in iudice. vt Bar. in. l. munere. ff. de muneri. & honori prout tenet Soci. in fallen. in parte, lex generaliter. versi. fallit ratione impedimẽti, & hoc deficiente, tenetur hospitem recipere, qa acceptauit, & incepit hospitium tenere videtur acceptare cum suo onere. vt in. l. vnica. §. pro secundo. C. de caducis tollend. ¶ Et ideo licet quis non cogatur esse aduocatus: si sumit officiũ aduocationis tenetur aduocare, & seruare leges aduocatorum. vt in. l. qſ quis. C. de postulan. & tenet Bal. in. c. cũ accessissent. de consti. num. 21. & l. 14. ti. 19. li. 2. in ordi. rega. & in. l. si quis fisci. ff. de postula. Et beatus Archiepiscopus Floren. in. 3 parte. tit. 6. c. 1. §. 1. per text. in. l. nec quicquam ff. de offi. proconsu. & si aduocatus recusat ad implere, remouetur per petuo ab officio aduocationis. vt in. l. prouidendum. C. de postula. si cõpetens salariũ sibi cõstituatur secũdum Archiep. Floren. vbi suprà. Et ratio potest esse, quia vt dictum est, acceptauit aliquid, & videtur acceptare cum suo onere, vt per Bal. in. d. c. dũ accessissent. & Ias. in. l. cõtra iuris. §. si filius
2 nu. 11. ff. de pactis. quos vide. ¶ Et si hospes † inuitãs hospitiũ, vel inuitauit viatorẽ, si postea pœniteat tenetur actiõe de dolo viatori iuitato. ita tenet Alex. in. l. si pœnã. ff. de verb. obli. n. 4. allegãdo. Io. And. in. pœmio Decretali. ¶ Et viatores † debent soluere ptia victualiũ: quia si pretiũ iustũ nõ offerũt, possũt victualia transeuntibus
3 denegari. tenet Ang. in. l. vẽditor. §. si constat. ff. coia prædio. versic. Itẽ hic est casus. & dicit q ex pacto licito eis põt denegari, si pretia victualiũ soluere nolũt. Ad qđ dicit q facit tex. in. l. si minoris actum. ff. de administra. tuto. alias trahere tur pactũ de transitu ad iniquũ compendium. quod esse non debet. vt ibi. & in. l. 2. C. proempto. ¶ Et vi. text. singula. in. l. 12. in legibus *de la*

hermandad. quæ latius in isto proposito loquitur vbi viatoribus huius regni, vel extranei, debent sibi, & iumentis suis dari victualia iusto pretio, & hospitari. Et si dñi † victualiũ noluerint vendere, viatores possunt ea accipere propria authoritate, dum modo hoc faciant in præsentia duorum hominum dicti loci, soluendo pretium pro eis. ¶Et vide text. singula. in. l. 1. tit. 24. lib. 4. for. ll. vbi liberè possunt emere necessaria, & non debet eis pretiũ alterari sub pœna, de qua ibi loquendo in peregrinis. ¶Quinimo dicit Roma. in singula. 231. per text. in. c. 1. de pace tenẽda & eius violato. in vsi. feud. q̃ peregrinus in mense Maij potest stare in via, & capere herbam pro suo equo. ¶Et an si isti hospitatores † possunt emere victualia, vt carius vendantur? Dic q̃ non, vt tenet Abb. in. cap. primo. ne cleri. vel monach. num. 6. de quo vide in Sum. 14. q. 3. & c. 1. & c. canonum. & c. quicunq; tempore messis. & c. eijciẽs. 12. q. 4. & c. quoniã. 88. dist. Et cum hoc cõcordat tex. in. l. 8. quæ incipit, *Ordenamos.* libr. 5. tit. 7. in ord. reg. licet illa lex loquatur in regatonis (hoc est, reuẽditoribꝰ curiæ) & l. 10. eius tit. extendit, q̃ non solum in curia non emantur victualia vt reuendantur, sed etiam extra curiam infra quinq; leucas sub pœnis ibi contentis. Vnde patet ex eis, quod extra curiam, & terminum quinq; leucarum bene possunt emi victualia vt reuendantur, & sic video fieri. * Vi. quandam pragmati. factam isto anno. 1560. in ciuitate Toleti. per nostrum regem Philippum. 20. die octobris per quam permittit stabularijs, seu cauponibus in sua taberna, seu caupona diuersoria habere comestibilia ad sustẽtationem itinerantium, & eis possunt vendi dum modo iuste & nõ immoderatè vt ibi: quia rectè & ritè & iustissimè fuit condita ad euitandas molestias & extorsiones tã itinerantiũ, quã stabulariorum. * ¶De pœna autem hospitis vendentis † vinum, vel alia victualia in fraudem statuti. vi. Bal. in. l. non dubium. C. de legi. colum. 4. num. 10. versi. 7. fit fraus.

segũ la ley c dl ordenamiẽto d Toledo

c Ley. c Quæ est in ti. 21. li. 2. l. 14. in ord. reg. vbi d̃ ista taxatione hospitũ, & d̃ his quę isti hospitatores possunt lucrari in reuenditione, hordei, & stipulæ, quam vide quia est singularis, & eam serua.

Prætor. Caput. XXVIII. finis.

Sequitur. Caput. XXIX.

SVMMARIVM.

Ex ludo multa mala proueniunt. s. quod ludentes blasphemant Deum, & prohibitio ab ecclesia facta contẽnitur. Et venit vsura, & rapina, surgit scandalum. Nugæ etiam ex ludo descendunt. Euenit quoque furtũ, & violentia perpetratur, & falsum committitur, & mortis causam præstat ludentibus. Deceptiones autẽ infinitæ. Perditio temporis euenit. Vita autẽ turpis agitur. Quoque euenit, quod bona dilapidãtur. Postremo autem insurgit desperatio.

2 *Ex ludo procedunt viginti peccata.*

3 *In multis casibus ludus permittitur.*

4 *Quantitas quæ potest ludi.*

5 *Aliquis lusit vno die pluribus vicibus duo argentea, an puniatur.*

6 *Ludens si perdit totam pecuniam, quam extrẽ xerat, & postea secundò extraxit aliam pecuniam, an incurrit pœnam iterum ludendo.*

7 *Si vnus ex colluſoribus recessit, & postea reuertatur, debet puniri, quia dicitur nouus ludus*

8 *Si lex diceret, quòd si quis fuerit inuentus ludendo puniatur, & pluries inuenitur ludendo licet ludus sit continuatus, punitur pluries. Eodem modo dic de inuento cum armis.*

9 *Non valet pactum factum inter lusores, ne possint à ludo recedere, donec alter eorum totum perdiderit*

10 *An valeat pactum de non ludendo, & si luderet daret amico centum nomine pœnæ.*

11 *Vxor potest stipulari à viro pœnam, si tenuerit concubinam.*

2 1 TVegos. a Quia ex eis sequentia mala † prueniunt. ¶Primũ malũ, quia verisimile est q̃ ludentes blasphemãt Deũ. vt est tex. in constitu. alearum vsus, situata sub titul. C. de religi. & sumpti. fune. & secundùm Bald. ibi est vna de causis quare lud. rabularum prohibetur. Et quia quoque sæpe membra nostri redemptoris inscinduntur, quare tales peiores videntur esse ludæis. vt in. cap. 2. de maledi. ¶Quoque prouenit spretus, quia contemnitur prohibitio ludi ab

di ab ecclesia prohibiti, vnde tales quodam modo Iudæi & Pagani nuncupantur, propter transgressionem canonis, & legis. vt. c. si quis presbyteri. 81. dist. & per talem inobedientiã in crimen primi parentis quis videtur incidere. 44. dist. c. quorũdam. & quasi euangelium contẽnere. vt. c. de libellis. 21. dist. vnde periculosũ est claues Perri cõtẽnere. vt. c. fi. de excess. præla. ¶Quoque euenit vsura, & rapina, quia eodem, & quasi instanti, & vno tempore æquiparantur, & illã longè excedit, & prouenit etiam rapina, in eo, q̃ludens intendit spoliare proximum, & eum spoliat, & licet nõ expoliet, Deus respicit cor, non manum. vt in. ca. si quid inuenisti. 14. quæstio. 5. ¶Quoq; insurgit scandalum, & boni scandalizãtur, & nil autem est agendum cum scandalo. ca. cùm pridem. de renuntiatio. & c. nil cum scandalo. de præscrip. ¶Nugæ etiam ex ludo descendunt. quoniam in ludo multiplicantur mendacia, & verba vana, & otiosa, quorum quilibet rationem Deo reddere tenetur, & ideò vitanda sunt. c. coram. 49. distinctio. ab his maximè cauẽdum est: quoniam euolat emissum semel irreuocabile verbum. ca. dolentes. de celebra. missa. & 44. dist. in. fi. & est peccatũ mortale mentiri. vt in. c. q̃liter & qñ. el. 2. de. accusat. ¶Itẽ euenit furtum, quia cũ lusor plerunq; ad inopiã propter rerũ suarũ amissionẽ deuenit, ad furta se cõuertit, quod est peccatũ grauissimũ, & cõtra præcepta Decalogi. vt dicitur in tit. de furtis. ¶Quoq; violẽtia perpetratur, qñ̃ ppter similẽ causam, quia violenter volens à ludo recedere, retinetur. Insti tu. de iure persona. §. 1. ¶Item cõmittitur falsum in imponẽdo & mittẽdo falsos taxillos, aut alias similes falsitates faciendo. vt Maria. in tracta de ludo. in. 5. & 8. quæstio. ¶Quoq; mortis causam præstant ludentes, quoniam veniunt ad contentiosa verba, de verbis ad verbera, de verberibus ad vulnera, & de vulneribus ad homicidiũ, & sic de primo ad vltimũ causa est homicidij. vt in. c. fi. deiniur. & c. lator. de homi. ¶Deceptiones autem infinitæ & qui meliꝰ scit decipere, meliꝰ ludere dicitur, ecclesia aũt neminẽ vult decipere, vt in. c. q̃ tuas. d̃ donatio. nec laqueũ mittere. 27. q. 1. c. de viduis. ¶Quoq; euenit corruptio multiplex. s. proximorũ, quos malo exẽplo ludẽs corrũpit. 10. q. 4. c. cũ in istis. vnde sẽdm Hosti. dicit, q̃ talis tenetur Iesu Chro. ¶Vita aũr impiè agi dicitur propter ludũ, & sic offenditur honestas, quę est inter primaria præcepta. vt in proœmio Decret. §. ratio quoq;, & ea potissima ratione pèr ecclesiam prohibetur. c. clerici. de vita & honesta clerico. ¶Quoq; euenit, q̃ bona dilapidantur, & sic presumitur vti male substantia sua vt tenet Bal. in auth. q̃ locum. C. d̃ colla. fi. col. ¶Postremò etiã insurgit desperatio, vnde quoti die videmus propter desperationem amissorũ in ludo, iuuenem venenum suscepisse, & vitam functus fuisse. prout refert dictus Maria. in dict. tracta. de ludo. in fine. ¶Videtur quoq; viginti 2 † peccata, seu mala, quæ procedũt ex ludo per Archiepiscopũ Florẽti. in. 2. parte titu. 1. c. 23. §. 6. vbi istos casus & alios ponit. ¶Quare hac de causa rectè leges ciuiles imperatorum, & sacri canones, & leges huius regni ludos prohibuerunt. vt in. dicta consti. alearũ vsus: & per totũ titu. ff. de alea. c. clerici. de vita & honestate cleri. & c. inter dilectos. d̃ excessi. præla. & per totum tit. to. lib. 8. in ordina. rega. ¶Tñin multis casibus lud 3 permittitur, † puta in causa cõiuij, quia tũc ludere licet. gl. in dict. c. inter dilectos. in verbo, ludos est. pro ea textus in. l. quod in conuiuio. ff. de aleatoribus. textus in. l. septima. titul. 10. libr. octauo. in ordinamento rega. glos. in. capit. eps. 35. dist. Quoq; ludere permittitur industriosi, vel ex ingenio, vt certãdo hasta, vel pila iacẽdo, vel currẽdo, saliẽdo, luctãdo, vel pugnãdo, vel similibus, qa virtutis causa vel fortitudinis fiunt. vt est tex. in. l. solẽt. §. senatus cõsultus. ff. de alea. & isti ludi & similes dicũtur liciti, qa in eis exercẽtur vires corporales. vt est gl. & ibi Paul. d̃ Castro inl. si rem. §. si quis sponsionis. ff. de præscripti. verbis. & tenet Specul. conscien. in primo tracta. c. 75. §. 2. vbi quoque dicit, q̃ qui principaliter ludos supra dictos ludit propter desyderium lucrandi, q̃ est cupiditas, quæ est radix omnium malorum. vt in capit. nam & concupiscentiam. de constitutio. peccat, vt ibi per eum. & tenet Cardi. in Clemen. 2. de vita & honestate clericorum. nu. 23. sed non tenetur restituere quod lucratus est in talibus ludis, licet peccet, nec dare pauperibus, nisi in tali ludo commisserit aliquam fraudem, vel dolum. vt tenet dictus Specula. conscien. allegando Abb. in dicto. c. clerici officia. vbi tenet in nu. 12. versic. circa primũ Et dicit esse rationẽ quare nõ subiacet restitutioni: quia homines nõ se submittũt fortunæ. imò bonum inde prouenit cùm exerceãt se ingenia ¶Sed secundum eos non debet quis se exercere in istis ludis causa spoliandi proximum, seu lucrandi, sed principalis causa debet esse exercitatio in

tio ingenij,aliàs credit,q̃ id,qđ vincitur ibi, ſit reſtituendũ,ſaltẽ pauperibus,propter intentionem damnatam ſpoliãdi proximũ,dicit q̃ facit in arg.c.qui emit.14.q.4.& melius præceptum euangelij,Diliges proximũ tuũ,ſicut teipſum. 24.quæſt.4.c.debet.&.c.proximos. de pœnit. diſtin.2. ¶Tamen in iſtis ludis non debet ludi
4 maxima quantitas, † vt in dicta conſtitutione, alearum vſus,ſecundũ Abba.vbi ſuprà.quod declarat dictus Specul.cõſcien.in dicto loco,in vno ſolido,qui ſunt.18. marabetini. ſed Abba. in dict.c.clerici.dicit,q̃ pro ſolido intelligitur aureum, & in iſta quantitate debet quis ludere ad iſtos ludos permiſſos, etiam ſi ſit homo magnæ authoritatis,& conditionis,aliàs peccaret, ſi vltra luderet.vt probatur in.d.conſti. alearũ vſus. ibi,ſed nec permittimus.tenet ad literam glo.in d.ca.clerici. vbi ait,q̃ in totum debet obſeruari. d.authen. ¶Sed quid in ludis taxillorũ, & chartarũ,pilarum, qui dicuntur ludi de fortuna,vel mixti,quid in eis permittitur ludi. Dic q̃ iã hodie per pragmaticã factã per noſtrũ regem Carolũ in villa de Madrid,anno.1534.pragmatica. 63.permittitur ludere vſq; ad duo argentea,& ſi vltra ludunt puniuntur.& tenet Bar.in.l.ex ea. §.mulier.ff.manda.dicendo,q̃ ludens cõtrà permiſſionem de non ludẽdo, incurrit in pœnam. ¶Sed circa dictam pragmaticam poteſt dubitari. Aliquis† luſſit vno die pluribus vicibus duo
5 regalia ſeu argentea,an puniatur? Videtur q̃ nõ quia ex pluralitate vincendi, & perdendi, non ſunt plura delicta,& totus iſte dicatur vnus ludus. ¶Sed contrarium tene,quia dicta pragmatica ſolũ permittit ludere duo regalia, ſiue argẽtea in vno die ſine interpollatiõe,nõ autẽ inquolibet ludo poteſt ludere duo regalia ſeu argẽtea quia iã primus ludus fuit habitus pro completo & abſoluto,luſſoribus recedentibus.vt in.l.contractus.C.de fide inſtrumen.ita Bar.in.l. inficiãdo.§.infans.ff.de furt.3.col.nu.5.qđ ſequitur Hip. de Marſi.in.l.ſi in rixa.ff.ad.l.Corne. de ſica.n. 19.Ang.in tract.male.in parte,metidore & mali. de male.verſi.quæro ſi ſtatuto.nu.24.& Augu. de Arimi.in additio.& idẽ tenet Cardi.in.d.Cl. 1.§.2.de priuileg.nu.42. ¶Qđ extẽde ſecundum eundẽ Ang.q̃ non ſolũ ſi luſit pluribus vicibus,
6 verũetiã ſi multi erãt† luſores vno inſtanti, & vnus perdidiſſet totã pecuniã, quã extraxerat, & poſtea ſecũdo extraxit aliã pecuniã, & iterũ luſit,incurrit in pœnã,qa dicitur alius lud⁹. Iſtã dicit Auguſti.vbi ſuprà eſſe notabilẽ theoricam Bar.in.l.Põponius in negotijs.ff.de negotijs geſtis.& ibi vi.per Bar.num.4.vbi dicit,q̃ facit ad multa. ¶Secundò,extende dictã pragmaticam, q̃ vltra dictã ſummã non poteſt quis ludere: q̃
7 ſi vnus† ex colluſoribus receſsiſſet,& poſtea reuertatur,licet ſtatim,tunc diceretur alius ludus, & debet puniri.vt in.l.1.§.ſi rem.ff.depoſiti. Ita tenet Ang.in dict.l.inficiando.§.infans.quaſi in fine. ¶Et eodem modo dic,q̃ ſi lex diceret,q̃ ſi
8 quis fuerit inuentus† ludẽdo,puniatur,q̃ ſi pluries inuenitur ludendo,licet ludus ſit continuatus,punitur pluries,quoniam ſtatutum ad inuẽtionem ſe retulit.vt in.l.quid ergo.in principio ff.de his qui nõt.infami.&.l.ſeruus fugi. vt tenet Ang.in dict.§.infans.in fine. ¶Eodem modo dic de ſtatuto loquente de inuento cũ armis. vt Ang.ibi & Aug.vbi ſupra.& Alex.in additio. ad Bartol.in.d.§.ſi infans. ¶Adde quoq;,q̃ non
9 valet pactum† factum inter luſores,ne poſſint à ludo recedere,donec alter eorum totum perdiderit.vt eſt gloſ.&ibi Ange.Paul. & Iaſon.in.l. iuris gentium.ff.de pactis. quod tendit, & facit contra illos,qui nullatenus conſentiunt aduerſarium ſuum recedere à ludo non finito. ¶Tamen valet pactum de non ludendo, putà quidã ludebat multum, & promiſit amico ſuo nunquam ludere,& ſi luderet,q̃ daret amico ſuo cẽtum nomine pœnæ,& de hoc facit ſibi inſtrumentum,q̃ valet tale inſtrumentum,& promiſſio.vt tenet Bart.in.l.ex ea parte.§.mulier.ff.de verb.oblig.& ibi Paul.de Caſtr.& Montal.in.l. fi.tit.5.for.ll.lib.4.qui tex.in dicto.§.mulier.re
10 ctè probat in quantum tenet,quòd poteſt vxor †ſtipulari pœnam à viro, ſi tenuerit concubinam,quia exaſperantur mulieres quantumcunq; caſtiſsimæ per retentionem concubinarum. vt in authen.de nuptijs.§.mitiores.colla.4.ſecũdùm Angel.in.d.§.mulier. & hoc, quia intereſt vxori,q̃ non teneat concubinam,& intendit ad conſeruandum bonos mores,ſecundùm Paul.de Caſt.ibi. Quod dicit Bar.idem eſſe, etiam ſi ſtipulatoris non interſit,ſed potius promiſſoris.vt ſi aliquis ſit magnus luſor,& quidam vt ipſum refrenaret à ludo, ſtipulatur ab eo pœnam, q̃ valet promiſsio.& ſic dicit Paul.Bar. conſuluiſſe, q̃ valet promiſsio,quia tendit ad conſeruãdum bonos mores.Et ad contraria reſpõdet Paul.ad ea,quæ poſſunt adduci,ſcilicet, q̃ non videtur talis promiſsio teneri,quia ſtipulationes inuentæ ſunt,vt quis ſtipuletur,q̃ ſua interſit.vt in.l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbo.obliga.quod non obſtat,ſecundum eum,quia nos loquimur de ſtipulatione pœnæ,in qua non requiritur intereſſe,ſed ſi ſolum ſtipulatur q̃ non luderet,q̃ cederet contrarium,quia non poſſet agere ad intereſſe,q̃ nullum eſt,ſed eſt neceſſe,q̃ pœna adijciatur ſecundùm Paul ibi.

Summa

SVMMARIVM.

1 *Tabularium ad ludendum in domo ſua nemo habeat.*
2 *Domus,in qua luditur, & res quæ ſunt in ea an debeant publicari.*
3 *Retinens ludum,arbitrio iudicis poteſt multari & carcerari,& in compedibus poni.*
4 *Stans ad ludum videndum, vel dãs materiam ludũ videndi, vel docẽs ludẽtem,ſeu mutuans pecuniam ludenti,punitur.*
5 *Iurans non ludere, & dans alteri pecuniã ad ludendum,tenetur de periurio.*
6 *Iniuria illata ludenti,eſt impunibilis, ſi occaſione ludi infertur.*
7 *Ad furtum an poteſt agi,qui retinet ludum in domo.*
8 *Contractus inter ludentes,cũ ludentibus non valet. Nec venditio facta in ludo,nec vẽdens, de euictione tenetur.*
9 *Ad mutuum factum in ludo anquis teneatur.*

b Nitableros. b Vt in.l.4. tit.10.lib. 8.in ordina.regali.vbi
1 cauetur q̃ nemo † in domo ſua habeat tabularium ad ludendũ,aliàs ſi tenuerit,ſoluat quinq; mille marabetinorum: & ſi ſoluendo nõ fuerit, per centũ dies in catenis iaceat,ſecundùm Mõtal.ibi in parte,ludus.licet dicta lex dicat,q̃ per quindecim dies in carcere iaceat: quia credo q̃ ſit corrupta. Et per.d.l.regiam ord.corrigitur dicta auth.alearum vſus.C.de religio. ſumpti. fu-
2 ne.in fine.vbi tenet,q̃ domus,† in qua luditur, debet publicari,niſi ſit domus pupilli doli non capacis,vel viduæ.argu.notato.in.l.1.C. de falſ. mone.& ibi Cy.in fine.& Saly. ſiue alterius miſerabilis perſonæ.arg.nota.per Cy.in.l.1.C. qñ impera.inter pupil.& tuto. ¶Item.d.auth. alearum limitatur,ſi hodie obſeruaretur, niſi dominus domus ſit ignorans ludi.argu.nota.per Saly ce.in dicta.l.1.in fine.C.de falſ.mon. ¶Item niſi domus ſit conducta,& dominus ignoraret.vt tenet Ang.in authen.de eccleſiaſti.titul.§. ſi quis autem.colla.9.Paul.de Caſt.in conſi.42. ¶Non tamen confiſcantur res,quæ ſunt in domo, niſi ſint actæ ad ludendum, vt ſcanna: tenet Bald.in l.3.C.naut.quòd fœno.& in.l.3.C.de inceſtis nuptijs.Bar.in.l.ſi.ff.de ſuppele.lega. ¶Sediudicio meo dicta authentica alearum,poteſt ſubſtineri in caſu,in quo quis retinet ludum, & tabulariũ ad ludendum in domo, ex conſuetudine cauſa lucri,tunc domus confiſcatur:vt ibi. Secus ſi tenet ludum in domo cauſa ſolatij: quia tunc patitur pœnam dictæ legis ordina.ſcilicet, quinque mille marabetinorum.vt eſt gloſſ.in.l.1.ff.de aleato.in glo.prima.quam ſequitur Azo.in rubrica.C.de religioſis. & ſumpti. funerum. quod eſt notãdum.& tu vide

rosᵇdellos, y execu ten las penas de las

pragmaticam.folio.200.in libro pragmaticarũ, quæ loquitur in domibus,vbi taxilis induũtur. ¶Et an ſi poteſtas poteſt facere bannum, q̃ qui cunq; tenuerit ludum in domo, deſtruatur eius domus. Vide Ludo.Roma.in.l.1.§.ſi ſeruus pignori.ff.ad ſelemnia.prout refert additio. Paul. de Caſtr.in.l.prima.ff.de iuſti.& iure.in additione,quæ eſt in num.11. ¶Et vltra pœnam.d.l.ordina credo,quòd ludum † retinens,poteſt mul-
3 tari arbitrio iudicis,cùm ludus ſit cauſa multorum malorum,vt eſt dictum.prout tenet Bertachi.de Firmi.in ſuo aureo reperto.in parte,lud⁹. verſicu.ſi vbi quoque dicit,q̃ poteſt poni in cõpedibus,vel in carcere.vt in.l.prima.§.fi.ff.de aleatori.quod extendit ad eum,qui ſtat ad viden-
4 dum ludum †,& indante materiam videri ludũ: vt Bal.in.l.non minus.ideo.C.de accuſ.& in eo, qui docet ludentem,& in eo, qui mutuat pecu-
5 niam ludenti,adeo,† q̃ ſi quis iurat non ludere, & dat alteri pecuniam ad ludendum, tenetur đ periurio.vt Bald.in authentica interdicimus.C. de epiſcopis & cleri.in principio. ¶Idem dic,q̃
6 iniuria † illata ludenti,eſt impunibilis. vt in.l.1. §.primo.& ibi Barto.ff.de aleatoribus.quod eſt verum,ſi occaſione ludi infertur. Si etiam alibi inferatur.vt in.l.non ſolùm.§.quãquam. ff.de
7 iniurijs. ¶Item nec retinens ludum in domo † agit ad furtum ſibi factum tempore ludi,nec ad pœnam,nec ad rei reſtitutionem.vt in.l.1.§.primo.& §.ait prætor.ff.de aleatori.& ibi Florian. in fine.& propter hoc refert Rainun.de Forli.liberare furem dicta de cauſa. Tamen in foro conſcientiæ iſte,qui tale furtum committit,tenetur erogare pauperibus illud,quod furatus eſt. Ita tenet dictus Specul.conſcientiæ.in dicto tractatu primo. capitulo.78.§.ſecundo. per textu.in
8 capitul.cum tu.de vſuris. ¶Item contractus † inter ludentes,vel cum ludentibus, non valet.vt Bartolus in.l.ſi quis cùm ſciret. ff. pro emptor. ¶Necillud, quod quis vendidit in ludo, valet venditio,vt in.l.ſi filiæ familias.§.primo.ff.quarum rerum actio non detur.

¶Nec tenetur vẽdens de euictiõe. vt in.d.l.fin. §.primo.ff.quarum rerum actio nõ de. nec poteſt præ

test præscribere emptor. ¶Sed si iussor existens in ludo vendidit alteri, bene valet venditio. tenet Montal. in glos. ordi. in parte ludus. ¶Adde
9 quoq; q̃ ad mutuum † factum in ludo, quis nõ tenetur. vt Bart. in. d. l. si filio. §. 1. ff. quarum actio nõ detur. & l. 1. ff. de aleato. tenet Ioan. Andre. in additio. ad Specul. in rubri. de actio. & solutio. in princi. Bar. in l. is cui literis. ff. de verb. obliga. Quod intellige verum, nisi mutuans ignoretur. vt in. l. quod verũ. §. pẽ. ff. de mino. Et si in aliquo casu mutuum factum in ludo potest repeti, fallit, si mutuãs est alluſor. Item si est aleator. Item si est mutuatum minori ludenti, vel illi, cui bonis est interdictũ. secundùm Imo. in. d. l. si quis cum sciret, quia in istis casibus non fit repetitio, nisi ex post interuallum recipiens mutuum promittat restituere secundùm Ioa. And. vbi suprà singulariter.

SVMMARIVM.

1 *Ludentium pœna.*
2 *An quis teneatur restituere quod lucratur in ludo, & vsq; ad quod tẽpus, & cui facieda est restitutio. nu. 4.*
3 *Qui ludit cum personis prohibitis, furti tenetur.*
5 *Infra octo dies pars debet petere, quod amisit in ludo, alias quilibet de populo infra duos mẽses, vel iudex ex officio, potest ea repetere.*

c Leyes. c Quæ sunt in dicto tit. 10. lib. 8. in ord. regali. & tex. in libro pragmaticarum. folio. 100. & folio. 101. sed lex. 3. eiusd. titu. & libri. in ordina. regali. seruatur: quia pro
1 prima † vice ludens condẽnatur in. 600. marabetinis, seu dipondijs. Et pro secunda. in. 1200. condemnatur. Et pro tertia vice. 1800. Et hoc vtuntur iudices & ad executionem perducunt, licet dictæ leges dicant, q̃ pro prima vice condemnetur in. 500. dipondijs. Et pro secunda in. 1000. Et pro tertia in. 1500. Et si non habet vnde desoluat istam pœnam, nudus ponatur in furca ab ortu solis, vsq; ad occasum. vt in. d. l. 3. cauetur. & in ista tertia condemnatione apponitur sibi pœna, vt deinceps non ludat, alias in pœnam verberũ, vel exilij, vel in aliam incurrat. ¶Et duæ partes istius pœnæ cameræ Regis, & alia tertia pars applicatur iudici, & accusatori. vt in. d. l. pragmatica. fol. 101. ¶Vltra istam pœnam debet restituere
2 † quod lucratus est in ludo illi, qui perdidit: quia contra lucrantem datur repetitio vsque ad quinquaginta annos. vt in. d. auth. alearum vsus gl. in summa. 35. distincti. & gl. in. c. clerici. de vita & honestat. cleri. & q̃ quis teneatur restituere illud, quod in ludo lucratus est, tenet latè Archiepiscopus Florentinus in 2. parte. tit. 1. c. 23. §. 3. & per Ange. in. l. 1. ff. quarum rerũ actio nõ detur. per Bart. & Imol. in. l. si quis fulcire. ff. de vsucapi. pro empto. & plenè per Bal. in rub. C. de condi. obturp. cauſ. per Salyc. in. l. ea quidem. C. de accuſ. per sanctum Thomã. 2. 2. q. 32. art. 7. q. 68. & vide plenè dictum tractatum de ludo. & Speculum conscientiæ in. 1. tract. c. 77. vbi latissimè per Hosti. in summa. de excesi. prælat. §. 1. & q̃ Alberi. in suo dictionario, in parte, Ludus, vbi in omnibus dictis iuribus cauetur, q̃ lucrata in ludo, sunt restituenda amittẽti, & si seruus, vel filius familiàs amisit, datur domino, vel patri repetitio. Et idẽ dic de monacho: quia datur Abbati repetitio. vt glo. in. d. c. cleri. ¶Quinimo dicit Bal. in. l. aduocationis. C. de conditione ob causam dato, q̃ † ille, qui ludit ad ludos prohibitos
3 cum personis prohibitis, nõ solùm nil lucratur, sed tenetur de furto. ¶Tamen si quis est attract⁹
4 per † vim, vel nimian importunitatem ad ludendum, & vincit multa in ludo, non tenetur ea restituere. vt tenet Inno. in. c. qa plæriq; de immunita. eccle. nu. 4 & refert, & sequitur Pala Rubi. in repetio. de donatio. §. 80. folio. 58. num. 6. Idẽ tenet Archiepiscopus Florenti. in. d. 2. parte. tit. primo. c. 23. §. 3. in fin. 2. col. ¶Sed secũdũ eũdem ibi, licet nõ teneatur parti restituere, tamẽ tenetur pauperibus erogare. q̃d intelligit Specu. cõscientiæ, vbi suprà de honestate, sed nõ de necessitate, & sic, q̃ in foro conscientię nõ teneatur restituere pauperibus, si nõ vult. vt in. d. c. 77. col. 3. Et ibi vide, quid si attraxit in prĩcipio ludi, vel in medio, vel in fine. vbi singulariter per eum. ¶Quoq; fallit, qñ modicũ causa recreationis hu
5 dit: quia non tenetur restituere, secũdùm Inno. in dicto capit. quia plęriq;. nu. 4. ¶Et licet dicta authentica alearũ vsus. dicat, q̃ vsq; ad quinquaginta annos, datur repetitio, iam hodie † datur solũmodo infra octo dies. vt in. l. 2. titu. 1. libr. 8. in ord. regal. quia si infra istos octo dies pars nõ petit q̃d amisit in ludo, quilibet de populo isto termino elapso potest repetere sibi: & si popularis hoc non petierit, iudex ex officio suo recuperet per dictum in ludo sub pœna. 600. marabetino

